



BIBLIOTECA NAZIONALE VITT. EMANUELE
68
9 C
36

TRACTATVS

DE COMPROMISSIS

FACIENDIS INTER CONIVN-
ctos. Et de Exceptionibus impedientibus litis in-
greſſum: per clariſ. Iureconſ. D. Marcum
Antonium Patauinum: Præfationi-
bus, Argumentis, Summariis,
Numeris, Indiceq́; felici
ad vnguem illu-
ſtratus.

✠

Acceßit denuo ornatus venuſtißimus diphthongorum,
Accentuum, & punctorum, quo magis eſſet
perſpicuus. Purgauimusq́; à mendis
innumeris, quibus miſe-
rè ſcatebat.

Conuentus Sanctæ
Mariæ de scala




LVGDVNI,
Apud hæredes Iacobi Giuntæ
M. D. XLIX.

AD LECTOREM, FRAN- ciscus Particella è Monte veteri. S.

TV cui facta hominum mala noscere, furta, necesq;
Ius datur: & stabili plectere lance reos.
Exiguo capias pretiosum hunc ære libellum:
Pumice quem cultum dat tibi Blanca manus.
Non opus ut voluas immensa volumina legum
Amplius, haud longa est nox vigilanda tibi.
Innumeris quicquid multi struxere papyris,
Hæc melior cornucopia nanq; dabit.
Stupra, dolos, melius, cædes, incendia, fures
Indicat, abstrusum detegit atq; nephas:
Prisca procul valeant, cedant veteresq; nouiq;
Vnum pro cunctis, hunc tibi sume librum.

MAGNIFICÆ REIPVBLICÆ

PATAVINAE, EIVSQVAE VTILIVM DEPV-
tatis dignißimis, Vincentio Rubeo, iuriſconſultißimo Sperono Philoſopho, & in omni fere literarum genere præſtantißimo Alexandro Zacho, Petro Leono, viris grauißimis,
Marcus Antonius Blancus
Patauinus fœlicita-
tem deſide-
rat.


AVLVS ille Patauinus iuriſconſultorũ Princeps, in titulo de pollicitationibus, ca. 7. lib. 50. Pandectarum docuit, pollicentem aliquid Reipub. ſe facturum omninodo teneri: & ſi non inchoauerit, eumq́, tunc demum aſtringi ſi ob honorem ſibi decretum, vel decernendum, vel ob aliam iuſtam cauſam promiſerit. Quod idẽ, & à natura nobis inſitũ perſpicuum eſt, ea nanq; inter homines cognatio ſubeſt, vt ſi beneficiũ aliquod cõſequutus quis ſit, iniqui, inhumaniq; nomen ferat, meritis aliquibus (quãtum erit in eo) non reſpondendo. Et cùm natura duce errare nullo modo poſsit, nihilq; cẽſeatur eſſe malũ quod ab ea hominibus datum, tributumve ſit, ipſaq; maximè à teneris annis docente quid fieri oporteat. Idcirco cùm in magnifica hac Ciuitate patria mea, tot, tantaq; ſim adeptus, vt homini nouo nil maius, nilve honorabilius contingere potuerit, taliaq; ſint, vt eorum magnitudinem conſiderando, plus me debere inueniam, quàm aut facultate, aut ingenio, aut dicẽdi copia, cõſequi poſsim. His adductus, & præcipuè Platonis præcepto à Cicerone, in primo officiorum magnopere cõmendato, excitatus, non ſolũ nobis natos eſſe, ortusq; noſtri partim patriam vendicare, partim amicos. Et cùm ab ineunte ætate amicis omnibus, & in iudi-

ciis publicis priuatisq; defendendo, varieq; agendo inseruierim, in eoq; studio ætatem consumpserim. Stoicorum sententiam sequutus. Homines hominum causa generatos esse, vt ipsi inter se alij alijs prodesse possint, omnem operam, ac industriam diligenter adhibui, vt grati, ac beneuoli viri nomen vendicarem. Et dum hæc agerem, diu, multumq; mecum cogitaui, quibus rebus effici posset, vt & patriæ amantissimi ciuis munus præstarem, & immēso me beneficiorum cumulo exonerarem. Cū itaq; plures iuris partes ad iudicia, ad defunctorū dispositionem, & ad contrahentium voluntatem respicientes considerassem, eam tamen partem honestiorem, & æquiorem, semper esse existimaui, quæ propinquorum paci, agnatorum beniuolentiæ, & ciuiū concordiæ, prospiceret. Nam quid vtilius, dignius ve, dici, cogitari, ciuiumq; charitati conuenientius, acceptius ve potuit quàm si lites, & iurgia, inter domesticos, ac proprios lares tractarentur, & deciderentur, ne ciues vestri grauissimis expensis vexarentur, & vt lites ferè immortales, homines sępe ad rixam vsq, ad consanguineum prouocantes, tollantur, ac terminentur. Assumpsi ideo huius magnificę Ciuitatis statutum, de Differentijs, & Compromissis inter coniūctos, de cuius cognitione cū iuris, tam canonici, quàm ciuilis, interpretes, diuersa, ac varia, senserint, vt legendo, & consulendo variauerint, volui eorum dicta sparsim posita colligere, & pro viribus declarare, quæ melior, quæ æquior, & litigantiū vtilitati congruentior sententia videri posset. Tibi igitur magnifica Respub. ac vobis sapientissimis deputatis, has meas qualescunq; vigilias, & labores, dedico, ac trado: & cum Statutorum regimen, & huius Ciuitatis defensionem habeatis, & hæc similiter quæ cum illis symbolum habeat, ac me etiam vestrum alumnū à maliuolorum morsibus seruabitis, quæ si vobis prudentissimis, & cæteris doctissimis ciuibus probata esse sensero, alia maiori cum fiducia deinceps aggrediar, vestro grauissimo, atq; optimo iudicio confirmatus. Valete diu fœlices.

AD AMICOS ET IVRIS eruditos. S.



NCIPITIS, Dubijq; consilij diu fui, quid per me esset agendum, dum per illud tempus, in quo à forensi strepitu, & litigatorũ defensionibus aliquantulum liberatus essem, Tractatũ hunc de Cõpromissis inter coniunctos faciendis composuissem: & ex multis legum voluminibus excerptum, ad quendam ordinem redigissem, an in lucem prodire, & multorum iudicio cum periculo subijcientem, per iuris peritorum manus pertransire concederem, an vero intra propria septa laresq; proprios continere tutius esset? Deterrebar ex eo quod cum in hac patria mea bonorũ studiorũ altrĩce essent tot acutissima ingenia, & in hac præsertim legali sapientia viri cousummatissimi, si tot conciues iurisconsultos peritissimos, si ad alios tam ciues, quàm forenses, in hoc gimnasio legum difficultates tanta cum prudentia, ad & scientia enodãtes animaduerterẽ: ne mihi id cõtingeret, quod Phormioni Peripatetico euenisse dicitur, qui cum diu de re bellica copiosissime coram Annibale disseruisset, de eo postea per Annibalem responsum fuit multos deliros senes vidisse, sed qui magis deliraret neminem. Ita & ex his meis vigilijs forem, vt subirem notam hominis imprudenter, ac intẽpetranter abutentis otio, si de hac legali disciplina coram tam celebri iurisconsultorum conuentu vellem disserere. Sed nonnullorum ex amicis meis consilio confirmatus, metum deposui. Aiunt enim in re legali me nihil noui in medium adducere, sed omnia ab antiquis tradita recensere: nec mihi alienæ industriæ laudem vendicare, aut eorum gloriam labore partam ascribere, sed potius, si per me fieri posset, ipsorum auctorum nomen illustrare, ac excitare exemplo Papinij præstantissimi Iurisc. qui leges regias sine ordine latas in vnum composuit, isq;

liberius ciuile Papirianum appellatur, quod leges ædiderit, sed quia eas sub ordine posuerit. Non itaq; noua ædo, sed quæ per prudentissimos Iur. sc. iandiu tradita sunt, ac per eos grauiori stillo disputata, legenda subijcio. Multos insuper futuros esse arbitror, qui hos nostros labores calumnientur: meq; putidum & literis indignum clamitent. quod ausim statuta ad commentarios deducere: eaq; interpretari, vt lites ex litibus oriantur: & cum statuta sint clara, difficultatibus & cauillationibus, ars fam præstare, eo magis cũ per alia statuta cautum reperiatur ipsa ad literam intelligi debere, & præcise vt iacent. His si fas est & licet respõdeo à Iurisc. traditũ, interpretationes naturaliter esse necessarias: & hæc vti naturalia per leges aliquas, seu statuta amoueri nõ posse, cũ etiam omnes interpretationes, quæ ad illa fiunt, ex legum auto. procedant, & per statuta illud induci non põt, vt leges in eis locum non habeant, omnia enim quæ in huius statuti interpretatione traduntur, nõ à sensu proprio, sed à legũ autoritate & dispositione procedunt. Accedit & aliud per eosdẽ Iurisc. cõsideratũ, nõ nisi friuolã interpretationẽ per statuta esse sublatã, iuridicã aũt nunquã. cũ per aliquos quãdoq; tã sinistre peruerséq; intelligãtur, vt necessaria fuerit iurisprudentũ interpretatio, ad hoc vt intentio statuẽtiũ seruaretur, & quæ à legibus mandata sunt, custodirẽtur. Nec mirũ esse putẽt statuta interpretari, cũ antiqui vsq; ad tẽpora Bar. & ipsemet Bar. in mille locis statuta declararint, & super eis cõsuluerint, & quæstiones diffinierint, vltra quod Gui. de Suz. Alb. de Gã. Albe. de rosate, & Albert. Brunus particulares super statutis tractus addiderunt & Nellus statutũ de bannitis, Gui. Papæ statutũ si quis per literas, & Io. cãp. statutũ quod in cõtractibus mulierũ exigatur cõsensus propinquorũ in tract. de dote in. iiij. parte & statutũ quod vir lucretur portionẽ dotis in. v. parte eiusdẽ tractatus et Bene. de barz. statutũ quod instru. guarẽtig. habeant executionẽ, & Ant. de cãna. statutũ

quod

quod exceptio nō poßit opponi cōtra instru. & Alber. brunus sta tu. quod stantibus masculis fœminæ excludātur interpretati sunt et Lanfr. de oriano tracta. de interpreta. statutorū fecit: & Henri. de bōtis super statutis synodalibus, & Io. Blō. super statu. curiæ tract. cōstruxerūt. & alij cōplures quos lector diligēs adinuenire poterit. Alios curiosiores futuros puto, qui cōsiliū mei rōnē causamue quærēt, cur hoc: quod hoc statu. arbi. particularē huius meæ ciuitatis in terpretādū aßūpserim: & huic tātū loco vtilis fuerim, nō aūt labo res meos ad omniū cōmoditatē direxerim. His dicere possem, mihi sat fuisse, si hāc animi gratitudinē in patriā meā ōstēdissem: cui has meas lucubratiōes nūcupare volui, nec aliorū vtilitatē, nisi cōciuiū meorū, per me requirēdā fuisse. Sed aduertāt quærētes statu. hoc de cōpromis. faciendis inter cōiūctos in omnibus fere ciuitatibus Italiæ vigere. nā incipiēdo à propinquioribus. Vincētia statu. hoc habet, & super eo cōsuluerūt Fulg. in cōsi. clij. & Cuma. in cōsi. l. Tarui. & idē statuit sub Rub. quod potestas debeat cōstringere coniunctas personas ad cōpromittēdū, Vero. Brixē. etiā hoc habēt, & Bergē. in rub. de his qui cogi possunt ad cōpromittēdū. & Cremo. hoc statuto regitur super quo Bal. cōsuluit in cōsi. cccl. vo. v. & Ias. consi. xxxv. vol. j. & Papia. idē committi in rub. xv. in tit. de cōpromis. fiendis inter propinquos, affines, & vicinos, & Medio. in rub. generali, de arb. arbitra. & cōpromis. & Florē. statu. hoc seruat, de quo per Alex. in cōsi. cxxv. vol. vij. & Ro. consi. cclxij. & apud Lucā istud reperitur. de quo per Pau. de cast. in cōsi. clxxviij. vol. ij. & apud Perusiū, de quo per Ang. in. l. si vacātia. col. viij. C. de bo. vac. & in. §. & quoniā in auct. de test. & Bal. in. l. j. C. si qui. præd. por. & apud Pisas de quo per Bar. in. q. inc. Pisanæ ciuitatis, et apud Anc. de quo ꝑ Coz. in cō. lxij. Credo ēt reliquas Italiæ ciuitates hoc statutū habere, cū æquū ac sanctū sit: et pro bono pacis inter ciues inductū. Hæc oīa amicis proposita volui, vt si quādo de his sermonē

haberi contigerit, æquo animo (vt amicis conuenit) me defendãt, minusq́; bene dicta corrigant, & ſi ſciam multas alias reprehenſiones me incurſurum (cum ſcribens multos habeat iudices,) & perquàm difficile ſit vitam hanc ſine hominum morſu pertranſire: multoq́; ſit difficilius perfecte aliquid, & abſq; macula conficere (cum ſoli Deo hoc competat,) nullusq́; ſit ager tam bene cultus, in quo gramina, vrticæ, aut aliqua alia multa mala herba non creſcat. Si itaq́; aliquid male inordinateq́; dictũ in his noſtris ſcripturis reperietur, quod videri aut ob ingenij imbecillitatem per me cognoſci non potuit, id omne vobis amicis ſcripta eſſe volo.

Si quid vero eſt boni,
doctis conſcribo.
Valete.



MARCI ANTONII BLANCI IVRISCONSVLTI PATAVINI

Tractatus de Compromissis faciendis inter coniunctos, ex statutorum dispositione: Et de Exceptionibus impedientibus litis ingressum.

✱

Prefatio primæ Quæstionis.



FACTVRVS De Arbitris eligendis ex dispositione statutorum interpretatione, de his etiam quę ad eos spectant, & propinquis necessaria videantur, arbitrisq; electis competant, & omnem hanc materiam in diuersas iuris partes dispersam in vnum colligendo, & ad rectum ordinem redigedo per infrascriptas Decem quæstiones principales declarando procedam. Et quia per diuersas ciuitates Italiæ statutum hoc viget (vt iam dixi) ne multū inter se differant, volui nonnulla verba statuti huius meæ ciuitatis declarare in prima quæstione, cū ex eis decisiones quæstionū, quàm ex alijs statutis oriri possent, facilè habeantur.

Contentorum hoc in toto volumine Summarium.

Argumentum.

QVAESTIO PRIMA DE validitate Statuti disponentis cōiunctos & affines teneri ad cōpromittédum, odio, vel fauore, & verborum in eo contentorum significatione.

Summarium.

1 Statutum hoc de compromiss. facien. inter coniunctos an valeat, vel non. Et dicit non posse valere: nam statuti dispositio, finalis intentio esse debet.

2 Statutū compellens particularem personam compromittere an valeat.

3 Statutum istud de compromittendo, an sit fauorabile, vel odiosum: Quum nemo compelli ad compromittendum posit: secus contra ius ageretur.

4 Generale statutū per quod litigātes astringuntur cōpromittere, est odiosum. Et quāuis Decius teneat contrarium, tamen non omnibus placet opinio illius: nam cū Bald. de hac tractet materia, de statuto inter coniunctos loquitur, non autem in genere: & valde approbatur illius dictum & pro veritate tenetur.

5 Extensiuam interpretationem, an recipiat statutum istud de compromit. Quod Alexāder in consilio ducentesimoseptimo nu. 24. in. vj. volu. elegantissime concludit: dicens, quòd hoc statutum quamuis sit fauorabile, stricte tamen debet interpretari, cū sit contra ius commune.

6 Verbum hoc, lis, quomodo intelligatur. Concludens quòd hec vocabula lis, & questio, vel controuersia, dicūtur tantum post litem contestatam.

7 Verbum, questio, quid significet. Inquiens quòd cum prolata est à lege (prout per statutum hoc) dicitur esse lite contestata.

8 Verbum, controuersia, quid importet. Importat enim, cum quis quomodocūque molestatur, siue agendo: siue excipiendo, siue de iure: siue de facto: siue in iudicio, siue extra iudicium, etiam ante litem contestatam.

9 Forma an sit tradita per hec verba, lis, questio, & controuersia, posita per statutū. Affirmans licitum esse compromittere in vnum, vel in tres: & alia, de quibus amplissimè in statuto.

10 Ficta lis si per partem inducitur, an altera pars compelli possit ad promittendū. Super ea Paul. de Cast. dicit quòd de hoc compromitti non debet: quia petens animo calumnioso, instare dicitur.

11 Propinquorū appellatione qui comprehendantur in statuto. Dicentes omnes illos esse propinquos, qui sunt vltra liberos: licet & ipsi liberi propinqui dicantur: & non ex eius propria significatione non venit, nec gener, nec nurus.

12 Coniunctorum nomine qui veniāt in statuto. Et vocantur coniuncti, omnes hi qui enumerantur in: l. j. §. fina. ff. de postul. vt sunt parentes, liberi, frater, soror, vxor, socer, socrus, gener, nurus, vitricus, nouerca, priuignus, & priuigna.

13 Vir, & vxor, & alij affines, an veniant sub hoc verbo coniuncti. Quando simpliciter istud verbum, coniuncti, apponitur in aliquo statuto: & concludit quòd sic.

14 Forma an sit tradita per hec verba, propinqui, coniuncti, expressa per statutum. Et cōcludit, quòd sic: sed requiritur ad hoc, vt compromissum valeat secundum formā statuti, quòd sint coniuncti, aut affines, in secundo, & tertio gradu.

15 Duo non propinqui, nec affines, si compromissum fecerunt, dicendo secundū formam statuti,

statuti, an per statutum reguletur compromissum. Ad quod Alexander videtur repugnare: tamen nihil obstat eo quod statutum factu sit extra illas personas, de quibus in statuto: nam ab eo non debet regula ri, cum tales compromittentes, ex sola electione arbitrorum, & compromissorum nō possunt tribuere iurisdictionem in personam priuatam, iurisdictione carentem.

16 *Verba hæc, vsq; ad tertium gradum, quid importent. Et secundum Alexandrum, dicit quod non in nam extra illum gradum non possunt partes compelli.*

17 *Verba hæc gradus agnationis, & affinitatis intelligendo de iure canonico, quid significent. Quod cum id Baldus disputet, dicit quod sic. quia statutum potest fingere etiam contra veritatem, nedum seipsum exponere & declarare.*

18 *Forma an sit tradita per hec verba, quilibet iudex debeat compellere ad compromittendum, &c. Salicetus illud singulariter dicit esse notandum: quod necesse est, quod compromittentes exprimant in compromisso, q timore statuti cōpromiserint, alias esset simplex arbiter de iure cōmuni, nec tunc ab eius sententia posset appellari.*

Compulsio iudicis, an sit necessaria ad hoc, vt compromissum dicatur factum secundum formam statuti.

19 *Verbum de iure in statuto, quid significet.*

20 *Compromissum factum cū potestate, quod arbitrij de iure expediant, an intelligatur de communi, vel municipali.*

Intellectus ad. §. sed quoties. institu. de iure natu. gen. & ciui.

21 *Celerius si causa expediri pōt per ius cōmune, quā per ius municipale, qd seruādū sit.*

22 *Si dictu sit, expediat secundū ius cōmune, quod seruari debeat.*

23 *Compromittens de iure si ignorat ius municip. quid sequi debeat arbiter.*

24 *De facto, verbum hoc, in statuto quid importet.*

25 *Libellus, an requirat qn̄ proceditur de facto.*

26 *De nocte, an sententia ferri possit si de facto iudicatur.*

27 *Testes die feriatā, & iuris ordine pretermisso recipi possunt. quando proceditur per hanc clausulam, de facto.*

28 *Forma, an sit tradita in statuto per illa verba in vnum tantum, vel tres tantum.*

29 *Verba hæc, arbitrū, & arbitratorem, quid significent.*

30 *Si nō apparet, an sit arbiter, vel arbitrator, quid iudicandum sit.*

31 *Acceptare arbiter, an compelli possit.*

32 *Incommodum aliquod si arbitro oriri posset, an cogatur acceptare.*

33 *Compulsus arbiter, si grauatur, poterit appellare.*

34 *Tēp° cōpromissi, an currat an̄ acceptionē.*

35 *Scientia partis de acceptatiōe facta, an requirat ad hoc, vt currat tēpus cōpromissi.*

36 *Acceptatio, an inducatur ex eo, quod electus est, presens & tacet, vel absens intelligit.*

37 *Sola pura mera veritate inspecta, quid significet, & quoad ordinem procedendi, & effectum decidendi.*

38 *Causa vna si fuerit proposita corā arbitris procedētib° per hāc clausulā, sola pura. &c & alia fuerint probata, an possint secundum probatam iudicare.*

39 *Probationes non concludentes, an admittātur propter hæc verba, sola pura, &c.*

40 *Sententia diffinitiua, an possit ferri cōtra contumacē, ob p̄dicta verba, sola pura &c.*

41 *Clausula hæc de iustitia & veritate, quid significet.*

42 *Verba hæc, qbuscūq; diebus, qd importēt.*

43 *Verba hæc, æquius & meli°, qd sibi velint.*

44 *Exceptiōes respiciētes ordinē p̄cedēdi. per hæc verba æquius & melius, an reijciātur.*

45 *Exceptiones respicientes defensionē partis per*

per ista verba aequius & melius, an tollantur.

46 *Praescriptionis exceptio, an possit opponi, quando agitur virtute horum verborum aequius & melius.*

47 *Excussionis exceptio, an excludatur per arbitrum ob haec verba, aequius & melius.*

48 *Reductio ad concordiam opinionū doc. in hac materia excussionis.*

49 *Excussionis exceptio, potest in quacunq; parte iudicij opponi ab ista verba, aequius & melius.*

50 *Summariè, & de plano ꝓcedi, potest stantibus his verbis.*

TRACTATVS DE EXceptionibus impedientibus litis ingressum, in quarta Quaestione principali.



1 IRCA † Primā quęstionē an valeat tale statutum. Ex aliquibus adductis per Bart. poterat dici non valere: nam statuti dispositio, & finalis intentio esse debet vt non laedatur ius alterius. c. erit autem leg. iiij. distin. §. penul. institu. de iustit. & iure. sed per tale statutum ius alterius laeditur, ergo non valet, quòd laedatur ius alterius. est tex. in. l. si minor. §. minores. ff. de mino. vbi eo ipso quod minor compromittit laeditur. Praeterea, statuta non possunt amouere ius appellandi capitulo venientes. de iureiurando. & vt dicit glossa in dicta. l. si minor. eo ipso quod aufertur alicui beneficium appellandi, laeditur. sed per tale statutum aufertur beneficium appellandi l. prima. C. de arbit. ergo &c. Contraria opinio, quòd statutum valeat, est verior, & nullus ęst, qui discrepet, vt in processu totius tituli nostri patet, & pro hoc est casus in. j. constitu. C. vbi Imperator nititur amputare lites. & abbreuiare. sed ad arbitros causa tollendarum litium itur. l. quamuis. ff. de arbit. ergo statututū est iuri consonum, & pro hoc est. l. properādum, in princip. C. de iudi. Nam spectat ad publicam vtilitatem lites abbreuiari, & ita per haec tenent Bartolus & Baldus, Paulus de castro. post eos in prima constitutione codicis columna prima & Baldus columna finali. & Bartolus in. l. ambitiosa. in quinta columna versicu. quaero quid si ex praedictis, & ibi Alexander in ad ditionibus. ff. de decret. ab ordi. faci. & sic ob publicam vtilitatem tale statutum est inductum, quod etiam dicit Alexander in. l. prima. §. lex falcidia. ff. ad legem falcidiam in primo not. & in consilio. centesimo vigesimoquinto. Viso processu causae vertentis. columna fina. volumine septimo quod facit ad multa inferius dicenda. Ex quo etiam Papa, & Imperator execrantur lites, quia propter eas multi deducti sunt ad egestatem, & coacte desere patriam, vt dixit Hostien. in autenti. vt differ. iudi. in princip. & ideo probi viri lites execrantur, vt dicit Iurisconsultus in l. si item si res, §. fina. ff. de alie. iudi. mut. cau. fac. vnde dixit Pau. de cast. in. l. quidam aestimauerunt. ff. si cert. peta. quòd vbi iudex non videt per propriam sententiam posse finire, & terminare lites quę sunt inter partes, potest

poteſt eas compellere ad compromiſſum faciendum.vt eſt text.in.c.placuit.xc.diſt.de quo facit mentionem Abb.in.c.humilis.in.iiij.no.de maio. & obed.& eſt text.in.l.conuentitius. C.de pat.pote.& in.l.j.§.quamuis.ff. vbi pub.educ.deb.Et dicit Ang.in.l. ſi vnus.in prin.ff.de pac.& ibi Iac.de ſancto Georgio,ꝙ multum congruit fidei mercatorũ non trahere per litigia directo ordinata ad violẽtam extorſionẽ veritatis per.l.inter ſtipulãtem.in prin.ff.de verb.ob.Ex quibus multũ cõuenit fidei,rationi,& publicę vtilitati,propinquos,& affines cõpromittere.¶ Non obſtat primæ, ꝙ lædatur ius alterius partis,qa iſta ratio procederet,vbi lęderẽ altera pars tantũ,ſed vbi potentia læſionis habet ſe æqualiter inter partes neutra dicitur lædi,ita eſt tex.in.l.fideicõmiſſa. C.de tranſact.&.l.ſi pater puellæ,& ꝙ ibi per Pet.& Cy.C.de inoffi.teſta.Nõ ob.l.minor.xxv.ann.quia fatendum eſt in minore compromittẽte,ꝙ lædatur,quia vniuerſaliter cauſam ſuam non agitabit diligẽter:vnde ab initio læditur minor, ſecus in maioribus compromittentibus. ita Barto.ibi.Sed tu,dic quòd minor nõ læditur compromittendo ſecundum ſtatutũ hoc,ſed vtitur iure communi ſuæ ciuitatis,& comprehenditur per ſtatutũ noſtrum,& iuxta illud tenetur compromittere,ex quo ceſſat obiectum Bartol.prout dicam infrà in iij.qõ.principio in verbo, minor.vnde minor læderetur ſtante ſimplici diſpoſitione iuris communis,ſecus eſt attenta forma ſtatuti noſtri.¶ Non obſtat ſecundũ de appellatione,quia ſecundũ Bald.in.l.j.non derogatur appellationi,vi ſtatuti,ſed vi iurisdictionis communis, vel forte hic poteſt appellari, quia à ſententia arbitri electi neceſſariò appellatur,vt.C. de iudi.l.penulti.in fin.not.ij.qõ.vj. capitulo iudicibus, ſed an liceat appellari,dic vt infrà in.x.q.princi.vbi cõcluditur licitũ eſſe,in ſtatuto autẽ noſtro ceſſant oẽs hæ difficultates,cũ appellatio cõcedatur & clarũ eſt ſtatutum valere.

2 ¶ † Limita hanc concluſionem non procedere quotienſcunq; eſtet ſtatutum particulare cõpellens ſpecialem perſonam,ad compromiſſum vel ad pacem fiendam,nã tunc ſtatutum non poſſet hoc facere. l.ſi priuatus.ff.qui & à quib.& in toties.ff.de poli.& quod not.Bartol.in l.ambitioſa.ff.de decreto.ab ordi.faci.ita tenet Bal.in.d.l.prima in.j.conſtitutio.C.col.fin.& Iaſ.in.l.j.colũ.j. ff.de legi.

3 SECVNDO, † Iuxta prędicta, quæro an noſtrum ſtatutũ ſit odioſum, vel fauorabile, quòd odioſum ſit cõſtat,nam de iure communi,nemo compellitur compromittere.l.iij. §.tametſi.l.diem proferre.§.ſtari. ff. de arbitr.cùm ergo tale ſtatutum cõpellat ad compromittendum,eſt contra ius commune,ex quo neceſſariò dicendum eſt, quòd ſit odioſum.l. quod verò cum alijs.ff.de legibus.l. quicquid aſtringendæ.ff.de verborũ obligationibus.not.gloſſ. in clementina.ij.de officijs ordinis.¶ Præterea, nemo cogiẽ tranſigere,vel paciſci de iure gentium,vel ciuili.C.de iure deliberandi.l.nec emere,&.l.ſi quis maior.C.de tranſactioni.cum itaq; ſtatutum neceſsitet compromittere diſpoſitionem contra ius commune videtur

detur inducere,& sic quoddã odiosum,ex quo dicit Bar.in.l.furti.§.qui iussu.ff.de his q̃ not.infa.ꝙ iudex nõ potest cõpellere partes ad cõpromittẽdum,nec transigendum.& Bald.in.l. ex stipulatione.C.de sen.dicit,ꝙ bona est concordia coniunctarũ personarum quæ suaderi potest,imperari non potest,ideo nõ possunt cogi partes ad compromittendum in arbitratorẽ,etiam si timetur scandalum,& idem Bal.in.c.j.§.fi.de pace tenẽ.dicit se non credere,nec esse verũ quod partes possint cogi ad compromittẽdum in amicum communem.

¶Comprobatur hoc quia cõpromissa ratione pœnæ quodãmodo sunt odiosa.ff.de mino.l.si minor.§.minores,& quòd sunt odiosæ tenuit Bal.in consilio.ccxxiij. primo statuto Astensi. col.ij.volumi.j.vbi determinat quod stantibus duobus statutis,vno quòd in causa mutui, vel depositi,de quibus constat confessio,per instrumẽtum procedatur summariæ,& de plano,& non possint opponi nisi quædã exceptiones, & aliud sit statutum, prout nostrum,de compromissis inter coniunctos,& sit talis causa inter coniunctos ex deposito,vel mutuo, quod attenditur primum statutum, non autem secũdum de compromissis,cum sit cõtra ius cõmune,& quodammodo odiosum.

¶Quod dictum sequitur Baptis.de sancto seue.in.l.omnes populi.ff. de iustitia. & iure.colum.xlij.numero. cxij.vbi dicit tale statutum de compromissis odiosum,& Deci.in consil. iij.col.iij.nume.v.volu.j.approbat tale dictũ,& pro singulari refert,horũ opinionẽ videtur sequi Pet.de anch. in consilio.clxxxiiij. pro clariori intellectu,vbi concludit in materia nostri statuti de compromissis, quòd porrecto libello,si alij affines compareant pro interesse,nõ debet fieri cõpromissum, cùm sit contra ius commune, quod dictum sequitur Ludo. bol.in addi.ad cons.Ioã.de ana.consilio.lxxxix.in fin.addi.vbi refert dictum Petr.de ancha.& Io.de ana.in d.consil.lxxxix.dicens ꝙ tale statutũ de compromissis inter coniunctos est cõtra ius cõmune,& per consequens strictè debet intelligi. Hoc idẽ videtur sensisse Bald.in.l.j.C.vnde vir.& vxor.in.j.no.vbi vult nostrum statutum nõ habere locũ inter maritũ, & vxorem,& in.l.fi.& ibi etiam Pau.de castr.C.de verb.signi.vbi volũt statutum non habere locũ inter quondam generum, & socerum, cum ex dicto Oldr.ibi relato tale statutum videatur odiosum,hanc opinio.tenuit Io. de imo.in.l.j.ff.solu.matrim.in antepe.col.& Soc.in cõsi.lxxj.Circa præsentem cõsultationem.col.fi.volumi. iiij.vbi vult ꝙ tale statutum sit odiosum in se,& per consequẽs non includat clericos,& Cor.in consi.lxv.quoniam præsens.col.j.volu.iiij.& Ant. de butr.in.c.cũ tẽpore.col.j.de arbi. qui dicit ꝙ statuta compellentia personam ad compromittãdum,sunt exorbitantia,quia nemo regulariter cõpellitur compromittere.

¶Contraria opinio,ꝙ tale statutũ sit fauorabile, & habeat æquitatem, & honestatẽ in se,multi,& magis cõmuniter scrib.tenuerunt, ex eo quia in odium litium dicitur esse factum, & introductum.l.fina.§.famil.hercisc.& mens, & intentio statuentium fuit, lites

lites inter coniunctos debere dirimi per communes amicos, & sine strepitu, quod etiam lex cōmendat .l. congruentius.C.de pat.pot.& in iure nostro est id esse maximè attendendum quòd lites dirimantur, & partes releuentur à laboribus, & expensis.l.pro perandum.C.de iudic.& .c. finem liti bus.de dolo.& contumac.cordi.de ap pel.lib.vj.cùm itaque istud statutum tendat ad corroborationem iuris communis, quoad amputationem litium, non potest dici, quàm exorbitet à iure communi, sed potius fortificare per commissionem ordinis procedendi, & in alijs, & in additione pœnæ, facit quod not. Ioan.and.in.c.fi.de offic.archiepiscop.in nouel, ita per hęc tenet Petr.de ancharan.in consi.clviij.ratio nes que superius, post Bald.in.l.qui se patris.C.vnde lib.pro hoc facit.l. fratris.C.de transac. & l.terminato. C. de fruct. & lit.expens. vbi lex abhor ret longitudinem, & infinitatem in litibus exercendis, ideò statutum iuri consonum, lites, & iurgia abbreuiat, & in odium earum factum est, vt notant Hostien. & Ioan andr. in capitul. primo.de transact.per text.in lege quarta.§. potest.ff.de alien. iudi.mu.causa fac. & dicūt But.& Imo. in.c.j.de mut.pet.ꝙ iudex ex officio (licet statuta aliter nō prouideāt) pōt compellere cōsanguineos ad compromittendū de controuersis quæ inter ipsos diu durarunt.& ponit Barb.in consi.lnj,Clemētissimum.volu.iiij.in prin.& dixi suprà. ¶ Præterea intētio statuti fuit, vt lites tollātur inter coniunctas personas,& nō amarè,tanquā inter infectos tractarētur, arg.l.si id ꝙ §.si quis serui. ff.de dona.inter vir.& vxo.& per cōsequens odia tollit,& fauores inducit,& respicit publicā vtilitatem,vt per Bart.in.j.cōstitutione. C.& vidimus suprà in.j.quæstione. ¶ Nec obstat dum tenentes contrariū dicūt quod est contra ius cōmune, qa statutum fortificat,& corroborat ius cōmune,nec tollit,sed limitat ius cōmune, vt tenet Pet.de anc.in.d.consi.clviij.& Alexā.in.d.rub.ff.solu.ma.& in.d.l.qui se partis.colum.xij.nume. xxij.& Iacob.in.d.l.qui se partis. ¶ Hanc sentētiam sequutus est Bald. Alex.Pet.Phi.Cor.Ias.Pau.de castr. Saly.Rom.& Dec.Iac.de.S. Georgio, & in.l.qui se patris.C.vnde lib. Ange. & Sal.in.l.ideo non minus.C.de her. insti.Bald.in.l.affinitatis.C.cōmu.de succe. Ro.Salyce.in.l.j.C.vnde vir & vxo.Fulg.in.l.iiij.§.prætor.cū seque. ff.de in ius voc.vbi vult tale statutum esse fauorabile,quia inductū fuit causa vitādi scandala. Alexan.in.l.j.§.lex Falcidia.ff.ad leg.fal.in.j.no.Anc.consuluit,consi.clviij.rationes quæ,& in consi.clxxxvij.Apud me.& Cum.cōsi.l.stāte statuto ciuitatis Vincētiæ,& Mar.Soci.in cōsi.iiij.in fi.in.j.volu.& Alex.in cōsi.cvij.in prin.in.vj.vol.& in consi.cxxv.col.fi.in.vij.volu.Ioan. Cror.in rub.ff.de verb.obli.in.ij.lec. col.fin.& in.l.omnes populi.nu.iij.ff. de iusti.& iur.Ias.in.l.de qbus.ff.de leg.cōsi.iiij.nu.xvij.vbi exclamat doctrinā Bal.& cōclusionē singularē, & in.l.vnica.C.de in ius voc.& in.l.qđ Seruius.ff.de con.ob cau.vbi latè loquitur,Cor.in.l.j.C.vnde vir & vxo. col.j. Dec.in consi.xiij.in.j.vol.Fulg. in cōsi.clij.Supposito statuto, de quo dicam in.iij.q.princ.versi.naturalis.& Roc.de cur.in.c.fi.col.xlvij.versi.octa uo

no limita de consue.& Barb.in consil. iiij.Clementissimum: in prin.vol.iiij. ex quorum dinumeratione satis constat hāc esse magis cōmunē opinionē.

4 ¶† Limita hanc cōclusionem nō procedere quoties statutum generaliter disponeret, ꝙ quilibet litigās teneret compromittere: nā tunc esset correctorium iuris cōmunis,& odiosum,& nō deberet extendi,vt est statutū Bergomi,sub rub.de his qui cogi possunt ad cōpromittendum.ita tenet Alexā.in d.l.qui se patris.C.vnde lib.tā in lec. quàm in addit.ad Bar.& in.d.rub.ff. sol.ma.vbi dicit quòd ita possunt intelligi.d.Bald.& in.l.j.C.vnde vir.& vxo.& aliorū dicentiū,quòd tale statutum est odiosum,vt in princ.q.nostræ.Sed ista ratio Dec.non placet in d.l.qui se patris,quia Bal.in.d.l.j.clarè loquitur de statuto inter cōiunctos non autē in genere,& est veritas.vnde dicas quòd Bal.in.d.l.j.non loquitur decisiuè,sed agumentatiuè, dum dicit,& faci.&c.& sic non decidit ibi Bal.sed argumentū adducit.ita Cor. in.d.l.qui se patris col.antepe.ver.licet in cōtrarium.& dicam infra.in.iij. quæst.principali.in ver.vir & vxor.& de hoc ibi vide.

5 TERTIO,† Inhærendo præmissis absque controuersia. Concludo, quòd statututum nostrum tanquam fauorabile extenditur de casu ad casum,& ad casus similes,iuxta not.per Bar.in.l.si constante,ix.q.j.q.prin.ff. sol.mat.ita nota.Alexand.in,d.rub.ff. mat.& omnes doctores superius nominati tenentes hoc statutum fauorabile,tenent etiam quod extendatur.

¶Aduerte tamen ad vnum circa hanc illationē,quod Alex.in.d.consil.ccvij. nu.xxiiij.in.vj.vol.dicit quòd hoc statutum quamuis sit fauorabile,áttamē strictè debet interpretari,cùm sit contra ius commune,& sic Alex. contrariatur sibiipsi in hac materia.Non puto tamen propter hoc quid sit recedēdum à prima sententia,quæ magis cōmuniter tenetur,& ab eodemmet Alexand.amplectitur in.d.consi.cxxv.co. fi.vol.vij.Quod verum demōstratur: nam statutum hoc inductum est fauore publico,vt supra in.j.q.sed quotiēs statuta fauore publico sunt inducta, etiam si haberent subiectum restrictiuum extenduntur.& ampliantur.ita no.Bar.in.l.omnes populi.in.iij casu. ij.q.vij.q.prin.alleg.tex.in.l.si quis in graui.§.vtrum.ff.ad Sylleia.vbi ob publicam vtilitatem seruus, qui aliâs nō poterat esse liber,fit liber:facit pro hoc l.hoc modo.ff.de condi.& dem. vbi fauore publico contrahendarum nuptiarum,quæ alias nō poterat nubere,nubit:quod idem dicendum est in statuto nostro,vt ob id,quod fauore publico inductum est, ita adhuc extēdatur, ad casus etiam omissos,ita etiā sentit Ias.in.l. quod Seruius.col.j.ff.de cōd. ob cau.Facit etiam pro hoc pulchrum dictum gl.in.l.vnica.C.de his qui an. aper tab.in versi.in liberos, que vult quod dispositio illius legis,quę loquitur ex testamento,cùm sit fauorabilis habeat locum ab intestato.

¶Ad idem faciunt no.per Bal.Saly. in l.ij.ff. de in ius voc. vbi dicunt stante statuto,quòd sttiābus filijs, filię excludantur à successione.tale statutum extenditur ad nepotem, vt excludat foeminas licet nepos improprié, & largè dicatur filius,vt vult Bart.in.l.liberorum.ff.de ver.sig.& ponit Iac.in.d.l.

qui

qui se patris.

¶ Limita, & intellige dictum hoc non procedere quoties esset statutum generaliter disponens, quòd quælibet causa compromittatur inter quoscunq; nam tale statutum tanquam cõtra ius commune restringitur, & strictè interpretatur, ita Alexan. in locis supra alleg. in præcedenti. q. & alij docto. suprà positi.

QVARTO, † Quæro quid importent verba apposita in statuto, dũ dicitur, si lis quæstio, vel controuersia inhærendo dictis doc. dico quòd lis dicitur esse tantum post litem contestatam, probat̃ in l. causas. C. de trãsac. & in c. ex parte el. iij. de ver. sig. & istud pro constanti tenẽt Pet. Cy. Bar. Ange. Pau. de cast. & Fulg. in d. l. causas. Ias. & Alexã. ibi qui dicunt, quòd hæc est magis communis opi. licet Bal. & nonnulli alij tenuerint cõtrarium, vt ibi per eos, idem tenet Angel. in l. j. in fi. C. de præscrip. long. temp. Pau. de Eleaz. in clemen. j. vt lit. pend.

QVAESTIO, † Eodem modo, cùm est prolata à lege, prout per statutum hoc dicitur esse lite contestata. l. ij. & iij. C. si. reg. no. Bar. in l. amplius non peti. ff. rem rat. hab. & doc. in d. l. ij. & iij. secus si profertur ab homine, vt per Bart. ibi ex quo infero, quòd si illa verba, lis vel quæstio sola reperiũtur in statuto, quis non potest arctari ad compromittendum, nisi esset lis cõtestata, cùm de proprietate illorum verborum non dicatur verificari statutum, nisi lite contestata, antea autẽ non, quod videtur decidi per dictum Cuma. in consilio. xvij. Hieronymus. vbi vult quòd stante dicto statuto, per hæc verba si quæstio verteretur, &c. quòd si fuerit tantum porrecta petitio, & nondum lis contestata, non potest arctari pars ad compromittendũ, & si fuerit iudicatum partes teneri ad compromittendum in executione talis statuti, illa sententia non valet, cùm non sit quæstio ante litẽ contestatam.

8 Controuersia † Namq; dicitur esse quomodocunq; aliquis molestatur, siue agendo, siue excipiendo: siue de iure, siue de facto: siue in iudicio, siue extra, etiam ante litem contestatam not. gl. doc. in l. Lucius. §. tres hæredes. ff. ad Trebel. in verbo mouerit, & l. sed si lege. §. si ante litem. ff. de pet. hære. l. nõ solum. §. si statum. & ibi no. ff. de procura. Bal. in l. causas. C. de transact. & Barto. in d. l. amplius. & Bald. in l. cũ postea quam per illum text. C. de pac. & in l. j. per illum text. C. de testi. no. Cano. maximè Anto. de but. in c. si diligenti. de fo. compe. & Alexan. latè in consil. clxxvij. colũ. j. volu. v. & Pau. de cast. in d. l. causas, vel lites. Cor. cõsilio. lxv. Quoniam. volu. iiij. & Pau. castr. consilio. xxv. Licet satis copiosè colũ. j. volu. j. ex quo siue sit contestata lis, siue nõ, in casu nostri statuti potest peti compromissum: quod idem voluit Imo. in consilio. cxxxiij. Viso rescripto: dicens, quòd per verba nostri statuti, non requiratur litis contestatio aliqua & ponit Paul. de castr. in consi. cccuj. gl. iuris. volu. ij.

9 ¶ † Iuxta prædicta quæro, an forma sit tradita à statuto per hæc verba, si lis, quæstio, vel controuersia: & c. vsq; ibi in concordia. Ex quo necesse sit compromittere in vnum, vel in tres, & alia de quibus in statuto, & quia Ancha. in consilio. clviij. rationes quæ

coniunctim ponit de omnibus his verbis, dicam separatim de vnoquoq; : vt infrà.

¶ Primò verba illa, si lis quæstio, vel controuersia sine difficultate, sunt de substantia adeo quòd necesse est ad hoc, vt compromissum valeat, quòd sint aliqua ex prædictis ita concludit Ancha.in.d.consil clviij.in versi.contrarium, idem voluit Ioan.bap.de.s. Seuer.in trac. de transact.in.xv.q. in fin.dicens quod illud videtur esse de substantia, quod sit quæstio. Ratio autem præmissorũ in statuto nostro potest esse, eo quoniam statutum loquitur per dictionem, si, quæ importat cõditionem, ex qua demonstratur forma. ita vult Bald.in authẽ. matri & auiæ colũ.j.versi.sed hic quæritur.C. quando mul.tut.offi.fug.poss.qui dicit quòd litera loquitur conditionaliter: quæ dicit, si renunciauerit: & tũc conditio quæ apponitur per legẽ nunquam dicitur continere leuem solennitatem, imo oportet, quòd conditio existat argu.in.l.prætor.in princip.ff. de col.bon.quod dictum sequitur Alexand.in.l.j.in fin.ff.de libe.& posth. & in.l.ij.§.prius.ff.de vulg.& pup.& Areti.in.c.de causis colũ.iij.de test.& in statuto nostro, quod ista dictio, si, importat conditionem, & sit de forma, ponit Cor.in consil.lxv.quoniam præsens colum.ij. volumi.iiij. dicens quod hæc dictio, si apposita in statuto nostro importat, & solet facere conditionem: vt per Bar.in.l.j.ff.de condi.& dem.& à contrario sensu in statuto, si non est quæstio, vel lis, vel controuersia non tenentur compromittere, quod argumentum est validissimum in iure.l.j.§.huius rei.ff.de offi.eius.in statutis etiã vt ibi per Doc. maximè quia ex hac interpretatione non insurgit aliqua legis, vel statuti correctio: nam tunc sine difficultate procedit, vt latè per doc.in.d.§.huius rei.vnde qui petit compromissum ex vi statuti, debet probare litẽ, quæstionem, aut controuersiam esse, si per alteram partem fuerit negatum ex quo talia verba sunt de forma.

10 ¶† Infero ex prædictis, quod si fingatur causa aliqua ad hoc vt compromittatur, vt puta, si fuerit facta citatio ad instantiam alicuius, & libellus non fuerit datus, aut aliqua alia causa iusta, & rationabilis, non fuerit expressa, & pars citans petat compromissum, quod tunc fieri non debeat, nam Pau.de castr.in consilio.xiij. Visis & consideratis omnibus, de quibus suprà volu.ij. dicit quod de hoc compromitti non debet, quia petens animo calumnioso dicitur instare; & tunc bonus iudex non debet eis aures accomodare.l.satis apertè.C.de falsi. & adducit not.per Innocẽ.in.c.constitutiones.de fil.præsby.& not.in.l.vbi pactum.C.de transact.& subiungit quod non est credendum, quod statutum alio modo intellexerit, & quòd voluerit inuenire causas calumniandi, & indebitè alios vexandi, cùm potius tendat eius dispositio in oppositum.s.ad lites finiendas, vt.ff de arbi. l.j.non ergo dicit ipse debet intelligi, quod fiat id quod non voluit.l.antepenul.ff.ad exhiben.sed taliter quod eius intentio seruetur.l. benignus.ff. de legi.dictum hoc quod statutum nostrum non intelligatur in causa ficta, ponit Alexand.post Paul.de castr.in consilio.ccliiij. Abundè satis.colũ.j. volu.

volumi.vj. & allegatur communiter dictum Ange.in.l.cum hij.§.sed cùm lis.ff.de transact.vbi dicit textum illum facere contra eos, qui fingunt lites, vt compromittatur. addi potest quod ponit Barto.& sequitur Ias. & alij in.d.§.sed cùm lis,vbi determinat quod stante statuto, quod etiam minores non possint restitui aduersus sententiam arbitrorum qui assumuntur ex forma statuti, quod illud statutum debet intelligi,nisi lis fingatur & dicit Paul.de castr.in.d.§.sed cùm lis.ficta lis, habetur pro non lite, & ideo, si data esset sententia,quę transisset in rem iudicatam, licet postea partes litem finxerint, vt possint trāsigere, vel compromittere, non valeret transactio,nec iuraretur ex clausula illa quod intelligeretur lis,& quęstio de omni eo quod fuerit pronunciatum:quia non est in potestate partium id posse super re iudicata.ex quibus perspicuum est de causa ficta non posse compromitti, nec ea venire sub statuto nostro.

Propinqui. † Quæro qui comprehendātur in statuto nostro,per hoc verbum.Bald.in c.si pater.de testa.libro.vj.& Philip. franc.post ipsum, columna. penulti. versicu.xxj. dicunt illos esse propinquos, qui sunt vltra liberos. licet & ipsi liberi propinqui dicatur.allegant legē, officiales.C.de episcopis.& clericis, & notatur per Cynum in lege etiam.C.de testibus. & eius propria significatione, non venit, nec gener, nec nurus.l.fina.de verborum signifi. idem Bald.in consilio.cccxxxiiij. In quæstione quæ quæritur colum.prima volumi.iij.dicit,quod illi sunt de numero propinquorum, qui vocantur de iure ciuili ad successionem ab intestato, vt videtur esse casus in.l. prima.C.vnde vir & vxo.& hoc probat textus in.l.prima versiculo,ex his Cod de imponend.lucrat.descriptione.iuncta glos.in versic. propinquitatis:licet quandoq; istud verbum dicit ipse propter adiunctum, vel propter præcedentia, vel sequentia restringatur ad pauciores personas,vt in dicta. l.prima.& sic ex illo simplici verbo propinqui hi intelliguntur, qui sunt capite,vel gradu cognationis.& istud consilium Baldi est insertum inter cōsilia. Ancharani.consilio.cxiiij.& sub nomine Ancharani illud refert,& sequitur Barbatia in.l.cùm acutissimi. columna quinquagesimasexta, versicu.quid si testator.C.de fideicommis. sequens prædicta.

¶Ex hoc infero, quòd stante statuto, in quo verbum illud propinqui solum esset expressum : sub eo non comprehenderentur nec vir,nec vxor,nec socer,nec gener,nec alij affines text.est in.d.l. prima.C. vnde vir.& vxo .ibi vel liberorum,seu propinquorum facit text.in.l.fin.C.de verbo.sig.& ibi non solum propinquos,sed etiam his deficientibus generum,& nurum.ita no.Bart.Alexand.Ias.Dec.in.d.l.prima.C.vnde vir & vxo.& not.per communiter scriben.in.d.l.fin.C.de verbo.significa.

11 Coniuncti. † Quæro qui dicantur coniuncti. Bald.in.l. prima.§. fina .ff. de postul. dicit ꝙ coniuncti sunt illi,q enumerātur in eo text.vt sunt parentes liberi, frater,soror,vxo,socer, socrus, gener, nurus,vitricus, nouerca, priuignus,

& priuigna.alibi autem dicit Bal. coniunctæ personæ dicuntur vsq; ad quartum gradum.l.petitioné.§.egredientes.C.de aduo. diuer.iudi. & alibi dicuntur coniunctæ personæ, quæ non coguntur inuitũ dicere testimonium. l.fœminæ.C.ad Turpil.idem Bald.in c.nonnulli.col.ij.versi.quæro vsq;. de rescri.concludit,quòd coniuncti semper dicantur vsq; ad septimũ gradum non curando,an sit odiosum, vel fauorabile, quod etiam posuit Barb. in .l. cùm acutissimi.col.lxiiij.versi. quid si testator.C.de fideicommiss.

13 ¶† Iuxta præmissa quæro si verbum hoc,coniuncti,esset simpliciter appositum in aliquo statuto, an sub eo veniant vir, & vxor, & alij affines. Ex prædictis satis videtur esse demonstratum,quòd sic,& Alexã. in.l.j.C.vnde vir & vxor. dicit quòd veniunt sub statuto,& adducit tex.in.l.fi.§.cum auté in versi.iuncta.C.de fur.& ibi no.Sal. inducens pro notabili ad statuta, & sentit Bald.in.d.l.fi.ad idé alleg.l.si id quod.§.si quas.ff. de dona. inter vir. & vxo.& idem videntur velle Bal. & Ang.in.l.j.§.fi.ff.de postu. dum dicũt ꝙ oés personæ ibi enumeratæ in text. sunt coniunctæ personæ,& ibi enumeratur vxor vt suprà, & idé videtur sentire Bar.in.l.cui eorũ.§. affinitatis.ff. de postu.gl.in.l.quint⁹.la.j.in fi.ff.de aur.& arg.le.& ita etiã tenet Iac. but. & Frãc.tygr.in.l.marit⁹.C. de procu. ita.Alex.quæ omnia ponit ad literam Soc.in cõsi.lvij.Casus legis municipalis.col.fi. vol.j. idé etiã voluit Philip. fran.in.c.si pater.colũ.pe. ver.xxij.de test.lib.vj.dicés ꝙ appellatione cõiunctorum,veniũt cõsanguinei,& affines alleg.l.sed & hæ.ff. de proc.ideo,dicit ipse,venit maritus, & vxor.l. manifestissimus.§.cũ auté.in confinio.C. de fur.Ias.in.d.l.j.C.vnde vir & vxo.dicit difficile esse assignare rationé inter ista,ꝙ maritus & vxor veniant appellatione coniũctorum,non aũt propinquorũ, vnde dicit ipse posse secũdum Ang.& Ludo.in.d.l.j.dicere, ꝙ etiam non veniũt appellatione cõiunctorum nisi subiecta materia suadeat largã interpretationé debere fieri. Dec. in.d. l.j.dicit,ꝙ ratio videtur satis clara inter illa duo: quia verbũ coniũctionis, est magis generale. & bene conuenit vxori,& marito, qa nuptiæ sunt coniunctio maris,& fœminæ.l.j.ff. de rit. nupt. Et quos Deus coniunxit,homo non separet.c.quanto.de transla.præ-

14 lat.c.quos Deus.xxiij.dist.¶† Inhærendo præmissis,quæro. an hæc verba propinqui coniuncti sint de forma.dicas,ꝙ sic,& requirit necessario ad hoc vt cõpromissum valeat secũdũ formã statuti ꝙ sint cõiuncti, aut affines, in secundo,& tertio gradu. ita determinat Anc.in.d.consi.clviij.dicens,quòd illud solũ est de substantia, & forma, quòd sit lis,& ꝙ inter coniunctos,vsq; ad gradum statutum, sequitur hunc Ioã.bap.de.s. Seue.in.d.trac.de transi. q.xv.in fi.& Brun.in tracta. de form. & solen.in articu. quãdo aliquid cés. trad.pro for.in.xij.q.in versi.prędicta distinctio.idem dicas, & de verbo affinis.

15 ¶† Infero ex hoc,duo ciues Patauini, non cõsanguinei:nec affines,nec comprehensi in statuto nostro fecerũt compromissum ad inuicem,& dixerunt face re compromissum secundũ formam statuti nostri,& agitatus est processus & sententia est lata, quæritur an tale compro-

compromiſſum aſſumat vim à ſtatuto noſtro, & debeat ſecundum eius normam regulari, vt dicatur compromiſſum verè eſſe factum ſecūdū formam noſtri ſtatuti. Alex. in conſil. xix. in ijs quæ in themate narrantur col. iij. vol. iiij. verſicu. Nec obſtat. quod idem eſt in conſi. xcvj. col. iij. vol. j. tangit hanc q. & dicit quòd tale cōpromiſſum non habet vim à ſtatuto noſtro. nam fuit factum extra illas perſonas, de quibus in ſtatuto, vnde ab eo non debet regulari, cùm tales compromittentes ex ſola electione arbitrorū, & compromiſſo nō poſſunt tribuere iuriſdictionem in perſonam priuatam, iuriſdictione carentem. l. priuatorum. C. de iuriſdi. om. iudic. ¶ Facit inſuper arbitri electi ex forma ſtatuti noſtri, & ex eius neceſſitate dicuntur habere iuriſdictionem, prout no. communiter per ſcrib. in. l. fi. C. de iudic. & dicam infrà in. q. ſexta prin. vnde cùm à ſtatuto ipſis detur iuriſdictio non poteſt dici, quòd priuatus poſsit eam iuriſdictionem, cùm non ſit comprehenſus à ſtatuto, in alium transferre, & facit dictū Iaſ. in. l. arbitro. in. iij. col. ff. qui ſatiſ. cog. vbi dicit ꝙ. l. j. C. de arbit. loquitur in arbitris compromiſſarijs electis extra iudicium de ſolo conſenſu partium, vnde ex quo conſenſu priuatorū, non poteſt tribuere iuriſdictionem. d. l. priuatorum, & ſic tales arbitri nullam habent iuriſdictionē, ſed notionem tantum. l. ait prætor. in prin. ff. de iudi. & per conſequens ſententia ab ipſis lata dicitur lata à perſona priuata, & non habet effectum ſententię, nec ex ea oritur actio iudicati. ſecus in his qui eliguntur ſecūdum ſtatutum, nam tales habent iuriſdictionem. hoc idem ponit Alexā. in conſil. xiij. Ex his quæ in themate. col. iij. vol. j. quod eſt duplicatum cum præcedenti.

Vſq; ad tertiū gradum.

16 † In ſtatuto dicitur, quæro, an ſi conuentus fuerit vltra hunc gradum poterit compelli ad compromittendum, Alexā. in conſi. lxxij. in cauſa vertente volu. j. in prin. dicit quòd non, nam extra illum gradum non poſſunt partes compelli, vt not. per glo. & ibi clarius per Bar to. in. l. furti. §. qui iuſſu. ff. de ijs qui not. inf. not. Gul. de cun. & Bal. in. l. ex ſtipulatione. per illū text. C. de ſenten. & inter. & not. per glo. & ibi docto. in. c. primo. de mut. pet. & Bald. in. l. j. §. quies quoque. ff. de offi. prefec. vrb.

17 Gradus agnationis. † Et affinitatis intelligendo de iure canonico, ait ſtatutū noſtrum, quæro, an diſpoſitio ſtatuti noſtri volētis, vt ſuprà cōputationes graduum fieri ſecundum ius canonicum valeat, breuiter dicas, quòd ſic, prout tenet Bal. in terminis in. l. ſi auiæ. in fin. C. de ſuc. edic. & ibi Dec. poſt ipſum motus Bald. quia ſtatutum poteſt fingere etiam contra veritatem, nedum ſeipſum exponere & declarare.

Quilibet iudex requiſi

18 tus † poſsit & debeat partes ipſas cogere & compellere ad compromittendum.

Quæro An verba hæc ſint de forma eo modo vt ſi fiat compromiſſum voluntariè, & ſine coactione iudicis valeat, & intelligatur factum, ſecundum formam ſtatuti. Sal.

24 De facto. †Quæro quid significet verbum hoc, in statuto nostro. Bart.in extraua.ad repri.in verbo,videt in fi. declarat istud dictū,vt intelligatur manu regia procedi,& iudicari debere.l.ij.in princ.ff. de origi. iur. cùm sit ommissa omnis solennitas ciuilis. non autē quod iura alterius vllo modo tollātur, nec lędatur contra naturalem æquitatem.non enim quis potest esse magis solutus legibus quàm Imperator: & tamen sua libertas, ad hoc non extenditur.idem Bar.in consi.lxxxij.punctus quæstionis,ver.videndum.vol.j. interpretando verbum hoc, dicit, quod importat sine causę cognitione, sine probatione l.ictus fustium.ff.de his qui not. infa. in prin.vel de facto etiam si rigor iuris repugnet.vt.ff.de mino.l.verum.§.ex facto.Ro.in.l.filiusfamilias.in fi.ff.de dona.referens.d.Bart.dicit ex mente ipsius,quod hoc verbum,importat nō seruare solennitatem, non autem auferre parti defensionem.& allegat pro dicto Barto.tex.in.l.si is.C. de prædi. mino.vna cum gloss.in verbo testis,& in.c.si quis presbyterorum.de reb.ecclesi.non alie.in glo.in verbo de facto. Lap.alleg.cxxviij.factum,dicit,quod hoc verbum eo modo debet intelligi, vt sit per illud attributa potestas, vt ne quid turpe, ne quid illicitum, ne quid iure prohibitum faciat.l.j.ff. de test. milit. iuncta.l. dotalem. & .l. in fraudem.&.l.cum filius.&.l.si à milite.§.j.&.ij.eo. tit.l.iiij. si procurator. ff.quod. qui.iur. cum alijs. Absurdus enim dicit ipse, & paruus intellectus semper est euitandus,etiam faciendo vim literæ.l. scire oportet .§. aliud .ff. de excu.tuto.l.benignius.l. ambigua. ff.de leg. sed absurdum esset sic verba legis intelligere, vt inde iniuriarum oriretur occasio, vnde iura nascūtur. Bald.in.l.j.in fi.ff.de euic. dicit se credere quod relatum ad iudicem intelligatur non seruata solennitate iudiciorum: dum tamen per viam iudic.j procedatur sub forma iurisdictionis, argu.eius quod not. in.l.prohibitum. C.de iure fisc.non ergo potest processum totaliter omittere, sed pōt omittere modum procedendi:quia non tenetur seruare solennitates. argu.l.j.ff. de mili.test.&.l.diuus.prædicti omnes videntur concludere cum Bart. quod solennia non seruentur alteri ante ius, non auferatur ęquitas,potius quàm rigor obseruetur.

¶ Dicta hæc Barto. refert & sequitur Roma.in.d.l. filiusfamilias in fi.ff. de dona.& Fely.in.c.j.col.xviij.nu.lxxxviij.de consti.& in.c.olim.col.fi. de accusa.Imo.in.c.quintauallis in.iiij.differentia.de iureiu.& Ias.post Auge.in §.bonefidei.colū.vj. nume.xlvj. insti. de actio.& sequutus est Alexā. consulendo in consi.clxxxix.in causa,& lite vertente.col.fina.volu.vj.& Corne.in consi.cxiiij.Quāuis.col.iij.vol.j.& in consi.cxiij.Vita petitione.colū.ij.& in consil.clxx. Licet in hac.col.fi. vol.iij. & Areti.in consil.lxxxiiij.diligenter pōderatis.col.ij.in fi.& Deci. in cōsi. xj.Quoniam iudicantium.col.v. ver. Postremo.volu.j.& consi.ccccxxxiiij. Plurimum.consilio.col.j.volu.iij.

25 ¶ †Inferi primo ex prædictis, quod stante hac clausula si aliud nō esset dictum in statuto possent partes procedere sine libelli productione, sed via. regia

regia tantum. ita intelligit Mar. soci. in.c.j.in.viij.colū.versi.sexto fallit.de lib.obla.alle.Ioan.de imo.in cle. sepe. colū.pen.de verb.signi.& dominos de Rota deci.xxxj.xlviij. cccxxxv.cccc. ccxxxj.

16 ¶† Infertur secundò:ex prædictis ad vnum quod ponit Paul. de castr.in.l. more.in fi.ff.de fer. ꝙ sententia arbitrorum assumptorum de iure,& de facto:quia habet vim transactionis, potest fieri de nocte.C. de transac.l. non minorem : & ideo eam possum ferre, vsq; ad mediam noctem vltimi diei positi in compromisso, per.d.l. more Romano,& dicam infra in.xiiij.q.nonæ quæstio.princi.

27 ¶† Infertur tertiò, ad id quod ponit Bald.in.l.solani.C. de test. in fi.ꝙ arbitri habentes potestatem de iure, & de facto, possunt recipere testes die feriata,& iuris ordine pretermisso.quasi dicat ad instar arbitratorum à lege deputatorū.arg.not.per Inno.in.c.quia tauallis.de iureiur.& de offic.dele.c.j. in clemen. & ꝙ not. Barto in.l. filius. ff.de dona.non tamen dicit ipse potest credere testi reddenti malam,vel nullam causam:quia bonus vir esse debet licet cum arbitrio,& non homo temerarius fundās se in ratione.l.cōtinuus. §.cum ita.ff.de verbo.obli.si tamen dicit ipse,esset ratio nō plena,sed persuasiua ex sua conscientia inhærere ei poterit ratiōe sui arbitrij.c. statutum.§. assessorem. de rescri.c.cū æterni de re iudi.dictum hoc Bald. sequitur Fely. in.d.c.j.de consti.& Iaso.in.d.§.in bonefidei.insti.de actio. & facit pro hoc quod dicit Abb.post Lap.in.c. cū tempore.in.iij.col.de arbi. quòd prælatus non potest de re ecclesiæ compromittere,vt procedatur de iure,& de facto & de iure sententietur. Nam per processum de facto fiēdum posset arbiter lædere ecclesiam admittendo probationem non legitimam,vel repellendo idoneam, & in simili dicit Ange.in.l. imperatores.ff.de pac. se semper respōdisse quòd prælatus non potest compromittere,de iure, & de facto, quia tunc videtur esse data potestas gratis auferendi de re ecclesiæ refert hoc, & sequitur Barba.in.c.grauis.in.ij.colū. de deposi. Bald.doctrinam præallegatam sequitur etiam Ang.in.d.§.in bonefidei.col.fin.insti.de actio. & Areti. in consil.cxxvj.[In causa dominæ Antoniæ colū.ij.per hoc dictum Bald.determinat quod probatio verisimilis licet de iure non cōcludat debet tamen concludere bono viro qui de facto, & æquitate procedit. idem voluit Lanfran.in tractatu de arbitris, in vltima parte,quæstione.xlij.

In vnum tātùm,vel tres

28 tantum. † Quæro an in duos, vel quatuor,vel plures possit compromitti, & sic an verba illa sint de forma. Ancha.in dicto consilio.clviij. sentit hoc quod possit compromitti in plures quam quòd enumeretur per statutum,quia absurdus, & absonus intellectus esset in statuto si compromissum factum in vnum, vel duos magis valeret quàm compromissum factum in quatuor, quinq;, & plures per text. in .c.prudentiam. de officio. deleg.in ratione sui qui dicit quòd integrum est iudicium, quod plurimorum sententijs comprobatur, sensit & hoc Bap.d.s.seue.in.d.tract. de trans. q.xv.

¶ Dicas contrarium quòd imò de necessitate stantibus verbis statuti compromissum fieri debet in vnum vel in tres,& ita ex stilo pilatij in hac ciuitate communiter obseruatur,quòd hæc interpretatio sit vera demõstrant,verba,dum dicunt in vnum tantum, vel tres tantum,quæ dictio tantum apposita in oratione affirmatiua affirmat, illud quod ponit,& excludit,& negat omne aliud,vt in.l.j.C.de patri.pote. & ponit Barto.in.l.j.ff.si quis ius di. non obtempe. & ibi Ias.& Soci. qui multa addunt,ex quo cum in statuto nostro affirmatiue loquente sint illa verba,tantum,necessariam est dicere quòd excludantur omnes alij numeri præter contentos in statuto.

¶ Accedat ad hoc quod per istas dictiones taxatiuas inducitur forma quæ necessario debet iniungi,vt no.Zenz. & But.post ipsum in clemen.j.de seq. pos.& fru.& sequitur Fely.in capi.ex parte.colũ. pen.de consti.versi.quintus casus.loquens de verbo nullatenus,& verbo,omnimode,vnde Alex. in.l.j.in prin.ff.ad leg.falc.dici quòd stante statuto,quòd quis testamentũ faciat , dummodo aliquid relinquat tali ecclesiæ,si testatus fuerit,& nihil relictum sit ecclesiæ,nõ valet propter illam dictionem , dummodo quæ requirit,quòd de necessitate existat, & cum plura alia de istis dictionibus taxatiuis inducentibus formã accumulat Bru.in trac.de forma,& solennit. in capite,quando aliquid censt.tradit. pro forma in.x.conclusione.

¶ Præterea,per statutum data est noua forma in arbitrorum electione,vt eligantur tres tantum,vel vnus,cùm de iure communi consuetum sit eligi duos,vt in.l.item si vnus.§.fina.ff.de arbit.cùm etiam eligi possint tres,vt in.d.l.item si vnus,& sequentibus,& tunc quando noua dispositio , vltra ius commune traditur,semper intelligit esse de forma,vt vult Anch.in cõsilio.ccxlij.Ex tenore.colum .fin . dicens,quod quãdo lex aliquid inducit cũ certis modificationibus,quicquid ibi exprimitur , est reputandum pro forma,vt not.in clemẽ.j.de iur.patro. & in.c.quamquam.de vsur.libr.vj.sequitur Decius.in consilio.ccccxxxiiij. Placet conclusio.volumi.iij.loquens in materia nostri statuti,addens quòd forma data à statuto,in dubio dicitur esse de substantia,not. Bald.in.l.comparitiones in tertia quæstione.in fin. C.de fide instrumen.

¶ Præterea,quando per statutũ trãsfertur iurisdictio in non habente contra ius cõmune , semper illud dicitur esse de forma,vt est gloss.communiter approbata in clemen.j.de iure patro. & tenet Anchara.in consil.xxv .Visa quadam petitione in princ.p.& sequitur Fely. in capitu.cum dilecta. colũ. viij .versi.nonum signum de rescript. sed per statutum nostrũ traditur iurisdictio arbitris,cùm de iure cõmuni hebeant tantũ notionem,vt not.in.l. arbitro.ff.qui sat.cog.& in capitu.prudentiam.de offi.deleg.& dicam infrà in.q.vj.prin.ergo est de forma.ex quo requiritur necessariò ad statuti executionem,quod eo modo fiat cõpromissum,vt sit vnus,vel tres.

¶ Ad adducta per Ancha.dici potest, quod in eo statuto:in quo consuluit, non erant verba apposita in nostro statuto,taxatiua tamen:& voluit etiam statutũ hoc prouidere, ne partes vexarentur

xarentur sumptibus,& laboribus eligédo plures arbitros,& ex eo res diffe ratur,cù sit iuris intentio lites amputare,vt dixi supra.in.j.qó. princi.

Arbitrum & arbitrato-

29 rem. † In statuto nostro dicitur,an talis electus sit arbiter tantum,vel arbitrator,dico quòd hic electus est arbiter, eo quia per statutum nostrum datur certa forma in procedendo iuri consona,& eam electus sequitur:nam quoties eligitur quis in arbitrum,& arbitratorem,tunc si talis electus eligit viam arbitri iudicialiter proceden do,vt iudex,eo casu est arbiter,vt per Barto. Salyce. & Floren.in.l.societatem.§.arbitrorum.ff. pro soc.& not. per Innocen. in capit.quintauallis.de iureiuran.aut talis electus non apprehendidit viam ordinariam aliquá iudicij, sed processit amicabiliter inter partes,ommissa omni solennitate iuris,túc dicitur arbitrator,ita no.Imo. & Abba.in dicto capitulo quintauallis.& tenet,& sequitur Bap.de sancto Blas.in tracta.de arbi.& arbitra.quæstio.iiij.versicu.sexto.& Lanfr.eo.tractа.quæstio.ij.vlti.quæstio.j.& Raph. Com.consil.vij.colum.j.&.iij.&.xiij. & Barto.in tract. [illegible] arbit. vbi vult, quòd secundù viá [illegible]m eligunt,sunt arbitri,aut arbitratores:& idem Bart. in.l.in lege.ff.de iud.post gloss.ibi qui dicit,quòd certè poterit cognosci,an arbiter,vel arbitrator sit ex modo procedendi:nam procedunt vt arbitri,si ordinarium iudicium seruauerint,vt arbitratores,quando eum ordiné non seruant,quòd etiam poterit apparere ex sententia,vtrum cóponant amicabiliter,an verò determinent secúdum punctú iuris,vt in auctoritate,si vero contigerit.C.de iud.&.l.si de meis.§. recepisse.ff.de arbit.idem voluit Albertus in.l.si de meis.§.recepisse.ff.de arbitr.& Paulus de castro.in dicta.l. prima.ff.de iudi.& Iaco.de sancto Georg. ibi.& Alexand. in leg. si seruus plurium.in.§.primo.ff.de leg.primo. Vnde cùm in statuto nostro habeant procedere electi quadam via iuri consona seruata,appellandi sunt arbitri, & non arbitratores,facit dictum Petrus de ancharano.in consilio ducentesimoseptuagesimo. Pro declaratione vbi vult,quòd quando nulla datur forma per statutum procedédi coram talibus electis ex vi statuti, vt arbitris,& arbitratoribus,tunc appellandi sunt arbitratores:vt puta,si nulla requiratur petitio,& nullus pcedendi modus detur,& latissima potestas electis est attributa.& in eo omnis figura iudicij sublata,secus auté si daretur certa forma prout in statuto nostro:nam tunc sunt arbitri,quòd idem ponit Gui.pap.in consi. cj.Viso compromisso.

30 ¶ † Quid si ex statuto non apparet eum esse arbitrum,sed electus fuerit quis vt arbiter,& arbitrator, & sub vtroq; nomine sententiam tulerit,an sit arbiter, vel arbitrator?Dic prout ponam in meo compromisso,vbi late tractabo materiá clausarum,quæ cómuniter ponuntur in cópromissis.

31 Acceptet. † Dicitur in statuto, quæro an electus arbiter secundum formam huius statuti possit compelli ad acceptandú si ius commune attendimus, nam in statuto nostro dantur plures gradus electionis,& postea peruenitur ad coactio

actionem: dico quòd attento iure communi, tales arbitri possunt compelli acceptare. nam hi electi habent iurisdictionem, vt dicam infra, in quæstio. j. vj. quæstio. prin. & sic accipiunt hoc à statuto, & sunt veri iudices, vnde sicut munus iudicandi est necessitas. l. mu. §. iudicandi. ff. de mu. & ho. & in capitu. pasto. de offic. dolega. ita & hoc munus arbitrandi cùm iudex sit cum iurisdictione.

¶ Præterea arbitri iuris qui eliguntur respectu suspectorum, coguntur acceptare, vt est gloss. in capitu. suspitionis. de offic. delega. & ibi Imo. infert ad arbitros statutarios vt compellantur acceptare, Idem voluit Barba. in dicto capitulo suspitionis. colum. vij. numero. xx. dicens pro hoc facere casum in l. in l. prima. §. quamuis. ff. vbi pup. ed. deb. & ex eo Bald. ibi infert, quòd in causa coniunctorum consanguineus potest compelli acceptare arbitrium. pro hoc facit. l. cōgruentius. C. de patr. po. idem Barba. in capitu. pastoralis. de rescrip. colum. x. num. lj. tenet. istud.

¶ Adduci etiam potest pro hoc gloss. in capit. sicut. xj. quæstio. j. quæ dicit, quòd peccat ille qui non assumit arbitrium, nec componit inter partes, & eam sequitur Arch. & Præpo. ibi, quā gl. etiā refert & sequitur Albe. in. l. labeo. §. tametsi. in princip. ff. de arb. & Ioan. bapt. de sancto Blas. in trac. de arb. & arb. quæst. lxxiiij. quāuis Barba. in. d. capitu. pastoralis & in capitu. suspitionis, dicat quod illa gloss. determinat contrarium quòd imo non peccat ille qui non acceptat, sed vere. glo. dicit illud ad quod allegatur per predictos, quā etiā reprehendendo Barb. sequitur Fely. in dicto. c. pastoralis. colū. fina. de offic. deleg. inferens ibi ad determinationem quæstionis nostræ, vt arbiter electus ex vi statuti cogatur acceptare.

¶ Adduci insuper potest dictum Bal. in. l. non iustam in fin. C. ad Treb. qui per illum textū dicit in fin. quòd arbitri statutarij qui tenētur acceptare repudiando nihil agunt.

32 ¶ † Limita premissam cōclusionem, vt nō procedat, nec detur compulsio, quoties ex ea acceptatione aliquod incommodum suspectū habeat, vel aliquod damnum timeat, tunc enim non potest cogi nisi sibi sartiatur, vel remittatur, ita intelligit Barba. per illū text. in. l. apud Iulianum. in princip. ff. ad treb. quem sequitur Pau. de castr. ibi dicens, ꝙ hæc coactio, de qua supra debet intelligi, nisi aliquod interesse damni, vel lucri prætendat, nam tunc non cogitur nisi cōseruetur indemnis ab vtroq;. quod etiā tenet Imo. & Alexan. in. d. l. apud Iulianum.

33 ¶ † Infero ex hoc ad vnū, quod si arbiter fuerit electus à partibus, & per iudicem compellatur acceptare, poterit à tali grauamine appellare, si causam probabilem habeat, vt in predicta limitatione, scilicet quando dānū inferetur, ita voluit Bal. in. l. si pater. in fin. C. si pen. appe. mo. inte. allegat pro hoc glo. in. l. j. ff. de postu. quæ est glo. in. §. ait prætor. subdens, quòd probabiliter faceret iudex si sine appellatione grauamen reuocet.

34 ¶ † Sub hoc verbo acceptationis quæro, an cōpromissi tempus currat ante acceptationem arbitrorum? Si attendimus verba statuti, nulli dubium, ꝙ nō currit nisi à die acceptationis, sed quid

quid de iure communi, idem dicas, ꝙ & per statutum est determinatum, vt non currat nisi facta acceptatione per arbitros: nam ante acceptationẽ, partes non dicuntur compromisisse, sed compromittere voluisse. ita est glo. in l. si cum dies. in princip. in verbo compromiserint. ff. de arbit. & ibi no. Bal. ad hoc, quòd compromissum non currat, nec eius terminus, nisi à die acceptationis, quem sequitur Alexand. in consil. xxxiiij. Viso. volu. j. & Iaco. de sancto Georg. in. l. talis facta. ff. de iur. dot. in princip. & Raph. fulg. in consi. clxviij. Facta sententia. & Soci. in consilio. lxxxvij. Pensatis his. colum. j. volu. iiij. & Lanfran. in tracta. de arbi. in j. parte colum. iiij. versicu. & recepta, dicens, quòd in his quæ dependent ex consensu duorum, nõ inducitur perfectio, nisi vtriusque consensus concurrat, vt est videre in omnibus contractibus. l. labeo. §. contractum. ff. de verb. significa. vnde cum validitas cõpromissi depẽdeat, & à volũtate partium, & ab ipso arbitro, necesse est, vt vterq; assentiat. Adducit etiam text. in. l. si in diem. ff. de condi. & de. per quem dicit Christopho. de cast. consuluisse, quòd stante statuto, quòd eligatur certus iudex appellationis, cũ fuerit per partem interposita appellatio: si fuerit appellatum, nunquam currit tempus ad appellationem prosequendam, qui datur de iure cõmuni, vt in ca. sicut. de appel. & in. l. fi. §. illud. C. de tẽp. appel. nisi fuerit electus iudex. Adde etiam, quòd per illum text. in. l. si in diem Bar. in consi. ccxxx. Domine Iaco. cõsuluit ꝙ si arbiter tulit sententiam assignando terminũ. xv. dierum parti ad soluendũ, quòd nõ currit terminus, nisi à die scientiæ, & dicit Imo. & Soc. in. d. l. si in diem. quòd potestas executoris, & tutoris, assumit vires à die aditæ, & acceptatæ hæreditatis. quod idem dicendu est in quæst. nostra, vt à die acceptatiõis currat tẽpus cõpromissi, non ante, quòd etiam voluit Hippo. de Marsi. in sing. cccc-xxij. incipiente cõpromissum.

¶ Aduerte ad vnum circa præmissa, ꝙ procedant quando compromissum est factũ ad numerũ dierum: secus, quãdo est factum ad certum diem, vt puta, ad pascha, nã statim currit vt vult Soci. in consilio. xxxix. Capio primũ. col. pen. nu. xliiij. vt ibi per eũ vol. iiij.

35 ¶ Iuxta præmissa quæro, an terminus compromissi currat, si iudex acceptauerit & partes, vel altera ignorauerit eam acceptationẽ. Alexan. in consilio xxxiiij. Viso themate. colũ. fina. volu. j. determinat quòd non: motus per dictum Bal. in. l. eos. §. apostolos. versic. quæro nunquid iudex. C. de appella. vbi vult, ꝙ si arbitri q ex clausula in cõpromisso vt possint prorogare compromissum absentibus ignorantibus partibus prorogauerint, & nõ notificauerint partibus, talis prorogatio nõ abstringit litigãtes, qa videtur dolose fecisse talis arbiter. sic in ꝓposito, si arbiter acceptauerit secrete, & partibus non notificauerit, videtur dolose fecisse, ex quo non astringuntur litigantes. ad idem adducit Bald. in l. j. C. de sent. ex peri. recit. q dicit quòd habẽt potestatem prorogãdi nulla parte citata: si prorogauerint, debet hoc partibus notificare, quãuis non sit sententia, sed quædam executio pacti, & per tex. in. l. diem proferre. in princi. ff. de arbit. adducit etiam quod habetur, ꝙ

in casibus,in quibus absenti potest assignari dilatio, talis assignatio non præiudicat nisi notificetur per tex.in l.ij.C.vbi in rem act.& ibi Bal.& hoc idem Bal.voluit in l.si ea col.pen.C. de accusa.cum alijs.

¶Facit pro præmissa conclusione tex. in.l.j.§.si mulier.ff.de alend.& agna. liber.iuncta gloss.qui vult,quod mulieri ignoranti se esse prægnantem,nō currit terminus.xxx.dierum ad enūciandum,& etiam,facit quod determinat Anchar.in consil.clxxiij.Dominus Lazarius.qui decidit,ꝙ hæres alicuius,qui per biennium non soluit ignoranter canonē pro re emphyteutica, non cadit à iure suo: & multa quæ per ignorantiam excusantur adducit Roma.in.l.si verò.in.§.de viro.in.l.fallent.& Hypo.de Marsil.in l.qui ignorans.columna.ij.& in.l.qui falsam.colum.viij.ff. ad legem Corneliam de fals.

36 ¶†Quæro insuper præmissis inhærendo, an arbiter qui sit præsens, & tacet vel absens intelligit electionem de se factā.An ea taciturnitate intelligatur esse facta acceptatio.Spe.in tit. de arbit.in.§.fina.colum.iij.versi.sed sed nunquid arbitrator.dicit,quòd eo ipso,quòd quis est præsens, & patitur in se cōpromitti.suscepisse videt, argu.in.l.qui patitur.&.l.si remunerandi.§.si.passus.ff.mandati.l.si verò est absens.cū primū intellexit,debuit contradicere:aliàs suscepisse videtur. l.filiusfamilias absente.ff.ad Maced. c.ad id quod.de spons.ca.insuper qui mat.accus.post reperio in quibusdam additionibus antiquis ad Specu.relatum,quod Guid.de suza.in.l.iij.§. tametsi.ff.de arbi.& etiā Homo bonus de rē.ibi tenuerint quod ex quo arbiter est præsens, & non contradicit,videtur recipere.allegat text.in l.quid ergo.ff.de his qui not.infa.idē si fuerit absens,& cū scierit,nō cōtra dixerit corā testibus.p tex.in.l.filiusfa.& per text.in.l.filius.§.inuictus, ff.de procura.hanc opinionem Spec. secutus est Bart.ibi,in quadam additione parua:dicens,ꝙ arbiter videtur acceptare tacendo.

¶Contrariū in vtroq: casu tenuit Ioan.andræ.in addi.ad Specu.super.d. versic.sed nunquid arbitrator dicens esse casum in.l.si de meis.§.recepisse. ff.de arb.adducit etiam text.in.c.Ioannes.& quę ibi no.de test.&.l.filius. §.inuitus.ff.de procur.&.c.j.de procu.in clemen.vbi non sufficit scirę,nisi instrumentum simpliciter receperit,nec etiam illud sufficit, nisi constituens pro illo cauerit, & respondet ad.ll.allegatas in contrarium. vt per eū concludens non dici receptionem compromissi per simplicem præsentiam & scientiam in casu absentiæ.Imo.in capi.quintauallis.in.xix. differ.de iureiu.sequutus est simpliciter dictum Io.and.dicens quòd Specu.malè sensit.idem voluit Alexan.in l.quæ dotis.ff.solu.matrimo.col.vij. nume.xxx.& Iaso.ibidem col.xv.versi tertius casus,& etiam Roma.in.d. l.quæ dotis sequitur opinionem prędictam:attamen ea limitatur in duobus casibus,in quibus dicit procedere re opinionem Specul. Primò, nisi cum taciturnitate sit adiunctus aliquis actus,vt puta acceptatio instrumenti, vel quid aliud ex quo arguatur eius voluntas: vt in simili est acceptatio literarum cum taciturnitate

indu

inducit cósensum.l.filiusfamiliâs absentis.ff.ad Maced.clemen.j.de procu.quã.limitationé sequutus est Ias. in.d.l.quæ dotis.adducens not.per Abba.in.c.verum.in.iiij.nota.de regul.& in casu nostro concludit Soci. in consili.lxiij.In causa ser Petri.volumine.iiij.Secundò,limitat Romanum,vt procedat opinio Specu.quoniam ille electus esset coniunctus eligentium:nam tunc tacendo.pręsumeretur assentire per text.in.l.in sponsalibus la prima.ff.de sponf.hoc idem tacita auct.Ro.determinat Lanfran. in tracta.de arb.in princi.colũ.v .extendés & hoc in amico,quemadmodum & in cóiuncto,per dictũ Bal.in l. inuitus.in fin.C.de procu.qui determinat,quòd procurator coniunctus, vel amicus,si præsens fuerit procurare,intelligitur,tacendo,propter amicitiam vel coniunctionem assumere onus si hoc procedit secundũ ipsum in procuratore ꝙ est onerosum,tantò magis debet procedere in arbitro, cuius officium est lites minuere.Aduerte circa hanc æquiparationé amicitiæ, & coniunctionis vt procedat in amico coniuncto maxima amicitia,prout dicã.}.in.iij.quæstio.principali.in verbo amicus,& quòd coniunctus præsens assentiat,latè pónit Iaso in dicta.l.quæ dotis.in tertio casu.Tertiò,limita secundum eundem Lanfran.vt procedat hæc opinio.Specu .quando compromissum esset factum in iudicio, & esset præsens arbiter : nam tunc ob calorem iudicij, taciturnitas illa inducit consensum, & compromisi acceptationem,cùm secundum ipsum præsentia iudicis operatur stipulationem.licet nunquã interuenerint,cũ extrinseca non pręsumantur, nisi probentur.l.quacunq;.§.si à populo.ff.de publ.per Bart. Ange.in.l.sciendum.ff.de verb.obliga.idem dicit constare in fideiussore qui penes acta,presens patitur se scribi in fideiussorem absq; eo ꝙ loquatur,se obligat.l.cùm ostendemus.§.si. ff.de fideiuss.no.Bar.in.l.j.in prin.ff. de verborum obligatio.sed aduerte, ꝙ dictum hoc Bart.in.d.l.j.per text. in.d.l.cùm ostédimus.cómuniter reprobatur, vt per Alexã.Iaso.& alios moder.in.d.l.j.bene verum est,quòd calor iudicij multum operatur,vt per Bald.in.l.tale pactum.§.qui prouocauit.col.vj.ff.de pact.& per Alex.& alios in.d.l.j.in prin.ff.de ver.obli.& per Felyn.qui multa accumulat in .c. quoniã cótra.col.vj.nu.vj.de proba.

¶Sed iterum aduerte in præmissis,ꝙ si habemus respectum ad verba statuti nostri,nulli dubium quòd requiritur expræssa acceptatio,vel expræssa renuntiatio,adeò, quòd tacita nil operatur, nec ad statutum nostrum facit,sed si per statutum non esset declaratum quod expræssa acceptatio requireretur,sed simpliciter loqueretur de acceptatione facienda : credo quòd si præsente electo sit factum cópromissum,& nó cótradicat in omni casu,intelligatur esse facta acceptatio, certum est enim quòd hic arbiter qui eligitur ex vi statuti,compelli potest ad acceptandum compromissum, vt iam dixi suprà,sub hoc ver.in princi. vnde præsens,vel absens, intelligens in eo casu,in quo potest compelli ad illud agendnm dicitur per taciturnitatem consentire,ita est tex.& ibi no. in.l.ij.§.voluntatem.ff.sol.mat.& in

leg.

leg.gaius.ff.de pig.act.no.Bar.ita concludens in.d.l.quæ dotis.col. pe.ver. quæro quid de sciente,quem sequitur Imol.in.c.ex ore.in.iij.colum.de his quæ fi.à maio.par.capi.& sic iste arbiter statutarius præsens,& tacens, acceptat cùm ad id astringi possit:& in quæstione nostra pōderat hoc Soci.in consilio.lxiij.In causa ser Petri.versicu.confirmatur.volumi.iiij. Præterea hoc statum fuit inductum ob publicam vtilitatem & sit electio hæc arbitrorū acceptatio dicitur respicere ad bonum pubicum, & tuuc quando est publica vtilitas,tacens,& præsens dicitur assentiri,vt in.l.ij.ff. ad municip.& hoc quando:est publicum auctoritate & vtilitate,vt not. Bartol.in.l.filius.ff.de tutel.vnde cū hic arbiter statutarius recipiat munus publicum auctoritate, & vtilitate tacendo assentit,quamuis in cōsequentiam sit vtilitas partium:nam hic arbiter assumit iurisdictionem, & est iudex ordinarius, vt dicam infra in prima quæstione.vj. quæstio. princip.ex quo publico in hoc deseruit.& ob publicam vtilitatem statutum hoc inductum fuit, vt dixi supra in prima quæstio.& alia spectantia ad acceptationem.vide infra. in.vj. quæstione principa'. in secundo effectu.

Sola, pura, & Mera veritate inspecta.

37 †Quæro quid important huiusmodi verba.& quia respiciunt ad duo, ad ordinem & modum procedendi, & ad effectum decidendi,dum subiungitur infra in statuto procedere, & terminare: ideo dè duobus videndum est.Primo quid important hæc verba quantum est ad modū procedendi,dicas, quòd ex his excluduntur solennitates rigorosæ iuris ciuilis & positiui, vt in clementina.sæpe de verborum significatione.Imò plus important quàm ista,summarie de plano sine strepitu & figura iudicij,quia ista non excludunt iuramentum calumniæ, vt in clementina fina.de verborum significatio.clausula autem nostra sic,ita ponit Antoni.de butrio.in cap.secundo in tertio not.de iuram.calumniæ & vltra præmissa diminuūt iuris ordinem vt ponit Lanfran.in dicta clementina sæpe.in princip.Hanc decisionem ponit etiam Roman.in consilio vigesimo. Viso puncto versicu.præterea, & in singul. septingentesimononagesimoquinto quid imporant.& idem Romanus in consilio. ccccxix. In casu propositæ consultationis. dicit quòd illa verba sola facti veritate inspecta. hoc important, vt dilationes à iure requisitæ ad probationem faciendam abbreuiari possint, non autem totaliter omitti. Item omitti poterit solennitas libelli, & litis contestatio vt singulariter determināt domini de Rota deci.ccccxxxv.&.ccccxc.Allegantes dictum Ioannis Monach. in capitulo fina. de hære. libr. vj.super verbo figura dicentis.quòd vigore illius soli verbi procedat iudex sine figura iudicij, & potest iudex incipere ab articulis quibus probatis statim procedere poterit ad sententiam. Ergo multò fortius idem esse debet per illa verba facti veritate inspecta, & Iason in.§.bonæfidei. colum.vj.nume.xlvj,dicit,quòd hæc verba important hoc vt sufficiat habere

bere veritatem,& informationem veritatis fine aliqua iuris solẽnitate, aut forma iudiciaria.

¶ Præcedens autem dictum Anto. de butr. refert & sequitur Alex. in consi. vj. vol. iij. & Fel. in. c. j. col. xvij. nume. lxxxiiij. de consti. Iaf. in. l. iustitia. in prin. ff. de iusti. & iur. & Dec. in. c. dilectus in. iij. not. de iudic. qui dicit quòd ista est communis sententia,& esse no tãdum propter statuta quamuis Arc. ibi teneat contrarium, & ita Decisi. in. c. quoniam contra. de probat. col. ij. in. iiij. not. dicit Senis practicari vbi hoc statutum viget, & Brun. in trac. de form. in. c. quando censeatur forma remissa. colum. viij. & Nat. in clemen. sæpe. in versicu. non sic tamen. colum. xxiij. & seq. relatis opinionibus Abba. & Aret. tuetur hanc partem, & postea reliquit cogitandum: sed quia hæc est communis opinio, ideo ab ea in iudicando non recederem per not. in. c. j. de constitu.

¶ Secundò videndum est, quantum ad modum decidendi, quę sit potestas horũ verborum, dicas quòd per hæc verba, potest arbiter ex forma statu electus terminare causam, vt Princeps, vel Deus remotis ambagibus inspecta solum veritate: nam Deus est ipsa veritas: vt est text. in. c. cùm esses. de test. & quod princeps iudicet sola veritate inspecta, est tex. in. c. ad petitionem. de accu. & ponit Bal. in. c. j. in §. j. de no. for. fidel. & dicit in. l. fin. §. in finalibus verbis. C. de iure deliber. quòd Deus iudicat sola veritate inspecta, vnde arbitri electi in terminando (attentis his verbis) debent iudicare semotis apicibus iuris sola, pura, & mera veritate inspecta, prout ipsis melius, & æquiuus videtur videbitur, vt sequitur Decisi. in consi. xj. quoniam iudicaotiũ. col. fi. & Geor. Nat. in cle. sæpe. in. §. non sic tamen. col. xxiiij. de ver. signi.

38 ¶ † Infero ex hoc ad vnã deci. quã ponit Alex. in. l. si ita stipulatus. in. §. grisogonus. col. v. nu. viij. ff. de verb. obi. qui dicit, quòd per istam clausulam habentes causam commissam, possunt procedere ad condemnationem quamuis in petitione fuerit producta vna causa, & probata fuerit non illa, sed alia causa in se legitima, per no. per Io. and. in. Spec. in tit. de actio. & petitio. §. sequitur. versic. hic quoque. alleg. Anto. de but. in consi. incip. Viso dicto pũcto, quod sequitur Decisi. in. d. c. dilectus in. iij. not. de iudi. & Io. crot. in l. j. §. si quis ita. col. xvj. numer. xxviij. ff. de verbor. obliga. quod idem ponit Soc. in consi. clx. col. pen. In præsenti consultatione. volumin. ij. & in consil. cv. Visis testibus. col. fi. vol. iiij. qui loquens in materia statuti nostri idem determinat subiungens ex mẽte Ant. de but. in consil. Titius agit contra Seium, quòd propter illam autoritatẽ agens actione deposi. potest obtinere in commodato, quando iudex potest de æquitate, & veritate procedere, & probatur secundum eum ex his quæ ponit Bartol. in. l. Aemilius. ff. de minor. & ponit Alexand. in consil. cxiiij. viso processu. versicul. præterea, vol. vj. & Iaso. in. l. vinum. co. xiij. numer. xxiiij. & in. l. certi conditio. §. si nummos. col. vj. numero. xxxij. ff. si cer. peta. & Maranta in repe. l. is potest. ff. de acqui. hære. col. xxix. numero. cxciiij. Cl. ud. acqui. in. l. j. co. ij. ff. de off. asse. videtur impugnare hanc doctrinam Alex. &

Alex.& tandem eam saluat in pluribus casibus, sed credo quod ista conclusio est intelligēda in eo casu semper, quādo iudex seu arbiter plenè cognouit de causa probata, & tā pro parte actoris, quàm pro parte rei, aliàs autē non diceretur procedere pro veritate, neq; vt Deus: & sic per iudicantem debet indagari veritas iuxta clausulam sola veritate, & iudicare pro veritate, absq; eo quod attendat petitionem. & hanc credo fuisse intentionem Alexand. & aliorum. ad hoc ne defraudetur quis iure suo per not. in. l. prima. ff. de iust. & iur. & cum ista intelligentia cessant omnes alij casus per eum positi in. d. l. j. cessat etiam ratio qua ipse mouetur, quòd esset tollere defensionem aduersario: qui non fecisset defensiones, nisi super petitis: nam ex cognitione veritatis, iudicans videbit de iustitia vtriusq; partis, & plenè cognoscet, & super eo sententiam feret, defensionesq; rei super iudicādis admittet, & plenè discutiet. Nam si alio modo Alexan. & alios intelligeremus, esset tollere vim verborū, & ipsius clausulæ de qua agitur.

39 ¶† Infertur secūdò, quod stante hac clausula, poterit iudex admittere probationes, licet non essent omnino concludentes, sed persuasiuè secundum Are. in cōsi. lxxxiiij. diligenter ponderatis col. ij. allegat Bald. in. l. solam in fin. C. de test. & sequitur hoc Dec. in d. c. dilecti in. iij. not. de iudi. & Ias. in d. §. si nummos.

40 ¶† Infertur tertiò, quod ex his verbis contra contumacem procedi potest ad diffinitiuam. ita not. Fely. in. c. olim de accusa. columna. fi. allegat dominos de Rot. decisio. xxxiiij. & conclu. xciij. in nouis.

41 ¶† Et in præmissis aduerte, quod aliud esset si dictum fuisset de iustitia & veritate: nam verbum illud iustitia alteraretur, nec eo modo posset procedi, nec terminari, vt not. Bald. in. l. nemo. C. de sentent. & Iaso. in. l. iustitia. ff. de iusti. & iur.

Quibuscunque diebus.

42 † Verba hæc intelligenda sunt de diebus feriatis ex causas messiū, vel vindemiarum, de quibus loquitur text. in. l. prima. & toto tit. ff. de feri. & de alijs ferijs indictis vel repentinis de quibus loquitur. l. prima & tertia. C. de fer. Non autem debet interpretari in ferijs inductis in honorem Dei Nam tales arbitri sunt iudices, & cognoscunt tanquam veri iudices, vt dicam infrà, in quæstione sexta principali: & sunt arbitri, non arbitratores, cum seruato quodam iudiciario ordine tradito, per statutum habeant procedere, vt dixi suprà, in verbo arbitri ex quo statutum recipiens interpretationem à iure communi, vt not. in. c. cùm dilecta de consuetu. non debet habere locum in ferijs inductis ob honorem Dei, cum in iudice per ius commune sit clarum eum non posse in his ferijs procedere. vt est text. in. l. omnes dies. C. de fer. & in arbitro idē sit decisum per illū textum: ibi apud ipsos arbitros. & not. glos. & ibi Barto. Bald. & Alberi. in. l. si de meis. §. finali. in. l. si feriatis. ff. de arbitri. vnde cū isti qui eliguntur ex vi statuti, sint veri arbitri & iudices, non poterunt procedere virtute horum verborum illis diebus, quibus inhibitum est per ius commune veris iudicibus & arbitris.

tris. Vnde Spec.in titulo de arbi.in.§.fina.verſicu.in forma.dicit quod licet actum ſit inter partes,vt arbitri electi poſsint pronuntiare die feriata, non tamen poterunt diebus feriatis in honorem Dei pronuntiare,etiam quod expreſsè id voluiſſet per textum,in dicta.l.omnes,& in.c.finali de fer.& in c.primo,& ſecundo.xv.q.iiij.quia illa clauſula non extenditur ad id, quod de iure fieri non poteſt.l.lucius.§.idé rñ.ff.ad muni.Quod idem determinat Pau.de caſ.in.d.l.omnes col.j.& Lanfr.in trac.de arbi.q.vlt.princip.& Bapt.de.ſ.Blaſ.in trac.de arbi.& arbitra.q. xlviij.

Æquius, & Melius.

43 †Verba hæc ſunt comparatiua boni, & æqui, & participant ſeu retinent ſignificatum ſui poſitiui, vt eſt textus & ibi ſcriben.in.l. vbi autem.ff.de verbo.obliga.ibi quia bono,melius inueniri poterit: vt etiam eſt æquo, æquius.vt in.l.ſi ſeruus.§.quod verò.ff.de fur.not.glo.in.l.j.in princ.ff.de iuſt.& iur.Cùm itaq; iſta verba habeant ſua poſitiua,quod eſt bonum, & æquum,& ex vi comparatiui quid plus importent attamen vim,& ſignificatum boni,& æqui retinent.

¶Quæro quæ ſit eorum potentia,& ius,& quid in noſtro ſtatuto importét Barto.in.l.ſi fideiuſſor.§.quædam.ff.mand.dicit quòd cùm in curia mercatorum procedat ex bono, & æquo omiſsis ſolennitatibus,iſta verba debent intelligi non habito reſpectu ad iura ciuilia, quia eſſet contra.l.bona fides.ff.dep.ſed debent intelligi, non inſpectis ſolennitatibus iuris,hoc eſt, non inſpectis apicibus iuris,qui veritatem negotij non tangunt,vt ſi eſſet intentata actio directa,cùm competat vtilis: vel non erit lis conteſtata & ſimilia. Idem Barto.in.l.quintus eo.titu.dicit,ꝙ quando cauſa debet terminari ſecundũ æquitatem,nõ poteſt opponi iſta exceptio, nec interuenit ſtipulatio,ſed pactum nudum. Bald.in.l.ſi pro ea.col.fina.C.mand.interpretando hæc verba,relatis dictis Barto.in dictis.ll.dicit,quòd hæc.d.Bar.videntur contrariari, cum primo dicat ſeruari leges: deinde, dicat pactum nudum valere,cum non ſeruetur ius commune,ſed merũ ius gentiũ tenendo.d. Bar.ſoluit dicẽs,quòd vtrũq; dictũ eſt verũ,quia aut ius cõmune detrahit iurigentium ex cauſa, & tunc ſeruandum eſt ius commune, vt in ſolennitate teſtamentorũ: aut ius commune non intromiſit ſe detrahendo iurigentium, ſed adijcit ei robur vt in pacto nudo, & tunc ſeruandum eſt iuſgentium vbi mera, & ſola æquitas debet attendi,quod eſt notatu dignum,ſecundum ipſum. Ex quo apparet,quòd ſtantibus his verbis,pactũ nudũ obſeruabitur per arbitrum electũ ex forma noſtri ſtatuti. Aequũ enim eſt pacta ſeruari,licet ſtipulatione vallata non ſint.l.j.ff.de cõſtituta pecunia.l.j.ff.de pactis.hinc eſt, quòd ius canonicum ex nudo pacto permittit actionem naſci: quoniã æquũ eſt.c.j.de pactis.& ex præmiſſ. ita tenet Roma.in rubr.ff.de arbitris.colũ.ij.verſic.ij.auté virtus, & Salyce.in.l.placuit.C.de iudi.& ſequitur Iaſo.in.l.iuriſgentium.§.ſed cũ nulla.colũ.iij.num.xij.ff.de pactis,& Ioan.crot.in rubr.ff.de verbo.oblig.col.j.& Deci.in.c.ex parte.el.ij.in.iij.no-

ta.de offi.deleg.& ibi Fely.in.j.nota. concludentes quòd arbiter electus, vt procedat secundum æquitatem po terit contra permittentem ex pacto nudo pronunciare.

¶Hinc est quòd Alexand.in consilio. xlj. Viso puncto. columna secunda, versi.præterea.volumi.iij.dicit quòd stante statuto,vt procedatur secundũ bonam æquitatem non esse audiendum,qui dicit promisisse ex pacto nudo,& ponit Soci.in consil.ccxlij.circa primum col.fi.in fi.volu.secundo.

¶Intellige autem prędicta secundum Ang.in.§.bonefidei.columna penultima.institu.de act.quòd sane procedant,vt etiam habeatur respectus stãtibus his verbis,& ad iura ciuilia quę concernunt veritaté negotij,& defensionem partis, quia etiam ius ciuile est bonum & æquum.l.j.in princi.ff. de iusti.& iure: & bonum & æquum obseruat.l.j.C.de legi.&.l.si seruũ.§. sequitur.ff.de verborum obligatio.& not.Ang.in repeti.l.filio præterito.ff. de iniusto,rupto, & irrito testamen. & per consequens mixtũ debet seruare iura diuina,naturalia,gentiũ,& ciuilia,vt dixit Barto.in dicto.§.quædam per tex.singularem.& ibi hoc voluit idem Barto.Bald.Salyce.in.l.bona fides.ff.deposi.& hæc omnia intelligas secundum quod distinguit Bal. in.d.l. si pro ea.dicens quòd quando ius ciuile detrahit iurigentium ex causa,& tunc est seruandum ius ciuile,vt solennitatibus testamentorum, aut ius ciuile non intromittit se detrahendo iurigentium, sed adijcit ei robur, vt in pacto nudo,& tunc seruandum est ius gentium,& tunc mera æquitas attenditur.

¶Vnde ex præmissis dicit Areti.in.l. si seruum.§.sequitur.ff.de verborum obligatio. columna.ij. & in.c. dilecti colum.iij.versicu.circa tertium.de iudi. quòd iudex datus sub hoc verbo ęquitatis potest non admittere exceptiones respicientes processum quæ dicuntur apices iuris, non autem respicientes merita causæ,& dicit Barba.in.c.ex parte tua.colum.iij. quòd debet procedere secundum æquitaté informatam à iure.c.fina.de transac. l.placuit.C.de iudi.& sic inquantum dicit iudicem debere sequi æquitaté: intelligitur de æquitate informata à iure,quia iudex non dicitur esse clementior lege,vt in.§.oportet. in authenti.de iudi.quod est bene notandum (dicit ipse) contra illos qui dicunt se amplecti æquitatem præter iuris formam, illa enim dicit ipse,nõ potest dici ęquitas, sed iniquitas, quia deuiat ab eo ꝙ iustum & ęquum est, cum lex sit fundata super ratione & ęquitate.c.consuetu.prima distin.

44 ¶†Concludo itaq; ex iam dictis,ꝙ arbiter electus secundum formã huius statuti ex vi horum verborum, poterit reijcere omnes exceptiones respicientes ordiné processus,quæ sunt de apicibus iuris.per nota.per Barto. in.d.§.quædam.& alios.quãuis Abb. in.c.literas.de iura.calum.in.iij.nota. sentiat contrarium.

45 ¶†Secundò conclude quòd tales arbitri ex vi horũ verborum,nõ possunt reijcere exceptiones respicientes merita causæ,& defensionem partis: nã intelligitur de ęquitate quę non discrepat à iure,vt.d.l.bonafides.ff.depositi.

¶Tertio conclude ꝙ hi arbitri non debent

debeant admittere eã exceptioné promissi ex pacto nudo, imo secundum promissionũ(pacto nudo) factam iudicare debeant,quia possunt admittere fundatum ius in æquitate naturali, cui lex ciuilis non assistit per dicta Bald.post Bart.in.l.si pro ea.quamuis hanc sententiam solus Roma.impugnet in.l.filiusfamilias.colũ. penulti. ff.de dona.per plura.sed in illa deci. in.d.c.ex parte.dicit posse respõderi, si distinguamus,vt per Bald.in dicta l. si pro ea.

46 ¶ † Iuxta pręmissa quęro an arbitri electi secundũ statutum stantibus his verbis quod cognoscant de bono & æquo,debeant in suo iudicio admittere exceptioné pręscriptionis,an vero eam repellere:& condemnare possessoré reiecta tali exceptione. Ang.in l.sequitur.§.si viã.ff.de vsucap. & in l.prima.C.de præscrip.xxx.vel xl.anno.in lectura paduana,vt referunt infrascripti, & Bald.in.l. prima .C. de præscrip.xxx.vel.xl.ann.Dicũt quòd hi arbitri possunt reijcere hanc præscriptionem,quia pręscriptio est iniquissimum subsidium iuris.per text. in authé.vt eccle. Roma.§.habeat.cũ itaq; hic procedi debeat de æquitate, talis exceptio non est admittenda.ita dicta Ange.&Bald.Refert Roma.in Rub.de arb.in principio,& Areti.in l.si seruũ.§.sequitur.ff.de verbo.obliga.in tertio not.& in.c.dilecti,in tertia colũ.de iudi.& idem Roma. qui hanc doctrinam Ang.impugnat.in.l. filiusfamilias col.penul.versic.secundo.ff.de don.& Fely.in.c.ex parte el secundo de offi.delega.& in rubri.de præscrip.colũ.prima versi.sed aduerte, & malè prædicti, ita simpliciter Ang.referunt, cum distinguat(vt dicam infra)sed ad præmissa facit quod vult Ange.in.l.prima.ff.de nego.gest. in prin.vbi dicit quòd arbitror qui habet decidere causam secundum æquitatem non debet iudicare pro eo qui fundat se in solo presidio vsucapionis, & sic loquitur in vsucapione.quæ etiã fauorabilis reputatur.

¶Contrarium ꝙ imò talis exceptio admitti debeat, per hos arbitros, tenet Barto.in authen. ad reprimendum in ver.videtur.in fine.vbi dicit:quòd iudex non potest reijcere exceptionem præscriptionis, vel aliam procedétem ex mero iuris ciuilis rigore, nã in his quæ ipse iudex habet facere non tenetur seq regulas iuris ciuilis: sed in his quæ iam antè facta sunt. ita quòd ex hoc,ius alteri quæsitũ sit,vel ablatum ius non potest immutare: sed tenetur illud sequi.casus est in.l. bonafides.ff. depos. alias esset auferre ius alterius. quod est cõtra naturalem æquitatem, & sic ibi Bart.videt̃ cõcludere ꝙ hæc exceptio sit in cõsideratiõe arbitrorũ.

¶Dictum hoc Bart.comprobatur per Rom.in rubrica de arbi.in prĩ. Primò per Inno.in.c.cura in fi.de iur.patr.& Ioan.and.in regula possessor de regu. iur. in mercuri. vt refert Bald. in aut̃. Ad hæc.C.de vsuca.Dicunt enim pręscripta bonafide posse retineri, salua conscientia, conscientia autem est in ipsa æquitate fundata.

¶Secundò per dictum Bal. referendo disputasse Petr.de bellaper. in .l. cùm quis.C.de iur. & fac. igno. vbi dicit. præscripta sicut in foro seculari retineri possunt,ita in foro poli forus autem politicus nõ cõsiderat nisi ipsam æquitatem.ergo &c.

¶Tertiò per id quod not. Cano. in.c. nouit. de iudicijs.]& Bartolus in extrauagan.] ad reprimen. in versiculo, denuntiasse,& Bal.in.d.auct. Ad hæc. vbi dicunt quòd bonafide præscripta, retineri possunt: tanquam præscriptione sublatus sit, tam naturalis, quàm ciuilis effectus, vt per Barto. in.l. fina.ff. rem rat.habe.glo.& Barto, in.l. atqui natura.§.cùm me absente.ff.de nego. gest.vbi potest fieri denũtiatio. denuntiatio autem ipsa, fundata est in æquitate naturali, vt in dicto.c. nouit. ergo &c.

¶Quartò præscriptioni inductæ in odium negligentis, non potest renuntiari per ipsos cõtrahentes secundum quod concludit Bart.in.l.prima.ff.de vsucap.& in.l.nemo potest.ff.de lega. primo, si ergo expressè non potest renuntiari: ergo tacitè.per illud verbum æquitas.arg.l.cum quid.ff. si cer. pet.

¶Istud dictum Barto. simpliciter refert & sequitur Arett. in.c. dilecti.de iudi.colũ.iiij.& in.l. si seruum.§. sequitur de verbo, oblig. subdens quòd etiam istud colligitur ex doc. Bald. in l.iustitia.ff.de iustit.& iur.in prin vbi dicit quòd compromissa facta de iure, & æquitate intelliguntur de æquitate approbata, nõ de æquitate priuata, & probatur etiam ratione, quia si reijceretur exceptio præscriptionis, auferetur reo ius suum. sed hoc est contra naturalem æquitatem, vt.l.iustitia.ff. de iustit.& iur.l.nam hoc natura.ff. de condi.inde. ergo ille qui habet iudicare, hoc non potest facere, & ista opinio (dicit ipse) est verior. quod etiã sequitur Mathesi.in no.xiij. nota quòd vbi iudex,& Angel.in.§.in bonæfidei inst.de actio.col.fi.

¶In hac quæstione distinguẽdum est ex mente doctorum. aut iste qui opponit hanc exceptionem præscripsit mala fide, & de ea potest doceri, & tunc opponens hanc exceptionem, non est audiendus. & talis exceptio non debet esse in consideratione penes arbitros. Aut talis opponens præscripsit bona fide, & tunc eius exceptio est admittenda &c. ita debet intelligi Bar. in.d. verbo, videbitur. Hanc distinctionem ponit originaliter Ange.in.d.l. sequitur.§.si viam.ff.de vsuca. Ait enim, vidi multos arbitratores qui habent potestatem pronuntiandi de veritate, & æquitate (reiecta exceptione præscriptionis) condemnare possessorem, vel reum conuentum ad restitutionem possessionis, vel debiti, & deinde peti per condemnatum reductionem ad arbitrium boni viri. Dixi enim, & dico, arbitramentum non esse iniquum, si de mala fide prescribentis doceri potest. Alias secus. cùm præscriptio tam iure ciuili, quã canonico sit inducta, hæc Ange. Ex quibus liquidò constat eum distinguere, inter bonam fidem, & malam fidem, & sic falsò prædicti allegant dictum Ange. cùm etiam ipse decidat quòd illi senserunt, & ita debet intelligi Bald.in.l.j.C. de præscri. xxx.vel xl.anno. quòd loquat̃ de malæfidei possessoris. Cùm dicat illum peccare, qui vult se tueri ope illius exceptionis, & peccatum non oriatur, cùm est cũ bona fide. sed tunc demum cùm est cum mala, per not.in.c.fin. de præscri. hanc distinctionem ponit Roma.in.d.rub.de arb. in.j. colũ. & eam comprobat per id quod no. Bald.in.l. id quod pauperibus.C. de episco. & cleri.& in.l.quib⁹ diebus.§.dominus. ff.de

ff.de condi.& demon.& per Bar.in.l. legaui.ff.de libe.leg.dum quærunt(testatore mandante) solui debere,debita an intelligantur præscripta,& concludūt,aut bona fide præscripta sunt, aut mala.si bona tunc nō comprehenduntur.secus si mala, & hoc non propter aliud,nisi quia bona fide præscripta possunt retineri (salua conscietia) in foro poli, ergo ita in testatore qui præsumitur in mortis articulo de anima cogitare.l.sancimus.circa fi.C. ad leg.fal.repet. ergo multò magis in vitis compromittentibus,qui non præsumuntur de morte cogitare,& secundum eam consuluit ide Roma. in consil.cxlix. Conclusionem primam,& in l.filiusfamilias.colum.pen.ver.secundo principaliter.ff. de dona. ita etiam distinguendo intelligit Felyn. in.c.ex parte.el.ij.de offic.deleg. & in rub.de præscrip.in prin.referendo dicta Roma.& facit pro hoc,quod determinat Lanfran.in trac.de arb.in vltima parte.q.xxv.vbi quærit,an arbitrator debeat admittere exceptionem præscriptionis: & distinguit post Ange.in.d. §.si viam,quòd aut præscribens est in bona fide. & tunc debet per arbitratorem admitti,aut est in mala fide,& tunc nullo pacto debet esse in consideratione apud arbitratorem. & hæc est ipsa veritas(dicit ipse.) Nam sicut coram iudice seculari non admittitur præscriptio cum mala fide, per nota. in.l. omnes populi.ff.de iustit. & iur. & per text.in.c.fin. de præscriptis.ergo multo min' coram arbitratore,qui habet cognoscere de æquitate.

¶Facit etiam ꝙ determinat Deci. in c.j.colum.xxx.nu.l.de probatio.vbi sequendo dicta Angel. in ea quæstione, an reus teneatur edere actori ad fundandam exceptionem præscriptionis: distinguit inter bonefidei possessorem & malefidei, vt in bonefidei reus teneatur edere, secus in malefidei.& in quæstione nostra idem concludit Deci.in.c.ex parte.el.ij. de offic. delega. in.iij.not.dicens quòd si etiam non esset illa clausula de æquitate illa præscriptio,cum mala fide, non attenditur quoniam de iure canonico non valet.c. possessor. de regulis iuris lib.vj. quod etiam in foro seculari seruari debet per no.in dicta regula possessor. & in.c.fina.de præscript. & per Barto. in.l.priuilegia.C. de sacr. sanc. eccle. idem etiam videtur sensisse Cuma.in sua dispu.inserta in consil.lxvij.Statuto ciuitatis. colum. fina. & Fulgos. in consilio.cvij .In proposita. & Ioan.de imol. in clemen.sæpe.in fin. de verbo. signi.& Georg.nat.ibi in.§. non sic tamen,in.xxvij. colum. & Ioan. franc. Balb.in tracta. præscriptio. in quinta quæstione, primæ quæstionis principalis.

47 ¶ † Secundo, iuxta prædicta quæro, an arbitri electi ex forma huius statuti qui habent cognoscere ex bono & ęquo per pdicta verba,vt ipsis æquius & melius videbitur, possint reijcere exceptionem excussionis propositam per reum cōuentum actione hypothecaria,& dicendum est quod debet reijci. Nam exceptio hæc excussionis est inuenta ad rigorem iuris conseruandum,vt vult Bartol.in.l.j. in fin.ff. de conditio.indeb.& talis exceptio dicitur esse de apicibus iuris,vt est glos.& ibi Bald.in addi.in.l.si mancipium.§. j. in verbo communia diuidundo .ff. de euict. sed quando cognoscitur de

bono,& æquo: non curatur de apicibus iuris, nec eius rigor inspicitur. no. glo. & ibi Barto. in d. l. si fideiussor. §. quædam. ff. mand. Bald. in l. si pro ea. C. mand. & alij superius nominati. ergo excussionis exceptio attendi non debet per arbitrum iudicantem.

¶ Præterea, pro hoc, est dictum Bald. in addi. ad Specu. in. §. fina. in addi. vlti. quòd coram arbitratore exceptio præposterationis non habet locum, quia non seruat ordinem iudiciorum. ista autem est exceptio ordinis, vt. d. l. si mancipium. §. si communi. ff. de eui ctionibus & quia arbitrator habet procedere de æquitate. notat Ange. in .l. pen. ff. de neg. gest. ergo. &c.

¶ Præterea, est text. & glos. in authen. de fideiussoribus in. §. argentariorum qui determinat. quòd Campsores qui pro alijs fideiubent, non habent beneficiũ excussionis, & sic poterunt prius conueniri quã principalis, & est speciale propter præcipuam fidem, quam homines habent in promissionibus campsorum secundum dictam glos. quam sequitur Bald. Salyce. in. l. frustrà. C. de non numerata pecunia. Bald. in .l. fina. ad fi. C. ad. l. iul. de fal. Ergo eodẽ modo dicendum est in quæstione nostra in qua procedit ex bono, & æquo, vt prius cõueniri possit fideiussor, nulla præcedente excussione, contra principalem.

¶ Ita ex præmissis concludunt Areti. in. §. item si quis in fraudem. colum. antepenult. versicu. quæro statuto cauetur. insti. de actio. & Ias. in. l. si constante col. xxxij. numero. ccvij. ff. solu. matrimonio videtur hoc sentire: sed firmat hoc, in dicto. §. item si quis in fraudem. colum. xvj. nume. lxxviij. & tenet etiam Hypo. de Marsi. in rubri. de fid. col. ij.

¶ Et secundum istam opinionem concludit Roma. in consil. ccccxxx. duæ rationes: & Alexan. in consi. cxiiij. Viso processu. colum. finali. volumine. vj. & Ioan. de ana. in cõsil. lij. in causa ista in fine & Aret. in consi. cxxvj. In causa domini Antonij, & Cur. in consil. vj. Primo aspectu. colũ. ij. & Soc. loquens in clausula de plano: sine strepitu: in consilio. xxiiij. Visis, ac diligenter. columna finali versiculo insuper. volumine. j. & Bapt. de sancto Blasio in tract. de arbitris & arbitra. quæstione. lx.

¶ In contrarium quòd talis exceptio debeat admitti per hos arbitros. aliàs eorum sententia: laudum sit nullum. firmat Bald. in. l. finali. §. j. columna. j. versiculo, fuit quæsitum. C. com. de leg. qui ita dicit. fuit quæsitum à me, an arbitramentum latum super hypothecaria quo condemnatus est possessor: non facta excusione ex hoc solo, potuit peti reductio ad arbitrium boni viri? & videtur quòd non. quia potest procedere sine aliquo ordine: sed illud est verum, sine ordine ipsius arbitratoris: sed ordo excussionis, est ordo partium. C. de appellationib'. l. j. ita Bald. sed quia arbitrator habet procedere ex bono & æquo. per not. per Angel. in. l. penul. ff. de nego. gest. & dixi suprà. ideo & in casu nostro, excussio est admittenda.

¶ Vnde per hoc dictum Bald. Alexan. in. l. si constante. in princip. colum. ix. nume. xxiiij. dicit quòd est vnum notandum in materia excussiõis, ꝙ licet talis exceptio dicatur de apicibus iuris: tamen opponi potest in causa vertente

tente coram arbitro.& est ratio.quia talis exceptio non tantum iuris ordinem concernit, sed etiam partis beneficium,& notā.dicit Alexand.quia non meminit alibi se legisse. Dictum hoc Alexand.refert & sequitur Ioan. crot.in dicta.l.si constante col.xxviij. num.lxxx.Deci.in.c.ex parte in . iij. not . in fine refert simpliciter dicta Bald.& Alexand.sed etiam Deci.in.l. finali.colū.pen.ff.si cer.pet.tenet hāc partem,per supradicta.eãde conclusionem tenet Fely.in.c.j.colum.xvij. nu.lxxxv.de cōsti. Barb.in.l.stipulationū alie.§.satis acceptio.in.v.colū. versicu.est glo.sing.ff.de verborū obligatio.inclinat in hanc patem dicens, quod alias vidit dubitari super statuto quo cauebatur, quòd in causis viduarum procedatur de æquitate.& iudex volebat non debere admitti exceptionem excusionis,& domi.Ioan.de Ana. ita consulebat . contrarium tenuit ipse Barba.per text.in.l. si quis libertatis.ff.de petitio.hæred.& quod ibi nota. Bald. Roma.in dicta.l.si constante.ff.soluto matri.dicit quod glo. in dicta.l.fin.mancipium est falsa, & non dicit veritatem : quamuis de ea festum faciat totus mundus. Clau. aquen.in dicta.l.si cōstante.columna ix.versic.& secunda sequutus est istā partem.& dicit multum esse aduertendum,cum.q.ista sit de pane lucrãdo,& idem determinat in.l.decem colū.ij.ver.Adde etiam.ff.de verbo obliga.& adducit rationem dicens, quòd illa exceptio est de apicibus iuris,quæ est contra bonam fidem : vt declarat Barto.in.l.si fideiussor.§.quædam.ff. mand.& Bal.in.c.j.in.iij.col.de const. sed ista exceptio excusionis,est secundum æquitatem.vt est tex.ad literam in authen. de fideiusso. circa princip. ibi erat enim &c.ergo admittenda. Et ex hoc dicit quod ipse dat responsum ad glo. in dicta.l. si mancipium.§.j.ff. de euic.quòd exceptio de qua ibi erat calumniosa,& non secundu bonā fidē.

¶ Præterea(dicit ipse)pro hac parte facit dictum not. Bart.in extrauag.ad reprim. in verbo videbitur in fine, vbi dicit.quòd iudex debet admittere exceptiones partis, quæ etiam sunt de rigore iuris, sub quacunque forma sit sibi facta commissio. Quod dictum commendat Math. in not.clj. Quod incipit not. quòd si iudex.sed ett.xiij. quod etiam sequitur Felyn.in dicto.c. j.de consti. Vnde(dicit ipse) potest determinari,vt supra quòd illa exceptio ordinis non est de rigore iuris, sed de æquitate,quicquid dicat Bartol. in.l. prima,in fine.ff.de conditio.indebi.& in.l.cum quis.in fine.C.de iuris & facti ignoran.vel posito quòd sit de rigore iuris,seu de apicibus. postea tenendo id,quod tenet Bald.in dicta.l.fina. dicit quòd gl.in dicta.l.si mancipium. §.primo.procedit quando exceptio ordinis respicit easdem personas, nam tunc licet, etiam quòd sit de apicibus iuris potest in prędicto casu opponi,vt dicit Fely.in dicto.c.primo.de consti. & Areti.in.c. dilecti. colū. iij. de iudi. & ex his vt vides : ista conclusio redditur valde dubia propter validas auctoritates doct.

¶ Reperio quod Anto. negusam in tractatu de pigno.& hypote. subtiliter in prima parte , octauæ partis principalis.in.x.fallen. tangens hanc quæstionē,relatis dictis Are.Soc. Bal.& Alex. adinuicē, contrariantium dicit in hoc

articulo distinguendum esse. nam ista exceptio potest dupliciter considerari, vno modo respectu ordinis iudiciarij, vt supra de ordine iudicij sic quòd prius excutiātur bona principalis debitoris quā possit agi hypothecaria cō tra tertium possessorem, & si iste ordo præposteretur. potest excipi de nullitate processus cōtra creditorem agentem, per aucten. hoc si debitor. C. de pignori. vel quod agens non sit audiē dus, omissa excussione principalis debitoris.

¶ Secundo modo potest considerari dicta excussio, nō habito respectu ad dictum ordinē, & præposterationem iudicij: sed considerato solo interesse tertij possessoris, quod cōsistit in hoc: vt si debitor principalis sit soluendo, ipse exigatur antequā molestetur tertius possessor: & ꝙ in hoc possit tertius possessor se tueri exceptione, non quidem excipiendo de ordine iudicij non seruato, & præposterato, sed solum de suo interesse, & in eo fundando suam exceptionem, iuxta. l. persecutione. C. de pigno. & ibi no. per Barto. & docto. & illud est quod voluit Bald. in dicta. l. fina. §. sed si quis. & Alexand. in dicta. l. si constante. dum dicunt. ꝙ exceptio excussionis, nō solum cōcernit ordinem iudicij, sed etiā interesse partis: & ideo per prædicta, Corne. in consilio. lv. in tertio volu. litera s. cōcludit quòd in causa in qua debet procedi sola facti veritate inspecta, nō potest opponi exceptio excussionis respectu ordinis, & præposterationis iudicij, sed ea non obstante poterit insimul, & cumulatim agi contra debitorem, & tertium possessorē, & in eodem iudicio discuti de bonis vtriusque insimul, nec obstat exceptio præposterationis, & ordinis omissi, & quòd ita procedit quòd not. gloss. & Bald. in dicta. l. si mancipium. §. primo. ff. de euictio: quia loquuntur respectu exceptionis concernentis ordinem, quæ est de apicibus iuris, sed respectu interesse partis, videlicet quòd donec debitor est soluendo, non molestetur tertius possessor: non concernit apices iuris, & ordinem sed æquitatem, & ideo licet respectu ordinis præposterari tertius possessor non possit se tueri: sed creditor possit in eodem met processu insimul vtrunque, scilicet debitorem, & tertium possessorem conuenire, & discutere, soluendo sibi prius de bonis debitoris. Tamen quādo creditor (omisso penitus debitore,) vellet solum agere contra tertiū possessorem: posset tertius possessor se tueri exceptione, quod non est æquū, vt donec debitor sit soluēdo ipse possit conueniri, & sic ius est in modo excipiendi. Nam exceptio quæ respicit ordinem iudicij, non debet admitti in casu quæstionis nostræ, sed exceptio quæ respicit interesse partis, & æquitatem quę est, vt donec debitor est soluendo, tertius possessor non molestetur, debeat admitti, & ita puta distinguendum esse in practica, & hæc consideratio videtur satis applaudere, & satis æqua.

¶ Considerabam etiam in quæstione nostra inhærendo præmissæ opinioni, posse dici quòd vtraq; opinio scribentium sit vera, reducēdo eos ad cōcordiam hoc modo. Dispositio clara est, quod exceptio hæc excussiōis dicitur dilatoria, & opponi debet ante litem contestatam, ad hoc, vt habeat

effectum

effectum ſuum,& impediat ꝓceſſum, aliàs autem in illo tempore non oppoſita iudicium valet.not. Barto.in.l.iij. in verſicu.quæro quid de exceptione ordinis.ff.de except. Cyn. Bald.in.l. exceptionem.C.de proba. Pet.& Cy. in auſto. præſent.in. viij. quæſtio.C. de fideiuſ.& ponit Alexand.in conſilio.lxxviij. in cauſa,& lite,colum.finali volumi.j.& hæc cóceptio connumeratur per ſcriben.inter illas exceptiones quæ habent vim peremptoriarum,& quæ perimũt iudicium,vt per Alexand.in.l.vir bonus.in additio.ad Barto.ff.de iudi.ſol.& dicam infrà in quæſtióe quarta principa.in verbo exceptio excuſsionis.

¶ Et tunc dico, quòd ſi coram arbitris electis per formam huius ſtatuti qui habent ꝓcedere ex bono,& æquo fiat petitio,vel coram alio iudice,qui eo modo habet procedere. Tunc reus conuentus in hypothecaria,ſi excipiat quòd ille petés virtute hypothecæ debeat prius agere contra principalem debitorem quàm contra ſe poſſeſſorem,& ſic opponet exceptionem excuſsionis in viribus ſuis, vt oppoſita ante litis conteſtationem proceſſum impediat,& ad iſtum finem,ne procedatur ad vlteriora. Eo caſu dico ꝙ arbiter & iudex nõ debet differre iudicium,ſed debet iſtam exceptionem reijcere,& ad vlteriora procedere,& facere quòd partes veniant ad merita cauſæ. Non quòd iſta exceptio impediat litem conteſtari,& quòd lite conteſtata.non poſsit opponi cum ſit dilatoria. Iſta vere ſunt de apicibus iuris vt colligitur ex dictis Barto.in.l.ſi fideiuſſor.§.quędam.ff.mand.ibi.vel ſi eſſet intentata directa vel litis conteſtatio &c.& Bal.in.l.ſi pro ea.C.manda.& aliorum vt ſupra. Et hoc modo intelligendo debent procedere dicta ſuperius poſita Ang.& aliorum dicentium,& conſulentium,quòd iſta exceptio excuſsionis debet reijci per iudicem,ſeu arbitrum. Nam cùm deberent cauſam celeriter expedire eam protellarent admittendo hanc exceptionem,& ſuper ea interloquendo ꝙ fieri non debet,vt cito partes poſſent expedire.ex quo talis exceptio oppoſita ad impediendum ſolũ proceſſum, debet reijci,cũ iſtud habeat ęquitaté per.l.j.ff.de arb.cũ alijs.

¶ Si verò formato ꝓceſſu,& deducta cauſa: reus adhuc inſiſtat ſuper tali exceptióe excuſsionis nõ factę,& dicat iniquũ eſſe,& contra omné æquitatem procedi contra ſe poſſeſſorem, nõ excuſſo principali debitore qui ſit ſoluendo:& à quo creditor poteſt cõſequi ꝙ ſuũ eſt.& tũc dico quòd arbiter & iudex nõ debent reijcere hanc exceptionem,cum habeat equitaté in ſe vt nõ cõpellatur poſſeſſor,ſi debitor eſt ſoluédo. Nã adhuc reiecta exceptione excuſsionis tépore litis conteſtatæ talis exceptio tempore diffinitiuę debet eſſe in cõſideratione,& eodé modo vt ſi actor nõ probauerit principalé non eſſe ſoluendo,vel eſſe in caſu ꝙ poſsit agere nõ facta excuſsione,vel ꝙ pédé te iudicio excuſsionem nõ fecerit,tũc ſuccũbet in cauſa,iſtud eſt quod voluit Bald.in.l.ij.C.commu.diuid. Dicens cũ Barto.ꝙ ſi agatur hypothecaria contra poſſeſſorem bonorũ,vel fideiuſſorem nõ facta diſcuſsione,ꝙ ꝓcedit petitio,niſi exceptio præpoſterationis ſit ante litem cõteſtatã oppoſita,intellige tamen (dicit Bald.) quòd agens

agens vincat, si post litem cōtestatam faciat discussionē, vel ꝓbat de inopia principalis, arg. ff. de pig. actio. l. si ré. §. fina. ita inducit illum. §. Alb. galeo. in marg. in titu. de pig. sed si non probaretur inopia, nec fieret discussio, licet probaretur obligatio, agens succūberet: quia non est sibi aperta via agēdi de iure, nisi his probatis, vt in auct. de fide. §. primo. §. sed neq:. vnde licet non desit ius, deest exercitium. Hæc Bald. quod etiam sequitur Paul. de castr. & alij in. l. fin. ff. si certum peta. & Iason. in dicto. §. si quis in fraudē. colum. xvij. nume lxxxj. & eo magis istud debet procedere quando iudicium agitur ex bono, & æquo vt non cōsideremus apices iuris quòd est. an excussio fuerit opposita, & de ea cognitum ante litem contestatam, nec. ne? sed meram veritatem. An principalis sit soluendo, vel potuit conueniri. ad hoc ne possessor, & fideiussor molestetur, & contra omnem æquitatem. compellantur soluere quòd per alium debetur, qui est habilis ad soluendū. & sic arbiter & iudex tempore diffinitiuæ debet habere in consideratione excussionem nō factam, si principalis est soluendo. & in hoc residebit ius partis. & æquitas Alexand. Bald. & aliorum tenentiū quòd talis exceptio excussionis debet penes procedentes ex bono, & ęquo haberi in consideratione, & admitti. Concludo itaque secundū diuersa tempora, & admitti, & non admitti debere per hos procedentes ex bono, & æquo exceptionē hanc excussionis: & hoc modo reducti ad concordiam dicta doct.

49 ¶ † Infero ex his ad vnum, ꝙ iuridicum puto: quod & si coram procedētibus ex bono, & æquo ante litem cōtestatam nō fuerit opposita talis exceptio excussionis quòd ex post in quacunque parte iudicij possit opponi, & maximè coram arbitratoribus, coram quibus lis non contestatur vt per Innocē. & Abb. in. c. quintaualłis de iure iuran. in. ij. differētia eo quia respicit ius partis, vt per Alex. post Bal. in. d. l. si cōstante & etiam quia illud ꝙ opponatur ante litem cōtestatā, & nō post, dicitur esse de apicibus iuris, vt ꝑ Barto. in. d. l. si fideiussor. §. quædam. ff. mand. quòd per ipsos non debet considerari.

50 ¶ † Infero etiam ad aliud quòd virtute horū verborum de æquitate, potest, habens cognoscere, ꝓcedere summariè, & ita tenet Bal. referendo Butri. in repe. l. obseruare. §. proficisci. ff. de offic. procōsul. quęstio. xxv. & ideo cum sit iniquum litem prolongare, vt. l. quidam extimauerunt. ff. si certum peta. tunc cōtrarium est ęquum, lites abbreuiare. & per processum summarium magis abbreuiantur, quàm ordinarium, ita etiam refert, & sequitur Roma. in rubri. de arbi. colū. iij. versi. adde tamē & tenet Deci. in. c. ex parte. el secūdo. in. iij. nota. de officio delegat. & ibi etiam Felyn. in primo notabili.

Videbitur. Verbum hoc videbitur importat arbitrium boni viri. l. continuus. §. cum ita. ff. de verbo. oblig. & l. fideicōmissaria libertas. ff. de fideicommis. liber. & potest arbiter eligere vnū ex prædictis modis in procedendo, siue de iure, siue de facto, siue de bono, siue de ęquo, & sententiare, habito semper respectu ad arbitriū boni viri, ita not. Bart.

Barto.in extrauagan.ad reprimen.in verbo videbitur. Bald. in capitu.j.§. si inter partes.in.ij.colũ.de lege corra. Alexan.in.l.filiusfamilias.in addi. ad Barto.ff.de dona.& in consi.clxxv. contingit.colum.j.volu.vj.& Lãfran. in tracta.de arbi.in.j.parte.col.viij.& de hoc non est difficultas.

SECVNDA QVAESTIO DE HIS QUI POSSUNT ESSE ARBITRI EX STATUTI HUIUS DISPOSITIONE.

SECVNDA QVAEstio de his qui possunt esse arbitri ex statuti huius dispositione.

Praefatio secundae Quaestionis.

¶ Explicita statuti declaratiõe,& verborum in eo contentorum interpraetatione,quia in confectione compromissi primum est,quod requiritur,vt partes ipsae personas habiles ad compromissum suscipiendum eligãt,cum etiam personam tractatus,alios praecedere debeant.ideo videndum erit,qui possint eligi in arbitros in casu statuti nostri.Et hoc cognoscemus,si de his tractabimus,qui onus arbitrij subire non possunt,aut aliquam habent dubitationem,ex mente scribentium,& de his videlicet.

Summarium.

1 *Episcopus,an possit esse arbiter.*
2 *Abbas, an & ipse possit esse arbiter, & prior,& praepositus.*
3 *Sacerdos,& cleric⁹,an possint esse arbitri?*
4 *Monachus,frater minor, & praedicatorũ, an possint esse arbitri.*
5 *Vtilitas monasterij,& auctoritas superioris si interuenerit,an possint esse arbitri monachus,& alij.*
6 *Monach⁹ factus eps,an posit esse arbiter?*
7 *Religiosus si fuerit electus arbiter cũ iuramento,& Papa ei rescribat,quòd cõpromissum expediat,an videatur habilitatus?*
8 *Miles,an possit esse arbiter?*
9 *Excommunicatus,an possit esse arbiter?*
10 *Excommunicati si eligant arbitrum excommunicatum,an valeat.*
11 *Communiter si pro non excõmunicato habeatur,an possit esse.*
12 *Publice si non est excommunicatus,an possit esse arbiter.*
13 *Infamis,an possit eligi in arbitrum.*
14 *Bannitus,an possit esse arbiter.*
15 *Deportatus,an esse possit arbiter.*
16 *Banniti,an possint esse arbitri in alia ciuitate à qua non sunt banniti.*
17 *Bannitus qui communiter existimabatur pro non bannito,an esse possit arbiter.*
18 *Seruus,an possit esse arbiter.*
19 *Seruus arbiter,si factus liber, sententiam profert,an valeat.*
20 *Iudaeus,an possit esse arbiter.*
21 *Inter ipsos iudaeos,an esse possit arbiter.*
22 *Minor annis.xxv.an possit assumere arbitrium.*
23 *Minor si acceptauerit arbitrium,an possit restitui.*
24 *Minor si pendente iudicio fit maior,an reconualescat arbitrium.*
25 *Acceptatio si facta fuit quis quãdo factus est maior.*
26 *Minor si est in.xx.vel.xviij.anno,an esse possit arbiter.*
27 *Mutus,an esse possit arbiter.*
28 *Surdus,an possit esse arbiter.*
29 *Mutus,& surdus insimul,an prohibeatur ab arbitrio.*
30 *Cecus,an posiit esse arbiter.*
31 *Pendente compromisso si factus est mutus, vel surdus,vel caecus.*
32 *Audiens,videns,loquens in aliquo,sed cum diffi*

difficultate,an poſsit eſſe arbiter.

33 *Furioſus,an poſsit eſſe arbiter.*

34 *Mulier,an poſsit eligi in arbitrum.*

35 *Iuriſdictionem ſi habet mulier, an poſsit aſſumere arbitrium.*

36 *Conſuetudo ſi eſt, ꝙ mulier arbitretur,an poſsit eligi in arbitrum.*

37 *Dignitas ſi eſt in muliere,an eligi poſsit in arbitrum.*

38 *Priuilegium iudicandi ſi habet mulier,an eligi poſsit.*

39 *Animæ ſalus ſi tractatur,an eligatur mulier in arbitrum.*

40 *Hermafroditus,an poſsit eſſe arbiter.*

41 *Iudex ordinarius, an poſsit eligi in arbitrum.*

42 *In ea cauſa ſi non eſt iudex,an poſsit eſſe arbiter:*

43 *Si eſt iudex à quo,an poterit eſſe arbiter.*

44 *Si eſt princeps,an poſsit eſſe arbiter.*

45 *Conſuetudo, an poſsit inducere ꝙ iudex poſsit eſſe arbiter.*

46 *Conuentio ſi eſt facta de ſtando arbitrio iudicis,an valeat.*

47 *De iure canonico,an ordinarius poſsit eſſe arbiter.*

48 *Secundum ſtatutum, an ordinarius eſſe poſsit arbiter.*

49 *Tempore compromiſsi ſi non erat iudex: & poſtea ſit factus.*

50 *Delegatus,an poſsit eſſe arbiter.*

51 *Sententia lata per arbitrum, an reſcindi poſsit per eundem net ordinarium poſtea factum.*

52 *In cauſa propria,an q́s poſsit eſſe arbiter.*

33 *Eccleſia,an poſsit compromittere in ſuum epiſcopum.*

54 *Collegiatus,an poſsit eſſe arbiter in cauſa collegij.*

55 *In venditorem ſi agitur cum emptore, an poſsit compromitti.*

56 *In cauſa conſanguinei vel familiaris,an poſsit eſſe arbiter.*

57 *Altera parte renuente,an conſanguineus poſsit eſſe arrbiter.*

58 *Vtriq; parti ſi eſt conſanguineus, an eſſe poſsit eſſe arbiter.*

59 *Sanctimoniæ magnæ ſi eſt conſanguineus, an arbiter poſsit eſſe.*

60 *Papa,an poſsit eſſe arbiter in cauſa conſanguinei.*

61 *Fideiuſſor in cauſa in qua interceſsit,an arbiter eſſe poſsit.*

62 *Laicus in cauſa ſpirituali,an poſsit eſſe arbiter.*

63 *Laicus in cauſa clerici,an poſsit eſſe arbiter.*

64 *Laicus & celericus in cauſa ſpirituali, an poſsint eſſe arbitri.*

65 *Capax vnus,& alter incapax,an admittantur ad arbitrium.*

66 *Cognitor quis erit quando dubitatur,an aliquis poſsit eſſe arbiter.*

67 *Infamia, ætas, minoritas furor,& ſimilia.oppoſita ſi fuerint cõtra arbitrum, quis cognoſcet.*

1 Ncipiendo † A dignioribus,quæram primò,an Epiſcopus poſsit eſſe arbiter,& dicas, ꝙ eſſe poteſt.ita eſt tex.in.l.ſi quis ex conſenſu.C.de epiſc.audi. ſecundum vnã lecturam.& ibi tenent Bald.Alber.Pau.de caſ.& reliqui,& ratio eſt, quia habet cauſarum cognitionem.& ideo,poteſt in eum cõpromitti.d.l.ſi quis.& eſt text.in.c.cũ tẽpore.de arbit.& in.c.pręſentata.de teſt.Secũdũ magis communem lecturam, vbi in epm̃ vel archiepm̃ põt cõpromitti,& ibi cõpromiſsum erat factũ.not.Spe. in tit.de arbitr.§.ſi.ver.in epiſcopum autem

autem,& Lanfr.in tract.de arbit.versic.secundo quæro.& bapt.de sancto Blas.in tract.de arbit.q.xxvj.

¶ Intellige prædicta,prout dicam infra,in hac quæstio.in verbo ordinarius Iudex.

Abbas,prior , præposi-
2 tus regularis † possunt.& isti esse arbitri.& ratio est,quia quilibet potest esse arbiter , qui non prohibetur. Cũ ergo his non sit prohibitum : ergo est concessum.c.inter corporalia.de trãs. prælat.l.cum prætor.ff.de iud.

¶ Præterea Abbas habet iurisdictionem,& cohertionem.xviij.q.ij.c.quã sit.de offi.ordi.c.quãto.c.sicut de simo.sicut ergo duo priuati possunt in eum consentire & in eum illã iurisdictionem prorogare in episcopo contingit.d.l.si quis ex consensu.multo fortius in eum tanquã arbitrum consentire , quia quicunq; repellitur ab arbitrando,& idem à iudicando: sed non econtra & precipuè quia Abbates habent merum imperiũ in multis locis & habẽt comitatus,& castra.ita Specu.in titu.de arbit.§.fin.versi.sed quæro diligẽter.quẽ sequuntur doct. in locis præalleg.

3 Sacerdos Et clericus † possunt esse arbitri tex.est in.l. non distinguemus.§.sacerdotio.ff.de de arb.& ratio est:quia esse arbitrum cõpetit hominibus maximæ auctoritatis,& dignitatis.l.iij.§.fi.ff.de arb. & est officiũ piũ ad cõcordias,& paces inducẽdas,ad q̃ clerici p̃cipuè tenens.C.de sum.trini.l.inter claras.in prin.& in fi.hoc tenet Spec.in.d.§.fi. ver.sed q̃ro diligẽter.& Io.an.in addi.in.§.ij.in titu.de arb.addi.vlt.Vbi dicit q̃ hoc idem tenuit Fran.accur.q. xxx.& doc.in locis vt suprà.

Monachus : frater Mi-
4 nor:frater prædicatorũ:† & reliqui regulares nõ possunt esse arbitri,quia non dicuntur esse dispensatores forensium causarum,& negociorum.c. monachi.& .c.de præsentium.xvj.qõ. j.& argu.in.l.repetita.C.de episcop. & cle.& quoad mundana,& iudicia, mortui sunt: & serui.& nihil est eis commune cũ publicis actis.l.placet. C.de episco.& cleri.& in auten.quomodo opor.mon.§.j.vbi dicitur quòd monachi debent esse alieni à consortio laicorum.ita tenet Spe.in.d.versi. sed quæro.& Ioan.andr.in.d.c.monachi.& Vinc.x.qõ.j.c.præstitutum. Pau.de elea.in cle.& si principalis,de rescript.Et de monacho tenet gloss. in.l.pædius.ff.de arbi.& ibi Bart.remiss.& Bald.& idem Bald . Paul.de castro.Odof.& Nico.de mata.in.d.l. si quis ex consensu.C.de episcop.audien.& generaliter in omnibus prædictis,cum sit eadem ratio.tenuit Specu.in.d.versicn.sed quæro diligẽter. & Host.in sum.de arbi.in.§.ij.in fin. & Lanfran.& Bapt.de sancto Blasio in.d.tracta.& quæstionibus.vt suprà in princip.& Ange.areti.in.§.pen.institu.de except.colum.xj.nume.xvj. ęquiparando monachũ seruo.Cardi. in cle.ij.q.xix.&.xx.de rescri.& Alb. in.l.non distinguemus.§.sacerdotio. ff.de arbitr.distinguendo inter arbitrum.& arbitratorem.concludit monachum arbitrum esse non posse . & idem voluit Præposi.in.c.infames.§. si quis.iij.qõ.vij.vbi post longam distinctionem inter arbitrum ad eligendum.

dum,& arbirrum iudiciarium ad decidendum causas concludit monachũ arbitrum, vt in nostro statuto eligi nõ posse. In monacho autem quòd nõ posit esse arbiter,& sententia lata per ipsum non teneat per superius adducta cõsuluit Corne.in consilio. ij. In hac consultatione argumẽ.colũ. j.volumi.ij.quamuis dicat, ꝙ arbitrator posit eligi. In fratre sancti Frãcisci de obseruantia, ꝙ compromissum factum non valeat sine licentia sui superioris tenuit Alexã.in consil.lxxx. Visis themate suprascripto, ac instrumento.col.j.volumi.v.& vltra prædicta, dicit ꝙ sicut illi, qui sunt de ordine, minorum nõ possunt esse executores testamenti, quamuis sit actus pius, vt in clemen.j.de verbo.significatione. Ita non poterunt esse eadem ratione arbitri.& hãc dicit esse communem opinionem.

5 ¶ † Limita præcedentem conclusionem non procedere quoties est vtilitas monasterij,& interuenit licentia superioris. nam tunc tales regulares possunt esse arbitri. per text.in.d. monachi.xvj.q.j.tenent Spec.& Ioã. and.in.d.versi.sed quæro diligenter. & facit pro hoc ꝙ not.gloss.& Abb. in.c.cùm,i,&,a,de re iudi.& alij vbi volunt, ꝙ monachus, si vergit vtilitas monasterij, posit constitui procurator, hanc limitationẽ sequitur Lãfran.in.d.trac.de arbi.d.§.hactenus. nu.xxxvj.& Bapt.de sancto Blasio.d. q.xvj.& Host.in sum.& de arbitr.§. ij.in fi.firmat Alex.in.d.consil.lxxx. & Corne.in.d.consil.ij.& proposi.in d.c.infames.§.si quis.iij.quæstio.vij. inferens, quòd si eligitur monachus in causa amici monasterij cum licentia Abbatis, valet. quia videtur verti vtilitas monasterij.

6 ¶ † Iuxta premissa quæro, quid si monachus est factus episcopus. an posit esse arbiter? dicas ꝙ sic: quia attẽditur tãtum dignitas. ita tenet Cy.in.d.l.si quis ex consensu & Guil.in.d.l.episcopale.C.de episcopali audientia.& Anto.de butrio.in.c.quintauallis.de iureiuran.& Lanfranc.in.d.§.hactenus.versicu.notandum,

7 ¶ † Quæro, stantibus præmisis, quidam compromisit in duos: quorum alter erat ex fratribus sancti Francisci non habens licentiã à suo superiori: & in tali compromisso interpositum fuit iuramentũ de obseruando. & pendente compromisso Papa scripsit dicto religioso tanquam arbitro, ꝙ debeat causam,& compromissum expedire. an tale cõpromissum valuerit.& sentẽtia super eo teneat Soci.in consi.xcix. Serenissimus Rex determinat hãc q̃stionẽ in personã cuiusdã Illustris Comitis Galeoti,& dicit ꝙ tale cõpromissum,& sententia facta: nõ valet nec cõtrauenientes incidũt in periuriũ.& hoc firmat: quia compromissum factũ fuit in eũ, in quem non poterat fieri.& ideo valuit ꝑ superius adducta. Sed in hoc id obstare videt, ꝙ in casu isto summus Põtificex scripsit, breue, dicto religioso sancti Frãcisci in quo eum hortabatur ad expeditionẽ dicti cõpromisi,& dictæ litis, ꝑpter ꝙ videt voluisse dispẽsare,& etiã potuisse, ꝙ ꝓbatur. nã cũ Papa scribat dicto religioso tanquã arbitro, ꝙ debeat causam,& compromissum expedire,& sic ex certa scientia eius videt cũ eo dispẽsare voluisse. sicut in simili habemus, ꝙ qñ Papa cõmit

mittit causam clerico nõ existẽti in dignitate:cẽsetur cum eo dispensare contra dispositionem.c.statutum.in prin. de rescrip.in.vj.vbi hoc tenet glo. quã ibi communiter approbant do. Id etiã probari videtur.nã talis prohibitio est de iure positiuo,igitur Papa dispensare põt.c.proposuit de concess.preb. sed ad hanc obiectionẽ respondet ipse So. q̃a esse arbiter contradicit regulæ, ad quã obseruandã ex voto tenentur religiosi,& contra votũ religionis nõ dispensat Papa.sine magna causa, & legitima,aliâs dispensatio esset nulla.c. cũ ad monasterium de sta.mo.& ibi Ioã. and.& communiter Canon.& hoc maximè quia non intelligitur esset facta dispensatio,quando Papa facit actum non dispositiuum,seu inductiuum,clemen.si summus Ponti.de sent.exc. ex nominatione sola non inducitur dispẽsatio per no. per Imo.& Alex.in.l. quidam consulebat.ff.de re iud.& etiã q̃a Papa potuit credere hũc fuisse electũ de licentia superioris,ex quo non habuit animum dispensandi,cum data licentia possint eligi,vt dixi suprà in limitatione, & alia complura adducit Soc.in.d.cons.vt per eum.

8 Miles † An possit esse arbiter, & videbatur, quòd non, eò q̃a nullus duplici officio fungi debet tex. in.l.hac.parte.C.de prępo.sac.scri.lib. xij.Vbi militantes in sacris scrinijs nõ debent fungi duplici offic. eodem modo dicendum est in milite,vt non possit exercere officium militis, & officiũ iudicis arbitri. ad idem facit.l. fin. C. de asses.vbi vnus non potest esse assessor, & aduocatus. facit.l.libertus. §. præscriptio .ff. ad munici.cũ alijs not. per glo.in.d.l.fi.& in.d.l.hac parte.

¶ Præterea facit.l.militem.C. de procu.&.l.neq; fœminæ.&.l.filius.§. veterani.ff.de procu.vbi miles nõ potest exercere officiũ procuratoris eodẽ modo:nec poterit esse arbiter.

¶ Cõtrarium,quòd possit esse arbiter, est magis verum.& pro hoc facit:quia officia semper dantur nobilioribus.§. primo in ver.nobiliores in auct.de defen.ciui. Cum itaq; milites sint nobiles propter eorum officium militare. ergo illi debent magis eligi. quod demonstratur per text.in.l.iij.§.fin.ff.de arb.vbi illi,qui sunt in dignitate, vt cõsulares,& alij similes:cõpelluntur assumere arbitria.

¶ Prætera est text.clarus in.l.certi.C. de iudi.vbi milites possunt esse iudices & ex vsu,& ex cõsuetudine,præsumũtur habere notitiam causarum. quod idem dicendum est in arbitris: cùm sint ad instar iudicum.l.prima.ff.de arbi.& maximè milites possunt esse arbitri in causis militaribus, & hoc magis debet habere locum in militibus nostri temporis,qui non dicuntur habere priuilegia militum, cùm quotidie spacientur super plateis. vt dicit Bartol.in.l.filusfami.§.veterani.ff.de procur.& possunt constitui procuratores.vt dicit Bartol. in.dicto.§.veterani,& in.l.militem.C.de procur. Et hanc dicit esse communem opinionẽ Angel.Aretin.in.§.plane in fin.insti. de testa.mili. Et ex hoc patet responsum ad superius adducta. Et alio modo potest responderi,vt respondet. Io an.and.in ti.de arb.in.§.potest. in addi.ad Specul.in.fi.quòd illud est in vilibus officijs.secus in honoratis, vt est iudicare. Non obstat aliud, quia vnus põt habere plura officia, si modo vnũ

non

non est impeditiuum alterius.

¶Istud dictum tenuit Franc.accur.in sua quæstio.xxx.allega.iij.quæ incipit duo cõsortes,vt refert,& sequitur Ioan.and.in addit.ad Specu.in tit.de arbi.in.§.potest in addit.in fi.Et Bap. de sanc.Blasio.in.xvj.q. vbi æquiparando militem armatæ militiæ,ad militem celestis militiæ dicit eum posse esse arbitrum.per gl.in.l.miles in principio.ff.de re iudi.

Excommunicatus An

9 possit esse arbiter. & † dici posset, ꝙ sic attentò eo,quòd nullibi reperitur prohibitum,ꝙ excõmunicatus nõ possit esse arbiter.ergo conceditur.l.necnon.§.quod eis.ff.de testi.c.inter corporalia de translat.

¶Præterea infamis potest esse arbiter & iudæus.arg.l.iudæi.C.de iudæ.& dicã infra.ergo & excõmunicatus.vnde Guil.& Odof.in.l.pædius.ff.de arbi.dicũt ꝙ fortius est impedimẽtũ ꝑpetuũquã ꝙ sit tẽporale.l.longius.ff.de iud.l.iij.§.j.ff.de suspec.tuto.Sed infamis habet ꝑpetuũ impedimentũ.l.j.§.de qua.ff.de postu.& potest esse arbiter.ergo& excõmunicatus,qui habet temporale impedimentũ.& de facili potest absolui:qa ecclesia non claudit gremiũ redeunti.C.de sum.trin.epistola liquet.§.pen.&.c.super eo de hæret.libro.vj.

¶In hac.q.dico.ꝙ excõmunicatus nõ põt esse arbiter.ratio est,quia quis nõ debet loqui cũ excommunicato,aliàs pollueretur eadẽ specie excõmunicationis.c.cum excõmunicato, xj.q.iij.c.illud de cle.excom.mi.

¶Præterea excõmunicatus, æquiperatur deportato.insti.de capi.dim.§.minor.l.placet in fin.C.de sacrosa.eccle. Deportatus autẽ amittit omnia, quæ sunt iuris ciuilis,vt.ff.de pen.l.quidã & iudicia sunt iuris ciuilis, vt.ff. de orig.iu.l.ij.§.post originem,ad quorũ similitudinem sunt arbitria.ergo,&c. Ita per hanc rationem determinat in istam partẽ Guil.& Odof.in.d.l.Pædius.ff.de arbi.

¶Præterea,excommunicatus non potest esse iudex.c.ad probandum de re iudi.ca.sciscitatus.de rescrip.c.pia,de senten.excom.lib.vj.ita eodem modo non poterit esse arbiter.l.prima.ff. de arbitris.

¶Præterea, excommunicatus habetur pro mortuo.§.quia enim in auth. de priui.dot.her mul.non præst.arg. in.l.iubemus.C.de epis.& cle.& tales excõmunicati sunt serui penæ,& peccati.l.fin.C.de senten.pas.§.quia ergo.ij.quæstio.vij.sed serui nõ possunt esse arbitri.l.pędius.§.primo,cũ prin. seqnen.ff.de arbi.ergo nec excommunicatus.

¶Præterea,facit dictum Ioan.and.in c.dolo de regu.iur.lib.vj.vbi disputat illam.q.an excõmunicatus possit esse arbitrator.& concludit: ꝙ aut arbitramentum,fit per modum laudi, & sentẽtiæ,& nõ valet,si est publicè excommunicatus, nec compromissum, aut est simpliciter mediator,& prosenetà ex cuius ordinamento partes adinuicem componerent,ita quòd contractus confirmaretur ex ipsarum partium compositione,& tunc valet.vnde cũ ex statuti nostri forma,sententia feratur:certũ est non posse esse arbitrum.Iac.de raue.vt refert Ray.& Alberi.in.d.l.pædius,& Bald.in.c.ad probandum,de re iudi.distinguebat, dicens,

dicens, aut vtraq; pars sciebat arbitrum esse excommunicatum: & non valet compromissum, aut vtraq; pars ignorabat: & valet compromissum, & est arbiter: aut vna pars tantũ sciebat, alia nõ. & tũc pro parte sciẽtis nõ valet. & pro parte ignorãtis valet. arg. in. l. qui contra. C. de incest. nupt.

¶ Indistinctè tenent doct. quod non possit esse arbiter. cùm si daremus, quod pro vno valeret, pro alio non, compromissum claudicaret: quod esse non debet. l. si cum dies. §. arbiter. ff. de arbitris.

¶ Hanc opinionem, ita indistinctè tenet Spec. in. § differt, versi. item secũdum in tit. de arbi. & Hosti. in. c. cùm dilectus, de arbi. glos. Odof. in. l. pædius. ff. de arb. Abb. in. c. veritatis, col. viij. versi. nunc venio ad glo. de dol. & cont. & in. c. ad probandum colũ. ij. de re iudi. & in. c. quintauallis, de iur. iu. & Domi. in. c. determinus. col. penul. de sent. excommuni. in. vj. & Deci. in c. intelleximus, in primo notabili, de iudi. & Areti. qui hanc dicit esse veriorẽ opi. in. §. pe. insti. de excep. col. xiij. nu. xix. Lãfr. in tra. de arb. in. §. hactenus, versi. sexto quæro, & Bap. de san. Bla. q. vij. in. d. trac. de arb. & Ange. in q. inci. duo inuicem, qui dicit, ꝙ quotiescunq; arbitro cohæret iurisdictio. exemplũ in arbitro, iuris, & in arbitro ꝗ eligitur ex forma statuti inter consortes, tunc excõmunicatus nõ sit capax talis arbitrij, ex quo non est capax iurisdictionis, & Imo. in. l. ex facto. §. si quis rogatus. ff. ad trebel. & Alexan. in. l. si quis arbitratu, col. pẽ. ff. de verbo. obliga. vbi dicit hanc esse communem opinionem.

10 ¶ † Limita hanc conclusionem non procedere, quoties arbiter excommunicatus eligitur per alios excõmunicatos, nam tunc inter excommunicatos potest esse arbiter, argu. in. l. quoniam. C. de hæret. & §. in hoc, & seq. ij. q. vij. ita tenet Spec. in. d. versi. item secundum, & ibi Io. and. in addi. in verb. excommunicatos, sed aduerte, quod in arbitro iuris, vt in electo ex forma statuti, istud non puto verũ, per rationem adductam suprà per Ange. quod non sit capax iurisdictionis excõmunicatus, & isti arbitri habeãt iurisdictionem, vt dicam infrà in. q. j. vj. q. princi. & maximè, quia Alber. in d. l. pædius per verbum, forte, dicit inter excõmunicatos posse esse arbitriũ.

11 ¶ † Limita secũdò, vt nõ habeat locũ, quoties communiter pro non excõmunicato existimabatur, nam tunc communis opinio præualet veritati, vt in Specu. in tit. de sentẽ. § quoniam, versic. vt autem impugnando, ita tenet Bap. de san. Blasio. in. d. trac. de arbi. q. vij. quod verum demonstratur per not. per text. & doct. in. l. Barbarius Phylippus. ff. de offic. præto. & tenet Abb. in. d. c. veritatis. colũ. vij. de dol. ita etiam dicit Fed. de sen. in consilio. cxxxvij. quòd acta facta à non reputato excommunicato valent.

12 ¶ † Limita tertio, vt non procedat in excommunicato non publicè, nam talis infra annum potest esse arbiter, post annum vero, non arg. auct. credentes. C. de hæret. vbi excommunicatus ad id, quod fauorem præstiterit hæreticis, infra annũ potest penitere. post annũ vero priuatur omni cõmodo officij: & nõ potest esse testis, quod idem dicendum est in offi. arbi. ita tenet Bap. de san. Blasio. in. d. q. vij.

13 Infamis † An posſit eſſe arbiter: videtur ꝙ ſic.per tex.in l.prædius ff.de arbi.ibi integræ famæ quis ſit arbiter,an ignominioſus.& gl. ibi declarat,tenet Spec.in titu.de arbi.§.ij.ver.itẽ poſſunt eſſe:& in.§.differt,verſi.itẽ ſecũdum,ꝙ tñ nõ procedit in arbitrio iuris,q nõ poteſt eſſe infamis.no.Io.an.in addi.ad Spec.in.d. verſ.itẽ poſſunt eſſe.in verb.Infamis. ex quo poſſumus dicere,quòd in arbitris eligendis,ex forma ſtatuti noſtri, non procedat tex.in.d.l. pædius,cùm hij,q eliguntur ſecũdũ ſtatutũ noſtrũ ſunt arbitri iuris:&ſunt ordinarij,vel delegati ſecundũ diuerſas opiniones, de quibus dicã infra in.vj.q.prin.Vnde infames nõ poterũt eligi in arbitros,ſi ſtatuti noſtri formã ſequimur.

14 Bannitus † An poſſit eſſe arbiter Specu.in.d.tit.de arbi.d.§.differt verſi.quid de bannito dicit ꝙ ęquiparatur deportato.& tunc ſi ob graue delictũ bãnitur,pp quod bona cõfiſcantur:nõ poteſt eſſe arbiter, vt no.inſti.qui.mo.ius pat.pot.ſol.§. relegati.ſivero bona nõ cõfiſcantur,& tunc poſſunt eſſe arbitri,quia nõ reperiunt prohibiti.l.j.ff.de teſt.& probatur in.l.fine hærede.§.fin.ff.de admi. tut.l.patre.ff.de his qui ſunt ſui, vel alie.iur.ita etiã tenet Lãfrã.in.d.trac. de arbi.§.hactenus,verſic.vij.& Bap. de ſan.Blaſio.q.viij.æquiparando bãnitos deportatis,ſi amittũt bona:& relegatis,ſi nõ amittũt.Ange.areti.in.§. pen.inſti.de excep.col.xj.nume.xvij. dicit,quod attento eo,quod deportatus,& bannitus æquiparantur & deportatus,non põt eſſe arbiter,ita nec bannitus poſſit eſſe,Alber.in.d.l.pædius poſt Guiliel.de ſuza. diſtinguit. aut bannitus eſt ex tali delicto, quod æquiparatur deportato,& tũc nõ põt eſſe arbiter.qa pro mortuo reputaẽ,& excluſus eſt ab omnibus actibus ciuilibus,& legitimis.l.actione,& publicatione.ff.pro ſoc.l.j.§.filius.ff.de bon. poſ.contra tab.aut eſt bannitus ex tali delicto,quod non æquiparatur deportato, & tunc poteſt eſſe arbiter, quia non reperitur prohibitus.l.necnon.§. ſed quod eis.ff. ex quib. cau. matri.

15 ¶ † Aduerte circa hoc quia duæ ſunt faciẽdæ partes.vna an deportatus poſſit eſſe arbiter.& dicẽdum eſt,ꝙ non quia deportati perdũt ciuitatẽ,& bona,nec poſſunt habere hæredẽ.l.ij.C. de bon.proſcri.& dicũtur deportati, quaſi de ciuitate portati ſecũdũ Bart. in.l.relegatorũ.ff.de interd.& releg. ¶ Prẹterea arbitria ſunt redacta ad inſtar iudiciorũ.l.j.ff.de arbi.ſed deportati nõ poſſunt eſſe iudices,vt p Bald. & Angel.in.l.cũ prætor.§.nõ autẽ.ff. de iudi.ergo nec poterunt eſſe arbitri, & ita intellige Specu.in.d.verſicu.ſed quid de bannitis,& alios,poſt ipſum, vt ſupra relatos.

¶ Alia eſt an banitus,qui eſt quoddam genus de per ſe,vt dicit Nel.in trac.bãnito.in.j.parte.ij.temp.q.iiij.poſſit eſſe arbiter,& tunc dicas,quòd diſtinctio Specu.& glo.in.d.§.relegati,cõmuniter reprehẽditur per ſcrib.in.l. j.C.de hære.inſti.vt per Alexã.in.d.l. j.col.pen.& ſic non poteſt aſſumi fundamentum ex ea.vnde dic.in hac materia ſecũdum diſtinctionem Bartoli in.d.l.j.communiter approbatam, aut tales banniti poſſunt impunè offendi. ex forma ſtatuti,prout eſt hic Paduæ, & in omnib'alijs ciuitatibus Illuſt du

calis

calis dominij.Venetorum, per nouas suarum partium determinationes, & hij perdunt ciuitatẽ suam,& iura illius,& per consequens non poterunt esse arbitri, cum nullo ciuitatis suæ gaudeant priuilegio per.l.amissione. §.qui deficiunt.ff.de cap.dimi.& tũc æquiparantur deportatis, not.Barto. in.d.l.j.& ideo bãnitus in ære,& in psona habetur pro mortuo,ita Bar.cõsi.xlij.in.j.car.in vlti.col.in.ij.vol.Ista cõsultatio,aut isti bãniti nõ pñt impunè offendi,& nõ amittũt iura ciuitatis suæ,& tunc dico,ꝙ poterunt esse arbitri secundum formam statuti nostri, & hãc distinctionẽ,ꝙ possint impunè offendi,vel nõ,tenẽt Bar.Saly.Pau.de ca.Cor.Ias.& Alex.qui dicit hanc esse cõmunẽ opi.in.d.l.j.C.de her.insti.& Bar.in.q.incipiẽte statuto Lucanę ciuitatis,& Nell.in trac.ban.in.j.par.ij. temp.q.iiij.Vbi cõcludunt,quod si bãnitus impunè potest offendi,tũc amittat iura suæ ciuitatis,& beneficia statutorũ,aut impunè nõ possunt offendi,& tũc retineat iura suę ciuitatis,& statutorum beneficia,& secũdum hãc distinctionem intellige dictũ Nell.in d.j.parte.ij.temp.q.xliij.

16 ¶ † Intellige tamẽ prædictã conclusionẽ,ꝙ bãniti nõ possunt esse arbitri,illud habere locũ,quotiescũq; habemus respectũ ad illã ciuitatẽ à qua sunt bãniti,& ad alia loca in bãno cõprehẽsa. secus est in alia ciuitate à qua nõ sunt banniti.nam perdũt iura illius ciuitatis tãtum à qua sunt bãniti nõ alia iura,vel cõmunia vel aliarum ciuitatũ, vt ponit Alex.in cõsilio.lxxv.visis,& diligenter perspectis in.j.col.volumi. j.Vbi dicit,quòd magis cõmunis opi. doct.est quòd bãnitus non perdat beneficia iuris cõmunis,seu facultatem succedendi de iure cõmuni,sed tãtum beneficia inducta à legibus, seu statutis illius ciuitatis à qua bãnitus est,vt firmat Iac.de are.Ange.& Bar.in.l.ex facto.§.ex facto.ff.ad trebel.& Cy.& Bart.in.l.j.C.de her.insti.referentes, ita publicè disputasse,& determinasse Fede.de scal.in.ij.q.incipiẽte,quæstio talis est,Titius filiussa.&c.& latè concludit hoc Barto.in sua disputatione incip. Lucanæ ciuitatis statuto, & in extrauagandi qui sunt rebel. in verbo.rebellando, & Barto.& Bal. in.l.amissione.§.qui deficiunt.ff.de capi.dimi. pro qua est bonus text.in l.certa forma.C.de iur.fisci.libro.x. pro quo, ita ibi decidit Barto.& pro hoc etiam.l.quidam.C.de penit.item tenent Barto. Bald.& Imo.in.l.eius qui.§.j.ff.de testa.& Bald.in.l.gallus in.§.& quid si tãtũ.ff.de lib.& posth. & Ange.in.d.l. gallus,in.§.ille casus, & in disputatione sua,inci.duo adinuicem litigãtes,& in.l.si cum dotem. §.si pater.ff.sol.ma. Et sic bannitus à ciuitate Brixiæ poterit hic Paduæ esse arbiter ex forma huius statuti.

17 ¶ † Intellige etiam hanc conclusionem,vt non procedat in bannito, qui cõmuniter existimabatur,& reputabatur pro nõ bannito,nam tũc poterit esse arbiter iuxta not.per Specu.in titu.de sent.§.quoniam versi.vt autẽ impugnando,& faciunt nota.in.l.barbarius.ff de officio præto.ita Bapt.de sancto Blasio.in dicta.tracta.de arbi. quæstio.x. & faciunt quæ supra dixi in verb. excõicatus in.ij. limitatione.

18 Seruus † An possit esse arbiter firma est conclusio,quòd non,ita textus in lege pæ -

dius. §. primo. ff. de arbitris. vbi ad literam dicit, Seruum non posse esse arbitrum, not. Angel. in d. §. penult. colū. xj. nume. xv. insti. de excep. & Bap. de sancto Blasio, in d. tract. de arbit. q. v. & Iaco. but. in trac. de oppo, comp. in princip. & Ioan. mon. in sua deffen. & alij summistæ communiter.

19 ¶ † Iuxta prædicta quæro, quid si factus liber processerit, & sententiam tulerit, an valeat Alber. in d. l. sed & si in seruum dicit, quod si in seruitute lis non fuerit contestata, quod sententia valet, secus si in seruitute fuerit contestata, quia initium fuit vitiosum, ex quo non valet, quod postea agitur, cū iudicia debeant legitimè initiari l. vniuersis cum simil. C. qui da. tut. pos. sed de hoc dicam, vt infra in verb. minor.

20 Iudeus. † An possit ex forma huius statuti eligi in arbitrum. Prima facie videbatur, quod non. nam Iudæi non iudicant, imo ipsimet teneantur subire iudices Christianos. l. Iudæi Romano. C. de Iudæ. & Iudæi non possunt habere aliquam iurisdictionem. sed arbitr. (qui eligun tur ex forma statuti) habent iurisdictionem ex forma statuti, prout arbitri iuris habent iurisdictionem à iure communi. c. ab arbitris de offi. deleg. libr. vj. & ibi glos. & not. in. l. apertissimi, & in. l. fi. C. de Iudi. & dicam infra in q. vj. prin. Et ideo sunt veri iudices, licet nuncupentur arbitri: & successiuè videtur dicendum, quod Iudæi non possint esse arbitri ex forma nostri statuti, cum essent iudices.

¶ Veritas est, quod Iudæi possunt esse arbitri inter suos tamen Iudæos, non autem inter Christianos, text. in. d. l. Iudæi Romano, vbi vult, quòd Iudæi possint esse iudices, arbitri inter ipsos Iudæos, nec obstat, si diceretur, quod ibi est in arbitro voluntario. secus in necessario electo ex forma statuti, quia in eo text. æquiparat arbitrum Christianum arbitro Iudæo, & dicit eorum sententias debere exequi, sicut & Christianorum.

¶ Præterea æquum est, quod causæ Iudæorum cognoscantur, & decidantur per Hæbreos potiusquàm per Christianos. l. si qua à contrario sensu. C. de Iudæ. Cum dicat, quod causa inter Iudæum, & Christianum non debet decidi per seniores Hæbreorum. ergo à contrario si fuerit causa inter Hæbreos, debet decidi per eorum seniores. Hanc opinionem (quod Iudæi possint esse arbitri) tenuit Corne. in cōsil. lxv. licet in hac consulta. volu. ij. & dicit Ioan. de ana. in c. cum sit, in prima colū. de Iudæ. quod licet Iudæi non possint esse iudices ordinarij inter Iudæum, & Christianum: tamen inter eos bene possunt esse. per text. in. l. si qua, & refert, quod per illum text. ita consuluit Flor. de sancto Per. & facit. l. spadonem. §. iam autem. ff. de excu. tuto. not. Iaso. in Rubrica. ff. de iusti. & iur. & dicam infra in. iij. q. princ. in verb. Hębrei, quod idem dicendum est in arbitro iuxta. l. j. ff. de arbi.

21 ¶ † Iuxta hoc quęro, pone, est quęstio, & lis inter duos Iudęos coniunctos, petitur per alterum compromissum fieri, iudex iudicat compromissum inter ipsos fieri, & Hæbreos arbitros eligi debere. queritur modo, an iudex bene iudicauerit in ea parte, in qua iudicauit Hæbreos arbitros eligi debere, nam in eo, quod iudicauit arbitros eligendos, & compromissum fieri debere clarum

clarum est sententiam valuisse, cum Iudæi subsint statutis, & per ea ligentur.c.Iudæi el.ij.de Iude.& ibi not.& Bald.in.l.spadonem.§. iam autem.ff. de excu.tuto. & in c.j. de form.fidel. & dicam infra in.iij.q. princ. in verb. Hæbreus. In alio vero capite, in quo pronuntiauit Hæbreum eligi debere, est questio, & videtur dicẽdum, quod talis terminatio non teneat, cum fundamentum sententiæ sit statutum ipsum, quod arctat compromittere, nec magis dicit in vnum quam in alium. Ideo iudex debebat sequi formam statuti, & non exprimere, quòd compromitteretur in Hæbreum, sed simpliciter dicere, quòd esset compromittendum. ex quo dicta pronuntia habet fundamentum à statuto, & videtur, quòd iudex eius formam amplecti debet.

¶ In hac difficultate dicendũ est, quod potest iudicari compromissum fieri debere, & in Iudæos. ratio est quia ipsis Iudæis melius innotescunt iura sua, & consuetudines quàm Christianis, & causæ debent decidi secundum iura eorum, in quibus decidunt, & prouident. dicit enim Sal. in quodam suo consi. incip. Mathasias, quod inter Hæbreos seruari debet lex Mosayca. primo per.l.synagoga.C.de Iudæ. secundo per tex.in.l. Iudæos eodem titulo, ibi amissuri hactenus permissa, si ab illicitis non se abstineant, quasi sit sensus, quod concessa eis per legem suam sint eis regulariter permissa. Tertio si sit quæstio inter Hæbreos per eorum seniores est terminanda.l.si qua.C.de Iudæ. Quarto quia lex Mosayca est specialis lex eorum, ergo inter eos seruanda quatenus disponit, alias ad ius commune recurrendum est, quia lex specialis derogat generali per iura vulgaria, vt.l.in toto cum alijs.ff. de reg. iur. Et Iudæi dicebant Pilato, Legem habemus, per quam debet mori, quasi dicerent, lex nostra debet nobis inter nos seruari. ideo.l. Iudæi, & similes leges suprà allegatæ, dũ volunt Iudæos non esse cognitores, loquuntur quando esset quæstio inter Iudæũ, & Christianum. huic consi. Salyc. subscripsetũt se Frãcis.de Ram. Gasp. de Cald. & Ioan. de Fantu. sic etiam consuluit Ioan. Cald. in titu. de testa. consi.xxx. vt dicit Cor. in consi. infrà allegando.

¶ Præterea iura abhorrent familiaritatem Hæbreorum, & nimiam conuersationem, seu consuetudinem cũ Christianis: & ideo, in multis prohibẽt conuersationem Christianorum cum Hebreis, nõ enim potest morari Hebreus cum Christianis.c. Iudæi. xxviij.q.j. & c.sæpe. & c.nullus, nota glo. per dicta iura in.c.primo, de Iudæis. nec potest stare in balneo cum Christiano.d. c.nullus. item, non potest intrare scholas Christianorũ.d.c. nullus. & Abb. in.d.c.primo, de Iudæ. nec potest habere nutrices Christianas.c. ad hoc, & c. & si Iudæos de Iudæ. Et licet propter hoc non tollatur, quin etiã Christiani possint esse, & iudices, & arbitri Iudæorum, tamen condecentius est, quod ipsi Iudæi sint inter se arbitri, potius quàm Christiani. ita tenet Pet. Phyl. Corne. in .d. consilio.lxv. in.ij. volu. Quo autem ad illud, quod Iudæi ligantur lege Mosayca, non communi, nisi in defectum: quia non est materia nostra videas Fel. in.c. primo, col.x.nume.xlv.de consti. & Iaso. in.l. prima, in.vj.colum.nume.xxxv.ff. si

certum petatur. & in .l. qui se patris, col.vj.num.xxiiij.C.vude lib.vbi latè loquuntur.

¶ Non obstat adductum de forma statuti,quia statutum simpliciter determinat compromittendum:sed non exprimit magis in vnum, quàm alium; vnde quoad iudices arbitros, non datur certa forma,seu modus, ex quo arbitrarium erit iudicis nominare personam arbitri.per nota.in.c.cùm dilecta,de officio delegati,cum alijs.

22 Minor annis xxv. † An possit esse arbiter.textus in .l. quidam cõsulebant. ff.de re iudic. videtur innuere, quod minor.xxv.annis, maior tamen.xviij. possit esse arbiter,cùm dicat,quòd iudex voluntariè electus minor.xxv.annis,maior.xviij.iuncta glo.possit iudicare. Cùm itaq; arbitri eligantur de voluntate partium, videbatur dicendum,quod poterit in ea ætate iudicare,pro hoc facit gl.ibi:quæ dicit quod minores.xxv.maiores.xviij.possunt esse arbitri,si volunt, secus si nolunt:& sic inuiti, non possunt compelli ad assumendum arbitrium. & ita intelligit textus, in .l. cum lege.ff. de arbitris. Hanc conclusionem,& hanc gloss. distinctionem,communiter Legistæ tenent in dicta.l. quidam consulebant. concludentes post ipsam,quod aut minor.xx.annis eligit arbiter, & est maior.xviij. Et tunc potest esse arbiter, sed non potest compelli ad acceptandum,aut est maior.xx. annis, & tunc potest esse arbiter, & potest compelli, ita Alexã.dicit hanc esse communem opinionem Legistarum,in dicta.l.quidam consulebant.in prima columna. in versicu.not.quod ætas, & in tertia columna.versicu.in glosa prima, not. Ange. Aret.in.§.penultimo,instit.de except.numero.xvij.& in.§.fin. insti. de fidu.tut.

¶ Alia est opinio communiter Canonistarum, quod indistinctè minor annis.xx.non possit esse arbiter, & eius sententia non tenet.mouetur per textum, in.l. cum lege.ff.de arbitris. Vbi, minor annis.xx. non potest esse arbiter, & eius sententia non habet effectum,ita tenet glos. Abba. & communiter Canonistæ in.c.cùm vigesimum, de offi.delega.& hæc opinio est magis vera, & eam dicit veriorem Alexan. in.d.l.quidam consulebant.& eam tenet.

¶ Non obstat primũ, quod iudex maior.xviij.annis possit iudicare,quia aliud est in iudicijs, aliud in arbitrijs. Nam ratio alia datur in iudice ordinario,alia in arbitro.Nam iurisdictio datur à principe,siue à magistratibus:arbitria vero dantur à priuatis. Vel dicas (& hæc est secunda ratio) in iudicijs,dantur multa remedia, puta supplicatio,appellatio,recusatio. In arbitrijs vero sola pene solutio. Ideo maior ætas requiritur,ne partes in promptum incidant periculũ, propter ignorantiam arbitrorum. Vnde,arbitri iurare non debent, ne propter ignorantiam in periurium incidant in auctentica,de iudi.§.quia verò. columna sexta,in glo.in dicto.c.cùm vigesimum. Aduerte tamen,quòd ratio glosæ non militat in ea parte,in qua dicit appellationem, supplicationem non dari in casu nostri statuti, quod dat appellationem, & de iure communi ab ar-arbitris statutarijs datur appellatio, vt dicam infrà,in x. quæstio. princip.

in

in principio. In alijs verò optimè concludit: vel dicas, prout dicit Bald. in d.c. cùm vigesimum. quòd ideo illa ætas requiritur in arbitro, quia periculosius est, quàm in iudicio. l. diem. §. stari. ff. de arbi. vel (dicit ipse) quia delegatio nititur superioris auctoritate, & partium consensu, sed compromissum non.

¶Non obstat, quod dicit glos. in d. l. quidam. interpretando text. in d. l. cum lege, quod habeat locum, si cogatur, quia dicit Ioan. de imol. in d. l. quidam, quod. lex cum lege intellecta, vt iacet, & non cauillando eam, facit pro hac sententia, & ponderat textus ibi iudicare cogatur, intelligitur, quia non valet delegatio, quia minor: & tex. ibi, & eius sententia nullo modo committitur. &c. Nam ibi sententia lata ab arbitro minore annis. xx. non tenet, nec eius pena committitur, nec distinguit, an coactè, an voluntariè iudicauerit, & sic tex. ille ita intellectus non contrariatur prædictis.

¶Præterea dicit Alexan. in d. l. quidam. quòd non videtur posse reddi bona ratio, quare si valet compromissum factum in minorem annis. xx. maiorem annis. xviij. nō potest cogi ad accipiendum compromissum mero iure, quemadmodum cogitur ille, qui est maior xx. annis. Cùm itaque non potest reddi diuersa ratio, æqualis debet esse dispositio, vt minor xx. annis non possit esse arbiter, siue cogatur, siue non: & sic verior est opinio Canonistarū indistinctè, quod minor annis xx. non possit esse arbiter.

¶Hanc opinionem tenet Specu. in tit. de arbitris. §. potest, vers. item minor. Hostien. in sum. de arb. §. ij. Iaco. but. in tracta. de oppo. compo. in princip. Lanfran. in tract. de arbitris. §. hactenus. versicu. quinto quæro. Bapt. de sancto Blasio in d. tracta. quæstio. ix. Alexan. Ioan. de imol. in d. l. quidam consulebant.

¶Aduerte tamen, quod in materia statuti nostri videtur, quòd etiam minor annis xx. possit eligi in arbitrum. eo quia sunt iudices electi ex dispositione iuris municipalis, vnde quemadmodum iudex eligitur infra. xx. annum, eodem modo dici potest, & de arbitris istis, qui sunt iudices, vt dicam infrà, in quæstio vj. princ. non autem sunt meri arbitri, prout in titul. ff. de arbitris, & pro hoc facit dictum Bald. in d. c. cùm vigesimum. vbi quærit, quæ ætas requiratur in arbitro. dicit, quòd est ætas annorum xx. quia lex iulia prohibet in minorem xx. annis compromitti. d. l. cum lege, hoc tamē (dicit ipse) fortè non habet locum in arbitris, qui eliguntur causa suspitionis, sed seruabitur in eis idem, quod in iudicibus, quia iudices fiunt legis auctoritate. c. suspitionis de officio. de lega.

¶Ita dicendū esset in arbitris, qui eliguntur per statutū, & sic iuris auctoritate, & per dictum Bal. ita tenet Felyn. in c. fi.. col. fi. de re iudicata in ver. sententiæ, vbi dicit, quòd Bald. vult in l. j. §. interdum in fi. ff. à qui. appel. non lic. quòd ab istis arbitris electis, ex præcepto legis, vel statuti potest appellari, & idem Bald. in l. pen. in fi. ff. de his qui sunt sui vel alie. iur. &. in d. l. diem proferre. §. stari. ff. de arbit. hinc est (dicit ipse) q̄ dispositio. l. cum lege. ff. de arbi. volens minorem xx. annis non posse esse arbitrū, nō habet locum

in istis secundum Bal.in.d.c.cum vigesimum de offi.delega.

¶ Vnde dico,quòd arbitri,qui ex forma nostri statuti & per partes volūtariè eliguntur,vt patet ex verbis statuti,quòd isti tales,cùm sint ordinarij, possunt eligi infra vigesimum annū, vsq; ad.xviij. secundum formam dicti capituli cū vigesimum,& in hoc procedat opinio legistarum,& ad contraria per supradicta patet responsio, quòd ibi sumus in arbitro,qui eligitur simpliciter de voluntate partium, qui non habet nisi notionē,secus vbi sunt ordinarij per supradicta,& electi vigore statuti, & habent iurisdictionem,vt dicam infrà,in.d.vj. quæstio. in princip.

23 ¶ † Retenta tamen prædicta conclusione doctorum,quòd minor.xxv.annis,maior autē.xx.potest esse arbiter, dicas quòd si acceptauerit arbitrium, potest restitui in integrum aduersus assumptionem,nota.Abb.in.d.c.cùm vigesimum.& Azo in sum.de arb.colum.prima,& Hostien.in eadem sum. §.ij.& Iac.but.in trac.de arb.col.j.

24 ¶ † Iuxta prædicta quæro,factū est compromissum in minorē annis.xx. vel.xviij.vt prædictum est, pendente compromisso factus est maior,quæritur an possit is iudicare. Videbatur, ꝙ sic:nam res inualida à principio & tractu temporis,& taciturnitate conualidatur.text.est in.l.fin.C. si ma.fac.rat.hab.Vbi minor alienans rem titulo oneroso,sine decreto,si maior postea sit factus,& taceat per quinquennium,cōfirmat actum inualidum.eodem modo dicendum est in hoc arbitro.Nam superuenientia ętatis,& taciturnitas partium,debet id conualidare,cum contrahāt.Nam in iudicijs quasi cōtrahitur,& in compromissis. l.iij.§.idem scribit.ff.de pecul.

¶ Teneas aliam opinionem,quòd maior factus intra tempus compromissi non possit iudicare,quia quod ab initio non tenet,ex postfactum non conualidatur.l.obligationum fere.§.placet.ff.de verb.obliga.arg.in.c.dubiū, el primo,& cap.auditis de elect.Vnde ad hoc,vt maior factus possit iudicare,requiritur,quòd de nouo in eū cōpromittatur.l.sed & si in seruū.ff.de arbi.ita Spec.in. d.§.potest. ver.item minor,& Bap.de san.Blas. in.d.quęst. ix.& Alexā.in.d.l.quidā cōsulebāt.ff. de re iudi.& Fely.in.d.c.cùm vigesimum,nume.v.

25 ¶ † Intellige prædictā conclusionē, quādo minor annis.xx.vel.xviij. (secundum ꝙ supra dictum est) electus fuit arbiter,& etiam persistens in ea minori ætate acceptauit compromissum.Secus si minor ānis.xv.seu.xviij. fuit electus,& fact⁹ maior acceptauit, nā tunc sine nouo cōpromisso potest iudicare.ita intelligit Ioā.and.d.l.sed & si in seruum,quòd ibi seruus fuerit electus,& factus liber acceptauerit:nā tunc non requiritur nouū cōpromissum,& pro hoc facit.l.prima.ff.de lega.iij.in versi.sed si filius.ff.Vbi seruus non potest facere fideicōmissum,si tamen fecerit,& liber factus perseuerās in eius opinione mortuus sit,valet fideicōmissum.ita Ioan.and.in addi.ad Specu.in.d.versi.item minor in verb. responso, Alber.tamē post Iac.de Raue.& Guiliel. de cun.in.d.l. sed & si seruū distinguit,prout dixi supra,in verb.seruus, ꝙ aut lis fuit contestata eo facto libero,& tūc valet sententia: aut

aut conteſtata fuit eo exiſtente ſeruo, & tunc nō valet, quia initium fuit vitioſum, nec valet, quod poſtea agitur, cū iudicia debeant legitime initiari.l. vniuerſis.C.qui dar.tut.poſ. Veriorē tamen puto opinionē Ioan.andr.cum text.in.d.l.ſed & ſi vtatur eo verbo receperit, dum dicit, ſi liber factus receperit, ex quo nō recedendo à proprietate verborum, ſatis demonſtrat ille text.valere, eo tunc ſententiā ſi tempore, eo quo recepit compromiſſum, & ſic acceptauit, erat effectus liber. Recipere enim eſt idem, quòd accepta re.l.ſi de meis.§.recepiſſe, ex alio etiā ſententia Ioan.and.redditur vera, nā compromiſſum aſſumit vires.& dicitur habere principium, quando eſt facta acceptatio per arbitrū, vt eſt text. glo.& Bal.in.l.ſi cùm dies.in princip. ff.de arbi.& dixi ſupra in prima quæſtio.princip.in verbo acceptet.Cū itaque initiū (prout dicit Alber.ſuprà) debet eſſe legitimum, neceſſarium eſt dicere, quòd tempore acceptationis, ſeruus debet eſſe liber, & minor debet eſſe maior.xx. vel.xviij.annis ſecundum opiniones prædictas, dato quòd tempore compromiſsi eſſet minor, vel ſeruus cùm eo tempore, quo acceptatur compromiſſum incipit valere reſpectu perſonæ ipſius arbitri, & habet ſua ſubſtantialia, vt dixi in.d.verbo acceptet.

26 ¶ † Inſuper quæro, quid ſi aliquis eſt in.xx.anno, ſeu.xviij. retentis diuerſis opinionibus, vt ſuprà an poſsit eſſe arbiter, & dicas, quòd non, ſed ſi intrauerit vltimū diem vigeſimi anni, bene poterit eſſe arbier text.eſt in l.prima.ff.de manumiſ.ibi iam autem minor non eſt, qui diem ſupremum agit anni vigeſimi, & pro hoc facit.l. qua ætate.ff.de teſta.& quæ not.Iac. de Areti.& alij in.d.l.prima.Bapt.de ſancto Blaſio.in.d.tractā.q.ix.

27 Mutus. † Non poteſt eſſe arbiter, caſus eſt in.l.ſed & ſi in ſeruum.ff.de arbi.& hoc ratione comprobatur, quia nec etiā poteſt eſſe iudex argu.eorum que habentur in.l. cæcus.ff.de iudi.l.prima.§.quamuis. ff.de poſtul. Ergo nec arbiter eſſe poteſt.l.prima.ff.de recep.arbi.ita tenet Speculat.in dicto.§.poteſt, verſicu. item prohibetur, & Iaco.butri.in dicto tractatu de oppo.comp.columna prima, & Angel.Areti.in dicto.§.penulti.inſtitu.de except.nume.xvij.& Bapti.de ſancto Blaſio, in dicto tractatu de arbi.quæſtio.xj.intellige tamen hoc, vt dicam infrà de Cæco.

28 Surdus. † Non poteſt eſſe arbiter, caſus eſt in dicta.l. ſed & ſi in ſeruum.§.primo.ff.de arbitris. Et idem tenent ſupra notati in pręcedenti quæſtione, vt dicam infrà, de Cæco.

29 Mutus, & ſurdus, † In ſimul, nō poteſt eſſe arbiter: nam ſi vnum prædictorum vitiat compromiſſum in arbitrum per. d.l. ſed & ſi in ſeruum.ff. de arbitris, dum loquitur alternatiuè, aut in Mutum, aut in Surdū, pari ratione, & multò magis quando illa duo concurrunt inſimul, in vna, & eadem perſona, quæ in arbitrum eligitur, facit.l.diſcretis.C. qui teſtamen.facere poſſunt. Et quia duæ rationes plus vrgent, quàm vna, vt habetur in.§.finitis.inſtitu.de nuptijs, & in.l. pater filium, cum.l.nam & ſi parentibus.ff. de inofficioſo teſtamento. Ita tenet

Baptiſta

Baptista de sancto Blasio in.d.tracta. de arbi.quęstio.xiij.quod intelligitur, vt dicam infrà, in quæst.seq.

30 **Cæcus.** † Nō potest esse arbiter: nam sicut Cæcus non potest esse iudex, vt nota.in.l.cęcus.ff.de iudi.& in.l.prima.§.quamuis,& ibi gloss.ff.de postul.ita nec poterit esse arbiter.l.j.ff.de arbi.ita tenet Bapti. de sancto Blasio. in dicto tractatu. quæst.xiiij.

31 ¶ † Intellige prædicta de Muto, Surdo,& Cæco vera esse, quando à principio tempore facti compromissi in eū, ipse arbiter erat Mutus, Surdus, vel Cæcus: secus si post factum compromissum cadat in aliquod ex istis vitijs, vt fiat, aut Mutus, aut Surdus, aut Cęcus, aut vtrūq;, Mutus,& Surdus, quia tunc poterit esse arbiter,& valebit iudicium per eum factum per nota.in.d.l.cæcus.ff.de iudi.& ibi gl. & in.l.prima.§.quamuis.ff.de postul. not.Bar.& alij in.d.l.cæcus.

32 ¶ † Intellige secūdò, dummodo sunt tales hæc personę, quę si est Cęcus, nil videat,& Mutus, nil loquatur, & Surdus, nil audiat. secus si loqueretur, & cum difficultate, & videret, & audiret,& cum difficultate, nam tunc non prohibetur, text. est in .l. discretas. C.qui testa.fa.poss.& in.§.mutū institu.de inutil.stipu.not.Bap.de sancto Blasio in dicto tract.de arbi.quæstio.xij.

33 **Furiosus.** † Non potest esse arbiter, casus est in.d.l. sed & si in seruum.§.primo.ff.de arbi.no.Hostien.in.§. secundo,& Specu.in dicto.§.potest.versicu.itē prohibetur.

¶ Extende hoc, vt procedat, nō tantum si perpetuò sit furiosus, verum etiam si habet dilucida interualla, cū non possit iudicare.l.cum furiosus, ff.de iudic.ita no.gl.& Bart.in.d.l.cū furiosus.vbi volunt habentē dilucida interualla non posse esse arbitrum.

34 **Mulier.** † Non potest assumere arbitriū, nec potest in ea fieri compromissum: casus est,& ita tenent omnes scriben.in.l.fina.C. de arbit. argumen. capitu. mulierem trigesimatertia quæstione quinta, & secundum hoc facit ratio, quia sicut mulier prohibetur iudicare.l.cū prætor.§.fina.ff.de iudic. Ita & arbitrari, cùm (vt pluries dictum est) arbitria sint redacta ad instar iudiciorum.l. prima.ff.de arbit. Et ideo in illis casibus, in quibus admittitur iudicare, in eisdem admittitur arbitrari, cum minus sit arbitrari, quàm iudicem ordinarium esse, cùm istud detur à Principe, illud autem à priuatis. Et ideo si mulier nō potest se ingerere,& immiscere in his, quæ sunt Principis, tantò minus in his, que sunt priuatorum.authen.multo magis.C. de episcopis & clericis.no. Decius.in.l.fœminæ.in.iij.col.nu.xvij.ff.de reg.iur.

35 ¶ † Primò limita hanc conclusionem non procedere, quoties iure hoc ipsis competeret, nam tunc iudicare, arbitrari, ac iurisdictionem exercere potest, vt inquit Angelus in dicta.l.fœminæ,& in dicta.l.cum prætor.§.fina.vbi refert vidisse Regin.in Ioannam, sedentem in solio Regali,& sententiam proferentem contra illos de Balso, nota.Innocentius,& Abba.post alios in capitu.cum dilecti de arbitr. idem Abba.in capitu.significauit de rescript.& capitu. dilecta de maiori.

& obedien. Alexan. consuluit in consilio primo, columna septima. versicu. plus autem libro. v. Decisi. in. d. l. fœminæ nume. iij.

36 ¶ † Secundò, limita vt non procedat, quando consuetudo esset in contrarium, quia virtute consuetudinis mulier iudicare, & arbitrari poterit: vt probatur in dicto capitulo dilecti. de arbitr. nota. gloss. fina. in capitulo cum de notissimam. decimasecunda quæstione secunda, & decimaquinta quæstione tertia. in. §. primo. in versicu. mulieres. & nota. Bald. in dicta. l. finali. C. de arbit. & in. l. de quibus. ff. de legi. Abba. tamen in dicto capitulo dilecti. videtur hoc dictum limitare in tertio notabili. Vt solum habeat locum in mulieribus habentibus dignitatem, prout text. ibi loquitur, & idem videtur sentire gloss. fina. in capitu. noua, de penis. & remi. dum inquit, nisi formatæ aliqua nobili habilitate ex consuetudine. Decius in dicta. l. fœminę dicit quòd limitatio hęc videtur habere locum in quacunque muliere, etiam in dignitate non constituta, quia moribus & consuetudine talis prohibitio est inducta, vt dicitur in dicta. l. cum prætor. §. fina. ff. de iudi. Ergo contraria consuetudine tolli potest, vt in simili casu arguit Bald. in. l. secunda in princi. ff. de vulgari & pupillari. per illum textum. ibi moribus. & Angelus in. l. more. ff. de aqua pluuia arcenda. per illum text. vbi volunt, inducta per consuetudinē contraria consuetudine tolli posse, & sic in simplici muliere videtur posse induci talis consuetudo.

¶ Circa hoc aduerte ad rationem, qua Abba. in dicto capitulo dilecti. motus sentit hanc opinionem, vt non procedat hæc conclusio nisi in muliere in dignitate constituta, quia ratio sua videtur multū stringere. Dicit enim quòd prohibitio, quæ fit de muliere, vt non iudicet. est facta propter honestatem, quia non est honestum, quòd mulier officijs virilibus se implicet, & tunc consuetudo contra honestatē non est valida, imo corruptela dicitur capit. cum decore, & capitu. cū ab omni. de vita, & hone. cleri. Vnde cum hæc consuetudo sit contra honestatem, quòd mulier possit iudicare, & arbitrium assumere, videtur debere restringi, vt habeat tantummodo locum, quando mulier habet aliquā dignitatē, & sic præcellens, vt in. d. ca. dilecti, sicut admittitur Abbatissa, que ratione dignitatis habet iurisdictionē, vt in. c. dilecta, & quæ ibi no. de exces. præla.

¶ Comprobatur hoc, nam statutum, & consuetudo contraria iuri cōmuni, debent restringi, & interpretari, vt minus lædant, & corrigant ius cōmune, quā sit possibile. l. ij. C. de nox. act. & ibi no. & in. c. cū dilectus de cōsu. eta. Ias. in. l. si mater tua. in. iij. col. versic. vltimo, multū. C. de suc. edic. Sed ita interpretādo minus corrigetur ius cōmune, ꝙ cōsuetudinē, si ad ꝓcellētes, & in dignitate cōstitutas extēderetur, nō autē ad oēs generaliter: ergo cōsuetudo eo modo debet restringi, & interpretari, ꝓut Abb. interpretat, & restringit ad tātūmodo præcellentes.

¶ Ad dictum Deci. in dicta. l. fœminæ posset responderi, quòd consuetudo contrariā consuetudinem potest amouere, id esse verum, si illa quæ concurrunt in inducenda prima consuetudine, concurrant etiam in ista secunda

con

construenda,& prima destruenda.nã ea quæ requiruntur in constituendo, eadé requiruntur in tollēdo, seu cõtrarium inducendo.vt in auté.ecõtra si filius.C.de repud.& in.§.non auté in auct.de deffen.not. Barto.in.l.omnes populi.in.iij.q.princ.in fi.in versic.iuxta prędicta quæro.ff.de iustit. & iur.& Bald.in.l.errore in.j.colum. C.de testa.Sed in inducenda tali consuetudine,quòd mulieres nõ iudicér. causa finalis fuit,vt dicit tex.in.l.j.§. quãuis.ff.de postul. Honestas, cũ dicat, & ratio prohibendi est,ne contra pudicitiam sexui congruentem alienis causis,se immisceant. Vnde nõ est simplex consuetudo,quæ improbat hoc,sed & honestas pudicitię cõcurrit,quæ quidem honestas non cõcurrit in contraria consuetudine,vt posśint mulieres iudicare,& sic cũ à pari non procedat,nõ est dicendum, ꝙ vna consuetudo in hoc casu posśit aliam tollere. Eo maximè.cùm mos, & consuetudo,ꝙ mulieres nõ posśint iudicare,est confirmata.& approbata à lege,vt in.d.l.cùm prætor.§.fin. ff.de iudi.nam & diuersa consuetudo vltra illud,quod per legem generaliter conceditur,& approbatur per.l. de quibus.ff.de legibus debet etiam approbari à lege particulari,vt in.d.l. cùm prætor,sed non reperitur talem consuetudinem esse approbatam per aliquam legem particularem, nisi in mulieribus constitutis in dignitate,& præcellentibus per.d.c.dilecti de arb. ergo in illis tãtum modo debet vigere consuetudo,prout Abb.vult,nam statutum & consuetudo quæ à pari procedunt,si fuerint confirmata per superiorem,& respiciãt ius publicum prout in casu nostro,cùm publicè interśit honestatem mulierum conseruari, no.in.l.j.ff.solu.matri. Talis cõsuetudo,& statutum confirmatũ nõ potest tolli per aliud statutum, seu consuetudinem non confirmatam à superiore.not.Abb. Fely.& alij in.c. cùm accesśissent.de consti.not.Bald. in.l.omniũ.C.de testa.& succedit regula.c.inferior.xxj.dist.& cle.ne Romani de elec. Ex quibus posset sustineri dictũ Abb.ꝙ nisi mulier existés in dignitate posśit ex cõsuetud.ne arbitrari. Non tamen ex hoc recedo à sententia præcedenti,ꝙ mulier quælibet ex consuetudine potest assumi in arbitram,& in hoc inducit me dictum Spec.in.d.§. potest vet.prohibetur. Vbi distinguit duo capita, alterum,nisi terræ consuetudo aliud teneat, & alterum, vel personæ excellentia aliud inducat,& sic separatim vult limitari regulã generalem,quòd ex cõsuetudine inducatur,vel excellétia personę,idé separatim tenet Lãfr. in.d.tracta.de arbitr.§.hactenus. in princ.vbi vult limitari ex cõsuetudine,vel ex dignitate.idem sentit Bal. in.d.l.fin.C.de arbi.vbi in consuetudine tantùm loquitur,& Bart.in.d.l. fœminæ.& ita puto teneri debere in iudicando.vnde ex hoc.

37 ¶ † Tertiò.limita hanc cõclusionem non procedere quoties est mulier existens in dignitate,nam tunc bene in ea potest fieri comoromissum, vt tenent prædicti scrib.& Ant.de butr.in c.quintauallis.de iureiuran.

38 ¶ † Quartò.limita nisi muiler sit habilitata per priuilegium principis ad iudicandum, nam tunc bene poterit arbitrari,& iudicare not.Bart.in.d.l. fœmi-

fœminæ, Bart. & glo. in. l. j. C. de mul. & in quo loc. lib. x. gl. in. c. dilecti de arb. in verb. remotæ. & in. §. j. in verb. mulieres. xv. qō. iij. & in. l. imperialis in verb. dignitatem. C. de nuptiis. Nā si ex consuetudine induci potest (vt suprà dictum est) à fortiori ex priuilegio Principis, vt no. in. c. super quibusdā de ver. sig. l. hoc iure §. ductus aquę. ff. de aqua quotidiana, & æstiua, not. Dec. in. d. l. fœminę.

39 ¶ † Quintò, limita, quoties esset causa, in qua de salute animarum tractaretur, vt in repetitione vsurarum, & in causa decimarum, quæ sunt tributa egentium animarum, tunc mulier potest assummi in arbitrain. Nā vbicunq; de salute animarū tractatur, de iuris apicibus nunquā debet disputari. argu. xix. q. ij. c. duę sunt inquit, sed hoc tu non potes esse procurator vel arbiter sunt de apicibus iuris. l. si fideiussor. §. quædā tamen cū gloss. ff. mand. ergo talia non debent in his casibus esse in consideratione, ita videtur sensisse Archidia. in. c. scriptū. vj. quæstio. iij. & dictum hoc, & hanc limitationem exclamat singularem, & incognitā Roma. in singu. cccccclxxxiij. incip. tu audiuisti tit. de procur. & vide quæ ponit Ias. in. l. alienam. C. de procu.

40 Hermafroditus † An possit esse arbiter, dicas, quòd si magis incalescit in sexu masculino, quàm fœminino potest esse, secus si plus calescit in fœminino, nam tunc non potest esse arbiter. l. quæritur. ff. de sta. homi. facit pro hoc dictū Bal. in. l. fin. C. de suis, & legitimis. Vbi vult, quòd Hermafroditus, si magis incalescit in masculino potest succedere in feudo, ad idē facit dictum Bald. in dicta. l. quæritur, quòd si Hermafroditus magis præualet in masculino, tunc excludit fœminam, stante statuto, quòd masculis existentibus fœminæ non succedant, hoc idē tenet Bap. de sancto. Blasio, in dicto tractatu de arbi. quæstio. sexta, in fine. Sed quid erit dicēdum, si vterq; sexus æqualiter appareat in eo. Ita quod non potest iudicari, qui sexus magis præualeat. videbatur ꝙ iudicandum sit eum posse arbitrum, quia sexus masculinus præsumitur magis potens argu. l. fuerit. §. fina. ff. de rebus dubijs. Item quia, quòd quis sit masculus, est magis dignum. l. in multis. ff de stat. homi. § . singulorum insti. de reb. diui. Ange. tamen in. l. de quibus in tertia columna. ff. de legib. dicebat, quòd Hermafroditus si asserit præualere in masculino, debet id probare, quando vult excludere fœminam à successione stāte statuto, sed aduerte, quod dictum Ange. procedit quando venit ad exclusionem alterius, & sic fœminæ, in casu nostro secus est, quia non agitur de excludendo alium, vnde dicas secundum Guilielmum de cun. & Alber. in dicta. l. quæritur, quod totum stat in electione Hermafroditi, & hoc maximè ꝓcedit in arbitro, qui debet esse maior. an. xviij. iuxta nota. suprà, in hac quæstio. in verb. Minor, qui optime cognoscit, in quo sexu, sit magis potens, & quo velit vti, & illo vtatur quem magis in se præualere sentit, & cùm agatur de conscientia sua, & nullus ita bene scit, sicut ipse vnde debet stari electioni suæ not. in. §. sed iste. instit. de act. & in. l. j. iuncta. l. vidua.

dux.C.de nupt. hoc Bapt.de sancto. Blasio.in.d.tract.de arbi.quæst.vj.

41 **Iudex** Ordinarius † an possis esse arbiter ex ratione tradita per Abbatem in.c.cum tempore, in fine,de arbi. Dici posset,quòd de iure ciuili,& iure canonico possit esse, & mouetur,per textum in.l.sed & si in seruum.§.si quis iudex.ff.de arbit. vbi tex.dicit,si quis iudex sit, arbitrium recipere eiusdem rei (de qua iudex est) in seve cõpromitti iubere prohibetur,lege iulia,difficultas oritur in isto textu,per illud verbum in seve,an illa dictio,ve,stet copulatiuè, & sic vnus tantum sit casus(quod iudex non possit dum iubet)recipere arbitrium,si verò nõ iubet,possit esse arbiter. Alia est interpretatio, quòd duo sint casus, & illa dictio, ve, stet disiunctiue,vt iudex nõ possit accipere arbitrũ,nec cõpellere partes,quòd in eum compromittatur,& sic etiam sine iussu non possit esse arbiter, & hanc difficultatem mouet gloss. ibi, & docto.& Tan.vt refert Hostien.in summa.de arbitr.§. secundo. Cùm itaque dubietas sit de iure ciuili, & difficultas in discernendo, an ordinarius possit esse arbiter, legem dubiam de iure ciuili debemus interpretari secundum ius canonicum,& eius determinationem:nam si in dubijs recurrimus ad consuetudinem, vt in capitu.cùm dilectus de consuet. & in.l.si de interpretatione.ff.de legi.tantò magis deberemus recurrere ad ius canonicum, quod est maioris auctoritatis,quàm consuetudo,& facit.c.per venerabilem,qui fil.sint.legit.sed de iure canonico clarum est, quòd ordinarius potest esse arbiter.c. cum tempore,de arbit.&.c.ex parte eo.&.c.literas de presumpt.& dicam infrà. Ergo idem dicẽdum est de iure ciuili, vt ordinarius possit esse arbiter,si sponte est electus,per partes,nõ autem iussu, quemadmodum & de iure canonico.dictum hoc tenet glo. in dicto capitulo cum tempore, & glo.in.§.si quis.iij.quæstio.vij.quod idem sequitur Gofred.Ioan.phyl.& Ioan.andr.& est quasi communis opinio Canonistarum,vt dicit Abb,in.d. c.cum tempore,col.pe. Videamus de vtroq; distinctè,an de iure ciuili,& an de iure canonum possint esse arbitri.

¶ De iure ciuili,dicas, ꝙ ordinarius regulariter non potest esse arbiter,& hoc sine dubio verum est:tex.est in.l. prætor.ff.de tu.& cura.da.ab his,& in d.l.sed & si in seruum.§.si quis iudex.ff.de arbi.& in hac materia plures dantur rationes.

¶ Prima est,quia iudex iurat iudicare secundum iura,vt in authé.iusiuran.quod præst.ab hi.in princi.& tenetur iudicare secundum iura,& sic iuste.c.secundo,de offi.ordi.&.l.illicitas. §. veritas. ff.de offi.præs.& ad hoc faciẽdũ maximè innitatur timore appellationis, vt in toto titulo.ff. &.C.de appel. Et ideo si causam assumeret tanquam arbiter,nõ possit appellari ab eius sententia.l.diem proferre,§.stari.ff.de arb.& sic inuitatur ad deierandum,& delinquendũ,vnde debet tolli occasio delinquendi.l. conuenire.ff.de pac.dot.sed ista ratio (quãuis in se sit vera) Tñ nõ habet locũ in statuto nostro,in quo appellatur.

¶ Secunda est ratio,quia in iudice habet locum remedium ordinarium, vt iudex.vnde in eius persona debet

ceſſare remedim extraordinariũ. ſ. ꝙ non poſsit eſſe arbiter argum.l.in cauſæ.ff.de mu.l.in ꝓuinciali. & ibi Bar. ff.de noui operis nuntiatione.

¶Tertia ratio eſt, quia propter dignitatem iudicis debet augeri vtilitas, & honor per.l.ſi longius.§.fin.ff.de iudi. ſed iudicando in cauſa, vt arbiter, cum in ea poſſet cognoſcere, vt iudex ordinarius, eſt deſcendere, non aſcendere, & ſic deducere dignitatem ſuam ad villipendium, ergo, &c.

¶Quarta ratio eſt ſecundum Guilliel mum, & Raynal. quia arbiter poſtquã acceptauit compromiſſum, debet cogi per iudicem in cauſa ſententiare.l. tertia.§.j.ff.de arbi. ſed iudex reperitur hîc iudex, & arbiter, & non poſſet ſemetipſum cogere iudicare argu.l.pen. ff.de arbit.c.debitum de baptiſ. ergo. &c. Hoſti.in ſum.de arbit.§.ſecundo, dicit, quòd iſta ratio non ſtringit cùm nullus ſit, qui non habeat ordinarium, qui poſsit eum aſtringere. c.licet.§.fi. de elect.

¶Quinta ratio eſt, quia arbiter cognoſcit de iure, & ſeruat ſolennitates iudiciorum, & quæ per iudices ſeruantur regulariter.l.j.ff.de arbi. idem facit iudex.l.probata.C.de ſen.& interlo.om. iud. Et per conſequés, ſi iudex omiſſa via ordinaria procederet tanquam arbiter, videretur contemnere iuriſdinem ſuam, & abuti ea & ſic ordinaria vileſceret, & confunderetur per compromiſſum, vt dicit Bal.in.l.ſi quis ex conſenſu .C. de epiſcopo.aud. in primo notabi.

¶Sexta ratio eſt, quia iudex ſemper ꝓcurat, vt in ſe cõpromitteret, ne à ſua ſententia appelletur.d.l. diem proferre.§.ſtari.ff.de arbit.ſecundum Anto. de bu.in.d.c.cum tempore, de arb. ſed de iſta ratione die vt in prima.

¶Septima ratio eſt, quia arbitria ſunt, ſimilia iudicijs.l.j.ff.de arbitr. & ſecũdum hoc ſi fieret compromiſſum in iudicem ordinarium loci circa idem & in eadem perſona concurreret identitas, & ſimilitudo, ſeu exemplar, & exẽplum, quod eſſe non debet arg. eorũ, quæ not.in.l.quod nerua.ff.depo.& in ſti.de adop.§.primo.Hoſti.in.d.ſum. de arbit.§.ij.dicit, quod & ſi iſta ratio eſt ſubtilis, tamen non eſt vera. Nam & ſi aliud ſit iudicium, aliud arbitriũ, & aliud merx, aliud pretium.l. prima. ff.de.re.permu. Tamen diuerſis reſpectibus poteſt cadere in eodẽ ſubiecto, & in eadem perſona.c.niſi de preben. & quamuis in veritate ſit idem. tamen iuris fictione poteſt vt alter pronunciare, ſicut iuris fictione duo corpora cenſentur vnum.c. ad apoſtolicã de cõnu. coniug. Ita & iuris fictione vnum corpus duo cenſeri poteſt.

¶Octaua ratio eſt, quia ſicùt rei ſuæ non tenet mandatum, vel commiſsio. l.j.ff.de procur.l. neque pignus .ff. de reg.iu.l.ſuæ rei.ff.de cont.empt. Ita in propoſito, cùm cauſæ cognitio ad iudicem ſpectet ideo non tenet noua commiſsio in eum facienda, vt in arbitrum.l.qui his idem.ff. de verborum, obli.not.Raph.fulg.in.d.§.ſi quis iudex, &.l.j.ff.de iudi.

¶Nona ratio eſt, quia poteſtas compromittendi in priuatum, eſt conceſſa à lege in priuatum tantùm ad inſtar iudicis. lege prima . ff . de arbit . Et lex hoc conceſsit, quia priuatus aliter ſe interponere non poſſet, & ſic in ſubſidium hoc munus conceſſum eſt, quando perſona (in quã compromittitur)

aliter iure ordinario de causa cogno-
scere non poterat,vt in.d.l.prima.Sed
ista ratio cessat in iudice,qui iure ordinario cognoscere potest de causis,
ergo & iuris dispositio, & sic ex his demonstratur, quòd ordinarius non potest esse arbiter.

¶Decima pôt dari ratio secũdũ Baldum in.d.§.si quis iudex,quia habet causam validam iudicandi,& assummendo arbitrium non debet accipere causam inualidam argu.l.quia ratio. ff.de condi.institu.

¶Hanc opinionem tenuerũt Bar.Bal. Alber.scribétes alij in.d.l.sed & si in seruũ in.§.si quis iudex.ff.de arbi.gl. & Alexã.post eã in.l.i.in primo nota. in.§.& post operis.ff.de noui ope.nũtia.Specu.in.d.§.potest versicu.Idem iudex.Hostié.in sum.de arbi.in.§.secundum.versicu.sed nunquid Azo,in sum.de arb.col.secũda,versi.Item nõ potest esse. Ioan.mon.in suo deffen. iur.q.iij.Lanfrã.in.d.tracta.de arb.§. hactenus,versicul tertio & Bapt.de sancto Blasio,in.d.tracta.q.xv.Iaco. but.in tracta.de oppo.cõp.Ias.in aut. si verò.C.de iudi.cũ alijs inferius nominãdis:& ista est cõmunis opinio,vt dicit Lãfran.in.d.versi.tertio Dec.in l.& si prætor.ff.de offi.eius,in tertio nota.dicit,ꝙ in pũcto iuris pôt cõtrariũ teneri:& monetur,ꝗa istud totum cõsistit in intellectu.d.§.si quis iudex dũ ibi dicit,ꝙ iudex arbitriũ recipere ei⁹ rei,de qua index est,in se ve cõpromitti iubere prohibet. Illa dictio,ve, in dubio copulatiuè accipit, vt nota. Aret.in.l.possideri in principio,colũ. prima.ff.de acqui.pos.allegat Bart.in l.si quis ita.ff.de iniust.rupt.&est tex. in.l.& si post tres.ff.si quis caut.& in l.prima,in principio.ff.si quis omniũ cau.testa.& hoc modo.d.§.si quis iudex ponit vnũ dictum copulatiuè,qđ ordinarius non potest accipere arbitrium,quando iudex in se compromitti iubet,secus ergo si sponte fieret cõpromissum.

¶Ista deductio facta per Dec.fuit ante ipsum considerata per Ioan.and.& Card.in.d.c.cũ tépore,dicit enim Io. and.quod tex.in.d.§.si quis iudex loquitur per dictionem,ve,& text.in.§. si quis iudex,tertia.q.vij.ponit copulam,&,dicens,eiusdem rei,de qua iudex est,& in se cõpromitti,& sic text. in.ff.debet intelligi copalatiuè,cũ etiã dictio ve.possit copulare,per tex.in.l. sæpe.ff.de verbo.significatio.& dicit Cardi.in.d.c.cũ tempore quòd tex.in §.si quis,præmittit negationé, quod non debet compromissum recipere,& in se iubere cõpromitti,ex quo vtrũq; negat cum ad veritaté copulatiuè requiratur vtrũq;.c.ex parte,el primo, de rescrip.Dum alias publice q.hanc in Gymnasio Patauino disputassem, tenui contrarium,quod magis verum puto,quòd de iure ciuili per tex.in.d. §.si quis iudex,non possit iudex ordinarius esse arbiter,& quod in eo text. ponantur duo casus separati præsupponendo id,quod dictio illa,ve,de sui natura,sit disiunctiua, quemadmodũ sunt dictiones,aut,vel,seu,siue: & qđ regulariter non vtrũq; disiunctũ,sed alterum tantummodo requiratur, vt tex.in.l.sæpe.ff.de verbo.significatio. dum text.vult,quod copula quæ habens naturam,coniunctè ponatur pro disiuncta:& ista dictio,ve,ponatur,ꝓ coniuncta,& sic præsupponit text.ibi dictioné hanc,ve,si sumatur pro coniuncta,

iūcta, esse cōtra eius naturam regulariter itaq; assumitur pro disiuncta, quod etiam demonstrat text. in l. prima. ff. de pac. ibi pactū est duorū pluriūve, nam ad esse pacti nō requirit. ꝙ sint plures necessario, sed duo sufficiūt: sed si plures erūt, valet etiam, ex quo illa dictio, ve, est disiūcta, cum in duobus casibus separatis pactum possit verificari, ad idem est tex. in præalleg. l. & si post tres ibi, & si post tres, aut quinq;, pluresve dies: nam ad hoc vt reus exceptione, se tueri possit, nō requiruntur plures dies quinq;, sed si excesserint quinq;, vel plures admittitur, danturq; ex ea dictione, ve, duo tempora disiūcta, potest ad id conside rati, & tex. qui in contrarium adducitur in. l. j. in principio. ff. si quis om. cau. testa. ibi hæreditatē totā, partēve eius possident, nā ibi sunt duo casus separati, siue partem hæreditatis, siue totā hæreditatē possideant, edictū illud habet locū, nec requiritur concursus vtriusq; tex. etiā in. §. fina. insti. de seruit. rust. prædi. ibi per fundum ire, agere, aquāve ex eo ducere idem ostēdit, cū testator possit grauare hæredē suum in vnūquēq; ex prædictis separatim, vt liceat, vel ire tantum, vel agere, vel aquam ducere, & pro hoc est tex. in. l. in lege. ff. loca. ibi ne ve cingito, neve deurito, ponderādo, vt suprà. ¶Nulli itaq; dubium est opinionem Deci. & aliorum dicentium dictionē, ve, in dubio copulare esse falsam, cùm in dubio, & secundum eius naturam disiungat per prędicta, & quòd in tex. §. si quis iudex non requiratur cōcursus vtriusq; per illam distinctionē ve. Cùm in eo sint duo casus, vnus qui respicit psonā ipsius iudicis principaliter, alter qui principaliter respicit ad partes compromittētes, dum enim in eo dicitur, primo ꝙ iudex non pōt recipere arbitriū. & si receperit non pōt compelli, ad sñiam ferēdā, cū tex. subiungat statim sunt & alij, qui non cogunt sñiam dicere, & immediatè text. coniungēdo se ad præcedētia ponat illa verba, quæ inducunt continuationem illiusmet casus per no. in. §. est & aliud. insti. de dona. Intelligendo prędictum casum secūdum, ꝙ disponitur in. l. nam & magistratus. ff. de arbi. ꝙ iudex inferior potest cōpelli per superiorē: & in hoc casu habebitur respectus ad iudicem, qui non poterit compelli per superiorem ad sententiam ferendam, cùm non debeat iudex recipere compromissum: & si receperit, nō possit compelli ad sententiādum, & sic hoc modo intelligendo, prima pars istius tex. respiciet coactionē respectu iuris, vt nō cōpellatur sentētiā ferre. Secunda pars illius tex. respiciet coactionem respectu partium, vt non possint compelli per iudicē ad eū eligendum in arbitrum, vt dicunt verba tex. quæ subiungūt: & si sentētiā dixerit, non datur penē persecutio, in casu, quando pars est coacta compromittere se in iudicē. Ex quo procedēt à pari, vt vtraq; pars verificetur in coactione, & vera erit illa opinio communiter Legistarum, vt in iudicē nō possit compromitti, sed & si volumus intelligere illam dictionem, ve, in. d. §. si quis iudex, ꝙ stet copulatiuē, vt ponitur in. §. si quis iudex. iij. q. vij. adhuc idem est dicendum, ꝙ duo sint casus, quòd non requiratur concursus vtriusq; in ea dispositione: nam negare nō possumus, ꝙ in eo tex. sunt duæ ora-

orationes pfectæ,quo casu nō requirit cōcursus vtriusq;,vt no. Bar.in.d.l.sæpe.ff.de verborū significatio. Et etiam quia illæ duæ orationes nō copolātur respectiuè ad aliud,sed principaliter, qđ est,vt nō debeat recipere,nec iubere in se cōpromitti,& tūc copula ponit cōtinuatiuè,n on copulatiuè,vt est tex.in.l.j.& ibi Barto.in fine.ff.de his qui no.inf. Ex quo alterū sufficit ad legis implementū,opinio itaq; cōmunis est iuri consona,& rectius senserūt eam tenentes:vnde Barba.in.c.de causis,colū.lix.de offi.delega.dicit,ꝙ nec de iure ciuili,nec de iure canonico ordinarius potest esse arbiter.

42 ¶† Primò,limita prædicta,vt nō procedant, quando compromissum est factum in ordinarium iudicem,qui non sit iudex in causa,de qua factum est compromissum,vt si non subditi compromitant in iudicem non suum, vt sentit litera in .d.§. si quis iudex ibi eius rei de qua iudex est &c.& ibi Alberi.& est casus secundum vnam lecturam in.l.si quis ex consensu,& ibi Salyce.C.de episco.aud.& est gloss.in l.prima.ff.de iudi.& ibi tenet Bartol. in tertia oppositio.vnde dicebat Ange.in cōsilio.ccxviij.col.prima , quòd partes de iure ciuili possunt,compromittere in iudicem maleficiorum, qa tunc non dicit abuti sua iurisdictione,cum ipse de re numaria non cognoscat.l.solemus.§.latrunculator.ff. de iudi.& dicebat Calca.in suo consi. lxxv.col.penul.quòd ad hoc,vt iudex ordinarius,non possit esse arbiter,requiritur, quòd sit iudex ordinarius causæ habitu,& actu,& nō solū causæ sed etiā personarum itē secundū eum in.d.consil.requiritur quod sit iudex ordinarius vtriusq; partis scilicet actoris,& rei,vt in authentica,vt dif.iud. §.primo,aliter si esset iudex actoris tātum,vel rei tantum poterit esse arbiter, vt etiam voluit Butri.& Imol.in d.c.cum tempore.

43 ¶† Secūdò,limita nō procedere in iudice,à quo est appellatū,nam pendēte appellatione poterit in eū cōpromitti tāquā in arbitrum.no.Guilliel.de cu. in.l.pædius,& in.d.§.si quis iudex,& Bap.de sancto Blasio,in.d.quæst.xv. & hoc, quia semel iudicato, non est amplius iudex illius causæ.

44 ¶† Tertiò,limita non procedere in principe,in quem potest compromitti,etiam vt in arbitrum,& quod plus est,potest partes compellere,vt in eū compromittant,etiā tanquam in arbitratorem vt in.c.cū inter.R.de elect. no.d.Cato in rubri.ff.de arb.Ita bap. de san.Blasio,in.d.q.xv.Ioā.and.in.c. venerabilem versicu.fauere.de elect. Alexā.in.d.§.& post operis,columna prima,numero septimo.

45 ¶† Quartò,limita nō procedere ante dictam conclusionem quoties esset consuetudo, vel statutum in contrarium argum.nota. per gloss.in.d.§.si quis iudex,& quod nota.Specu.in.d. §.potest in princip.not.bap.de sancto Blasio.d.quæstio.xv.

46 ¶† Quintò,limita & intellige,quod quamuis non possint compromittere in iudicem tanquam in arbitrum, tamen possunt partes per conuentionem se obligare an standum sententiæ iudicis, quæ obligatio habebit vim renuntiationis appellationis. l. tale pactum .§. qui prouocauit .ff. de pact.l.fina.C.de temp.appella.l.si cōuenerit.ff.de re iudi.tenent Anto.de butr.

butr.& Imo.in.c.quintauallis de iureiurand.in.x.differen.& Alexand.in d.§.& post operis.col.j.nu.vj.

47 ¶† De iure canonico, an iudex ordinarius possit esse arbiter, Hostié.in.d. c.cum tempore dicit, quod non motus, per text.in.d.§.si quis iudex, vbi dicit, & si sentētiam dixerit, non datur pœnæ persecutio, & sic lex illa loquitur in arbitro, cùm faciat mentionem de sentētia, tex.aūt in.c.cum tēpore.& in.c.ex parte.& alia iura canonica loquuntur in arbitratore non in arbitro, vt refert Abb.in.d.c.cùm tēpore.col.fi. Ange.aret.in.d.§.pe.insti. de excep.colū.xij.nu.xvij.dicit, quod opinio hæc est verior, ꝙ etiam de iure canonico iudex non potest esse arbiter, quod probat.nam de iure canonico hoc expressum non habetur per aliquem tex.licet sint glo.& autoritates. de iure autem ciuili est text.clarissimus in.d.§ si quis iudex, quod non possit esse arbiter: ergo cùm simus in materia, in qua non tractatur de peccato, ius ciuile est seruandum.imo habetur pro decisione in iure canonico, vt habetur in.c.j.de no.oper.nun. & in.l.priuilegia.C.de sacrosanct.eccle. ergo.d.§.si quis iudex. debet seruari etiam in terris ecclesie, & in foro ecclesiastico. Argu.gl.no.in.c.ij.de arbi. libr.vj.& ex ista ratione vides responsum ad rationem Abb.suprà.in princip.q.quam tenet glos.in.d.§.si quis iudex.

¶Teneas cōtrariam opinionem, quod de iure canonico iudex ordinarius potest esse arbiter, & hoc per text.in.d. c.cum tempore.de arbi. vbi Episcopus tanquam reus conueniebatur à quodam Abbate coram suo Archiepiscopo, in quem factum est cōpromissum, & sic Archiepiscopus tanquam ordinarius accepit arbitrium, & melior tex.in.c.ex parte.eodem titu.vbi partes existentes coram Archiepiscopo super electione compromiserunt se in eum, quamuis esset ordinarius, ad idem est text.in.c.literis.de præsumptio.

¶Quod dictum tenet Innoc.in.c.innotuit.& in.c.exposita de arbi. Bart. & alij in.d.§.si quis.Specu.in.d.§.potest.versicul.sed nunquid.& reliqui suprà nominati, tenentes, ꝙ de iure ciuili nō licet compromitti in iudicé ordinarium, & hanc dicit esse cōmuné opi. Alexā.in.d.l.j.§.& post operis.in primo not.gloss.in.c.à iudicibus.ij. q.vj.glos.Gemi.Præposi.in.§.sed si quis iudex.ver.sed iudex.iij.q.vij.& ibi Barto.brix.in addi.Angel. Imo.& Rom.in.d.§.& post operis, But.Imo. Cardi.Henric.Boic.in.d.c.cum tempore.& dicit ibi Cardi.& Imo.ꝙ ista est communis opinio, & idem Cardi. tenet hoc in.c.cùm inter in.vij.not. per illum text.de elec.Ange.in.l.j.ff. de iudi.Butr. Imo. in.c.quintauallis. de iureiuran.in.x.differentia. Domi. in.§.quod in arbit.ij.q.vij.gloss.& Fely. in.c. literas.de præsumptio.in principio. ¶Ad contraria respondet Alexan.in.d.§.& post operis.dum dicitur, quod tex.in.d.c.cum tempore, & alia iura loquantur in arbitratore, quia dicit ipse, in dictis iuribus erat compromissum in ordinarium, nec potest negari, etiā tunc qñ cōpromittit in aliquem simpliciter non expresso, an sit arbiter, vel arbitrator, semper iudicatur arbiter, cùm est super lite tenet Specu.in titu.de arbi.§.fin.ver.si.

quid si simpliciter, & dixi suprà in.q. j.in princ.in verbo arbiter.cũ itaq; sit compromissum simpliciter, & super lite,intelligendum est, quòd sit arbiter in dictis iuribus non arbitrator,& hoc maximè,quia illa capitula sunt posita sub tit.de arbitris, ex quo secundum naturam illius titu. sunt intelligenda per not.in rub.ff.si cert.

¶ Et ad decẽ rationes suprà adductas Imo.in.d.c.cum tempore.de arbi.vno verbo respõdere, quòd sunt persuasiuę non necessariò concludentes,vel quòd procedunt de rigore iuris ciuilis, non de æquitate canonica.

¶ Has autem opiniones puto seruandas esse quenlibet in foro suo, cùm in his nõ versetur causa peccati,& vtraq; potest seruari per superius adducta, & per not.in.c.j.de no.operis nuntia.

48 ¶ † In casu autem statuti nostri puto absq; difficultate id ꝓcedere,ꝙ iudex ordinarius potest eligi in arbitrũ,quia ille q̃ eligitur per partes in executiõe huius statuti,est delegatus,vt no. in.l. fin.C.de iudi. & dicam infrà. in.q.vj. princi.vt ibi secundũ aliquos. Ex quo ordinarius eiusdem causæ potest constitui delegatus, vt est text. in .l. & si prætor.ff.de offic. eius cui est mand.& tunc verè est delegatus, quando eius iurisdictio est alterata,vt no.per Ang. in.l.j.§.si quis simpliciter.ff.de verbo. obli.& ibi Alexã. Iaso. & alij Moder. qui dicunt hanc esse communem. & nota.per Bar.Ang.in.l.ius ciuile.ff.de iustitia & iure.& Alexã.in.l. more.ff. de iurisdictio.omniũ iudic. In statuto autem nostro alteratur modus in procedendo,quia ꝓceditur breuiter,summariè,de plano,sine strepitu,& figura iudicij,de bono & æquo,vt in statuto, & per illud dantur certi termini, qui nõ dantur in ordinario, & eodem modo pronũtiat de iure, de facto:de iure tantùm,de facto tãtùm, & sic magna fit alteratio per electionem factam in arbitrium,propter quod habiliter ordinarius fit arbiter, & pro confirmatiõe adduci potest,quòd dixi suprà in prima limitatione,quòd cùm his ordinarius non sit iudex illius causę in modo procedendi, & iudicandi vt suprà ꝙ ex eo capite possit in arbitrũ eligi.

¶ Accedat ad hoc,ꝙ iste, qui eligitur in arbitrum habet iurisdictionem,no. Alexã.in.l.ex facto.§.si quis rogatus. ff.ad Trebel.Iaso. in.l. arbitro.ff. qui satisd. cog. & ordinariam secundum aliam opinionẽ.Et dicam infrà in prima quæstione.vij.quæst.princi. Vnde non potest dici, quòd eius auctoritas vilescat,quod secus est in arbitro electo à partibus sine fomento huius statuti:nam is habet notionem tantùm, vt not.in dicta.l.arbitro, & dicam in dicta.qõ.j.vj.q.princ. Et ex prædictis videntur cessare etiam obiecta in illis decem rationibus. Ad text. in dicta.l. sed & si in seruum.§.si quis iudex potest responderi, quòd loquatur in arbitro electo à partibus, qui habet notionem, secus in electo per statutum, qui habet iurisdictionem, vt prædixi.

¶ Iuxta prædicta quæro, pone, eram iudex ordinarius. fuit mihi commissa causa,quæ spectabat ad officium meum, tanquam in arbitrum pendente cõpromisso,desijt esse,quia finitũ fuit officium meum,quæritur,adstante dispositione iuris ciuilis in suo foro,potero ferre sentẽtiam vigore dicti compromissi, dicas quòd non, & videtur casus expræssus in .d.§. si quis iudex, vbi

vbi lex procedit annullando actum, quòd sententia per ipsum lata non tenet, & lex prohibet in eum compromitti, & ideo cùm lex resistat à principio, quicquid exinde fit, est ipso iure nullum. l. si minor. ff. de ser. expor. Et corrupto principio, necesse est sequelam corrumpi. argu. l. fina. C. de natu. libe. & bene facit text. in. c. veniens de præsb. bapt. no. Lanfran. in dicto trac. de arb. §. hactenus. versicu. sed dubitatur. & intellige hoc, vt dixi suprà in hac quæstio. in verb. minor.

49 ¶ † Sed pone, in casu contrario fuit mihi commissa causa tanquã arbitro, & antequam finita esset dicta causa, effectus sum iudex ordinarius illius causæ. An expiret compromissum: & in hoc videtur posse dici, quòd non, per text. iunc. glo. in. l. cæcus. ff. de iudic. Vbi cæcus iudicandi officio fungi potest. gloss. ibi & docto. intelligunt, quando à principio causæ non erat cæcus, secus si à principio fuisset cæcus, vt dixi suprà de muto, surdo, & cæco, eadem. q. in verb. cæcus, ita si à principio non erat ordinarius tempore facti compromissi, & postea fit effectus iudex, non ex hoc debet induci impedimentum.

Lanfran. in dicto versi. sed dubitatur, dicit contrariam sentétiam veriorem esse, quòd imò talis iudex effectus non possit remanere arbiter motus, quia res deuenit ad eum casum, à quo incipere non poterat: ideo actus vitiatur. l. patre furioso de his qui sunt sui vel alie. iur. l. pro parte. ff. de seruit. & in. l. pluribus. §. & placet & ibi Bartol. & Gul. de cun. ff. de verb. obli. Item quia militant omnes rationes, quę militant ad impediendum iudicem, vt non possit esse arbiter, & pro hoc facit, quod dicit Barto. in dicta. l. patre furioso, quòd quotiens superuenit defectus in causa, occasione causæ finalis, tunc vitiatur, nam causa finalis, quòd iudex non possit esse arbiter, est ne aperiatur via ad peierãdum, & ne dignitas, & honor iudicantis deturpetur, quæ causa habet locum etiam quando factus arbiter fuit electus iudex, cum sit finalis, & omni tempore militet.

50 Delegatus † An possit esse arbiter gl. in. l. sed & si in seruum. §. si quis iudex, in gloss. prima, in fine. sentit quòd non: sed quod bene possit constitui arbitrator, & non arbiter. Specu. autem in tit. de arbitris. §. ij. versicu. item in iudicem tenet, quam possit in eum compromitti per tex. in. c. nisi de preben. &. c. literas de præsum. &. c. cum olim de arbi. hoc idem expræsse tenuit glo. in dicto c. literas, quæ dicit, quod delegatus potest esse arbiter, retenta etiam delegata iurisdictione. istud idem voluit Hostien. in titulo de arb. in. §. secundo, in versi. posset, & sequitur etiam Bap. de san. Blas. quæst. xv. versi. quarto fallit, & ad obiectum glo. possumus respondere, prout suprà dictum est in verb. iudex ordinarius, idem voluit Imol. in. c. cum tempore, in gl. prima de arb. & Barb. post Petr. in. c. exhibita, in secundo nota. de rerum permutatione.

51 ¶ † Iuxta prædicta, quæro, delegatus, vel ordinarius electus arbiter tulit sententiam, & finito compromisso adhuc partes steterunt coram eo vti delegato, vel ordinario, vt super ea causa cognosceret, an poterit diuersam seu cõtrariam sententiam postea proferre, queadmodum potest exemplificari in

casu statuti nostri, volétis quòd si partes semel compromiserunt, & expirauit compromissum, partes non tenentur amplius compromittere, sed debét ire ad iudicem ordinarium, vnde si semel fuit compromissum, & iudicatum fuerit, & iterum in causa appellationis fuerit compromissum, & expirarauerit. partes possunt ire ad ordinarium, & in hoc casu si vel ipse ordinarius, vel delegatus cognouerit de causa, & iterum coram eo eadem met causa deducatur, poterit contrarium iudicare illius, quod vt arbiter iudicauerit, quod est verum, quando moueretur ex nouis rationibus secundũ communiter omnes in.d.c.literas.de praesumptio.& ita ibi dicit Felyn. in.j.colum. Et subiungit, quòd sicut ex nouis rationibus retractari potest sententia ab alio lata.c.cum Ioannes. de fide instru. ita etiam ab ipsomet iuxta.c.ab excommunicato.de rescript. sicut aliquando quis audit causam appellationis interpositae à sententia ipsius, vt per glo.ij.in.c.in multis.xvij.distinc. & in.c.à collatione. in versic. potuisti. de appel.in.vj.& in.c.cum inter canonicos.in versi.confirmauit.de elec. facit.l.j.§.si praeses.ff.quando appel. sit. & gloss.fi.in.c.sicut el.ij. de iureiur.& quod not. glo.in.c.quaerelam.in versi. commisit.de elect.& Abb.in.c. si quis contra.in.xj.colum. de foro compe.& Roma.in.l.ij.in.xiij.colũ.versicu.xx. ff.de verbo.obli. facit quod not. Ioan. andr.in addi.Specu. de sen. prolat.§. quoniam.& Bald.in.l.eos.C.ad appel. vbi ponunt quòd si iudex à quo instituatur haeres ab appellante, an possit prosequi appellationem, & dicunt, quòd sic, nisi fuerit lata ab eo interloquutoria, quia illa magnam detegit iniquitatem iudicantis, vt nota.in cle. appellanti. de appel. Et istis adde do. Anto. in.c. ab excommunicato.in.ix. colum.de rescrip.vbi dicit quòd si ordinarius, qui fuit arbitrator videat peti reductionem ad arbitrium boni viri potest ipse reuocare, dũmodo ex actis nouis non antiquis.

52 In causa propria † an quis possit esse arbiter, quaestio est clara, quod non: & est casus in.l.pe.ff.de arbi.& rationem reddit iurisconsultus, quia sibi ipsi imperare, & sibi prohibere quisquam non potest, quãuis Lanfran. in.d. tracta.§.hactenus. versic. quarto quaero. dicat quod ista ratio sibi non placet, & eam gl.in.d.l.penultima. attribuit, sed non video, quod melioré rationem reddere posit, quã iurisconsultus, reddit tamen aliam rationem, quia, arbitria sunt redacta ad instar iudiciorum d.l. prima. de arbitris. sed in iudicio nullus potest esse iudex in causa propria, to. titu. ne quis in cau. prop.iud. ab hac opinione nullus ferè est, qui discrepet, tenet eam Barto. & alij.in dicta.l.penulti. Bald. in.c. quintauallis. de iureiuran.Specul. in titu. de arbit. §.ij.Hostien.in summa in titu.de arb. §.ij. Iaso.in.l.qui iurisdictioni in principff.de iurisdictio. omnium iudicũ. Lanfran.in.d.tracta.de arbit.d. versi. quarto quaero Areti.in.d.§.penu insti tu.de exceptio.nume.xvij. Abb.in cõsilio.cxvj. Illud de iure quaeritur.colum.ij. nume.iij.volumi.ij. Oldra. in consilio.clvj. Primum de quo, & alij complures, quos superfluum est recenseri.

¶Deci. tamen in.l.qui iurisdictioni. colum.

colum.j.ff.de iurisdict.om.iudi. dicit quòd probabiliter teneri potest, quòd arbiter in causa propria possit iudicare, & hoc quia iudex potest iudicare, nisi recusetur per .l. in priuatis.ff. de iudi.& sentit Pau.de cast.& Alex.ibi, quos sequitur ipse Deci.& sic ex tacita voluntate partis potest iudicare, à fortiori ex expræssa; quæ reperitur in arbitro, ad text.in pen.respondet pluribus modis. Primò, quod pôt intelligi; quãdo superuenit, ꝙ post cõpromissum res propria efficitur, vt sonant illa verba, de re sua arbiter factus: & vt in simili habetur de iudice in.l. Iulianus.ff. de iudic. vnde si de nouo pars consentiret, videretur valere compromissum; vt in simili habetur in .l.non distinguemus.§.sacerdotio.ff. de arbitris. Nec obstat secundum ipsum ratio, quia potest dici, quod & si non valebit vt sententia, tamen valebit vt pactũ per no.p gl.in.l.ij.C.com. vt iudi. vel dicas secundum ipsum, ꝙ considerandum est in eo tex. quod ibi res efficitur propria, ita quod eadẽ persona sit actor; & reus, & tunc non potest sententiam dicere, quia non cadit condemnare seipsum sibijpsi, sed si remanet distincta persona actoris & rei, bene potest, attamen ipsemet Deci. in.c. cum venissent.in fi.de iudi.dicit quod propter vrgentem rationem, tex.in.d. l.penultima.non est recedendũ à communi opinione, quòd non possit esse arbiter.

¶Puto in hoc casu non esse recedendum à communi, vt ipsemet Deci.attestatur, & est aduertẽdum circa illud quod præsupponit Deci⁹, vt iudex in causa propria (si non recusetur) possit iudicare, nam istud non puto verum, quia textus in.l. priuatis.ff.de iudici. hoc non dicit, sed id tantum, quod pater potest esse iudex filij, & sic in causa suorum, si non recusetur, non in causa propria, quod sensit Pau.de cast.in dicta.l. qui iurisdictioni.allegando legẽ illam, cùm secundũ iura quæ allegantur, doctorum dicta intelliguntur, vt no.Bart.in.l.non solum.§. si liberatio his.ff. de lib. leg. Idem expræsse dixit Ioan.andr.in.c.postremo. de appel. ꝙ pater põt esse iudex in causa filij, nisi recusetur, & hunc allegat Alex. in dicta.l.qui iurisdictioni, & iura per eum allegata hoc dicunt text. in.§. item si contra.versi.filius, & text.in.l. quinetiam.ff.de arbi. in quibus patet filium posse esse arbitrum in causa patris, & sic verum erit hoc, quod quis potest esse iudex in causa suorum, si non fuerit recusatus per prędicta iura, non autem iudex in causa propria propter rationem.l.Iulianus.ff.de iudi.nec poterit esse arbiter propter rationem.d.l. pe.ex quo cessat fundamẽtum Decij. ¶Non obstant responsiones datæ ad d.l. pen. dum dicitur quod non valebit vt sententia, sed vt pactum, quia intelligendo legem illam secundum suum titulũ, loquitur in vero arbitro, qui procedit ad instar iudicij, & tenetur ferre sententiã.l.j.&.iij.ff. de arb. Et cùm primum dicitur arbiter, habet & hoc annexũ, vt sententiã ferat vnde non possunt stare hæc insimul, attenta prædicta dispositione, erit arbiter, & pactum faciet, quia tunc non erit arbiter, vt necessario requirit ad verificationem dictæ.l.pe. Sed erit cõpositor, & conuentionem faciet, quod esse nõ potest: & sic illa expositio non verificabitur in.d.l.pen.

¶ Non obstat etiam quòd primo dicebatur, q. l. illa intelligitur, quando superuenit res propria: secus si de nouo pars consentiret, quia verba text. hoc non sonant magis quã quòd tempore compromissi initiati res esset electi.

¶ Praeterea ratio haec magis contrariũ demonstrat, nam si non potest valere electio arbitri, quae facta est tempore congruo & legitimo, si reducatur ad tempus inhabile, tanto magis non debet valere quando habet principium tempore eo, quo inhabile reputatur, & est qui si non conseruatur, tanto minus debet posse de nouo construi per no. in l. caecus. ff. de iudi. & l. patre furioso de his qui sunt sui, vel alie. iur. Non obstat. l. non distinguemus. §. sacerdotio. quia. l. illa habet respectum ad volũtatem electi, vt si noluerit post sacerdotium, non possit cogi, sed si sacerdos vellet, nulli dubium, quòd iudicare posset, vnde nimirum quòd ex post electus cogitur, & iudicat, secus autem in. d. l. penul. intellecta eo modo quia per superuenientiam rei suae omnino non posset iudicare, vt ibi, ergo ex post, non debet tenere electio de nouo facta, & sic termini non sunt pares propter quod argumentario non procedit, maximè stante ratione. d. l. pen. quae est generalis, & ita viget tempore quo stante compromisso res efficitur propria, quemadmodum & tũc, quãdo fit compromissum, est propria.

53 † Limita primò, vt non procedat in ecclesia, q. a in eius episcopũ, seu praelatũ potest cõpromitti, vt ponit Specu. in ti. de arbi. §. pen. versi. sed nunquid Abbas, & Ioan. and. in c. insuper de testi. & Abb. in c. cũ olim de pscrip. vbi dicit, q in personam clerici ex illo text. constat posse fieri compromissum de iuribus ipsius ecclesiae, & ibi illum text. multũ ponderat Ioan. and. & ita intelligit tex. in dicta. l. pen. ff. de arbi. vt non procedat in praelato, qui potest esse arbiter in causa suae ecclesiae, sicut & iudex. Hoc idẽ voluit. Anto. de Butr. post Hostien. in. c. cum inter. in prima col. de re iud. & Flor. in. l. si societatem. §. arbitrorum in prin. ff. pro soc. & ponit Felyn. in dicto. c. cũ olim. de praescrip. in prin. & Bert. in trac. de episc. in libro quarto, in. v. parte, in. v. col. in prin. nume. xx. & Old. in consi. clvj. Primũ de quo, & Bapt. de sanct. Blas. in trac. de arb. q. xxiiij.

¶ Confirmari potest hoc, prout etiam dicit Abb. quia plãtus potest esse iudex in causa suae ecclesiae, vt ipse Abb. dicit in. c. cum venissent. de iudi. & gl. ij. quaestio. iij. cap. si quis erga. in verb. priuetur. not. Hostiẽ. in sum. de sent. §. quis debet. colũ. penul. Innocẽ. in. c. nosti. in prin. de elect. Ang. in. l. prima. C. ne quis in sua cau. & ponit Decius in. d. c. cum venissent col. fin.

¶ Intellige praedicta, vt non habeant locũ in bonis, quae sunt de mensa praelati. no. Abb. post alios in. d. c. cum venissent, & domi. in. c. primo. colũ. fi. de poen. in. vj. & tali casu nec praelatus testificari potest, vt not. Inno. in. c. insuper de testi. & in not. q. tradit. Alex. in consi. lxxix. Circa primum. lib. j. colũ. ij. Vbi concludit, episcopum nõ posse iudicare in causa, quam habet cũ haerede vasali, & quod not. Calder. in cõ sil. vj. in titu. de iudi. & Bald. in capit. literas col. j. de praesump. vbi inquit, q episcopus non iudicat, quando tractatur de proprio quaestu bonorum, & q

not.

not.Bald.in capi.j.in princip.an apud iudi.vel curi.dono.& Deci.in.d.capi.
54 cũ venissent.¶ † Limitatur secundò, si compromittatur etiam in arbitrum in aliquem de collegio ipsius ecclesiæ secundum Specu.in titu.de arbi.§.sequitur.versi.sed nunquid Abbas vbi.
55 etiã tenet præcedentem limitationẽ. ¶ † Limitatur tertio,si cõpromittatur in vendita,de qua cõtenditur contra emptorem,vt in Spe.eo.tit.§.ij.versi. sed nunquid in venditorem Bapt.de sancto Blasio in.d.q.xiij.

In causa cõsanguinei:vel

56 familiaris †|An quis posit esse arbiter?dicas quod sic,& pro hoc est text. in.l.quinetiam.ff.de arbi.vbi filius potest esse arbiter in causa patris,& in.c. infames.versicu. filius.iij.quæstio.vij. & est tex.in.d.l.pen.ff.de arbi.argu.à cessante ratione.nam ibi prohibetur esse iudex in causa ꝓpria,quia sibi ipsi non potest prohibere, nec imperare, ergo cessante eo,poterit esse iudex in alijs cum consanguineo:& suis de familia poterit impetrare & prohibere. tenuit hoc Bald.in.d.l.penul.& Ro-
57 ma.in consi.lxviij.Visis mihi.¶ † Intellige prædictam cõclusionem,si modo fuerit talis consanguineus:& familiaris electus per partes volũtarie:secus si altera pars recuset,vt per Bald. in.d.l.penultima.alleg.Specu.in titu. de recu.§,fi.ver.sed nunqd consanguinei.nam tunc consanguineus recusatus non poterit ob suspitionẽ esse arbi-
58 ter.¶ † Intellige tamen hoc nisi arbiter etiam esset cõsangnineus vtriusq; partis.nam tunc par causa affectionis tolleret suspitionem.l. non solum.§. de vno.ff.de ritu nup.& hoc casu non posset arbiter recusari,quod dictum ponit Bal.in.d.l.pen.glo.tamen Abb. Præposi.& alij scriben.in capi.postremo.de appellatio.intelligunt,quando vtriq; parti eodem,seu pari gradu attinet:tunc est par effectio.secus autẽ vbi attineret vni in primo gradu,& alteri in tertio,vel vlteriori:tũc enim non esset par affectio circa fratrem,& vlteriorem,ac remotiorem.argu. capitu.literas.de præsump.& in capit.accedens el.j.vt lite non contesta.& sic hoc casu admitteretur recusatio.
59 ¶ † Limita secundo illud dictum,quod si pars vna recusauerit arbitrum consanguineum alterius partis,admittitur recusatio.quòd illud non procedat quoties esset Monachus Cisterñ. in casu , in quo potest esse arbiter,vt dixi suprà in verb.monachus.nã tunc talis admittitur ob sanctimoniam:& omnem suspitionem qualitas personę purgat,not.Specu.in titu.de deleg.§. superest.versicu.quid non est consanguineus.& Ioan.and.ibi allegat Vincen,quòd bene procederet in monachis illius tẽporis:secus in hodiernis. idem tenet Imo.in capitu. insinuante.de officio delega.Abb.& alij in.d. capitu.postremo,quod dictum Antonij de butrio ibi extẽdit dicens,idem esse in omni alio,qui esset magnæ san-
60 ctimoniæ.¶ † Limitat tertio nõ ꝓcedere in Papa,qui prætextu consanguinitatis non potest recusari.glo.in capitu.j.in fin.de concef.præben.Ioã. and.& Abba.in capitu.quærelam.de elect.præpo.& alij in dicto capitulo postremo.

61 # Fideiussor. † In causa,in qua intercessit an possit esse arbiter,dicẽdum est,quòd aut quæstio

quæstio vertitur inter creditorem & fideiussorem, & factum est compromissum in fideiussorem tanquam in arbitrum, & tunc nõ poterit esse, quia est in causa propria. d. l. pen. ff. de arb. aut quæstio erat inter reum principalem & creditorem, & compromissum est factum in fideiussorem: & valet: quia cessat ratio. d. l. penul. videlicet q non possit sibi imperare, aut prohibere: qa imperabit, & vetabit partibus, ita Lanfran. in dicto tractatu de arbitris. §. hactenus. versicu. quæro decimo.

Laicus in causa spirituali.

62 † Non potest esse arbiter. casus est in capi. contingit. de arb. Ioan. monachus in suo defen. iur. §. ij. Ang. in. §. penul. institu. de exce. col. xij. ver. septimo, quod procedit, vt nec principaliter, nec incidenter possit cognoscere. not. Bald. in. l. non distinguemus. §. de liberali. ff. de arb. hoc idé licet Decisi. in capitu. decernimus. de iudi. colum. xix. versicu. tertio infero, nam laicus de re ecclesiastica non potest cognoscere: nec de consensu partium, nec ipse pronunciando se competentem habilitare. vt tenet Cardi. in consil. cxx. in prin. & maximè, quia per statutũ nostrum causa spiritualis non cõprehenditur, vt dicã infrà in. iiij. quæst. ver. causa vsurarum.

Laicus in causa clerici

63 † An possit esse arbiter? si causa est prophana, & merè ciuilis, dicas quòd sic. & videtur text. in capitu. exposita. de arbi. vbi electus Feltrensis in causa, quam habebat cum ciuibus Taruisinis, compromisit se in Ducem Venetorum, & pro hoc est glo. ij. & ibi Areti. & Barba. in capitu. ij. de iudi. Iacobutri. in. d. l. fi. ex consensu. C. de epis. aud. & tenet hoc Ioan. de ana. in consi. lxxxiij. in princ. Visis ijs. vnde dicebat Abb. in consi. xxxiij. Quia quinq; dubia. in princ. volumine. ij. quod compromissum factũ in quatuor mercatores laicos in curia officialiũ mercantiæ per duos clericos valet, & mouetur, quia in laicos bene potest per clericos compromitti de rebus temporalibus, præsertim ad patrimoniũ eorum spectantibus: vt probatur in. d. capitu. exposita. & in capit. dilecti eodé de arbit. & à contrario sensu in. d. capitu. contingit de arbi. & not. in capit. si diligenti de fo. compe. quæ dicunt, q licet clericus in laicũ iudicem nõ possit consentire: in arbitrum tamen sine consensu episcopi bene cõsentit. & diuersitatis ratio potest esse: quia iudex habet iurisdictioné, vnde clericus per prorogationé subijceret iurisdictioni iudicis secularis, quia per prorogationem extenditur iurisdictio in prorogantem: & iudicat iudex iure suo & iurisdictione præscriptiua. vt. l. prima & secunda. ff. de iudi. q circa clericum fieri nõ potest. tum quia laicus nõ potest habere iurisdictioné in clericos, ratione incapacitatis. xcvj. dist. denique. & capit. si imperator, & capit. cum ad verũ. tum qa iurisdictio nõ potest prorogari ad aliã speciem iurisdictionis: quia tũc nõ esset prorogatio, sed noue iurisdictionis datio, vt no. in. c. p. & . g. de offi. delega. & per Cy. in. l. testamenta. C. de testa. Arbiter auté non habet iurisdictioné, sed quandã notioné: & statur dicto suo metu pœnæ in cõpromisso appositæ. l. ait prætor. l. à diuo

pio

pio in prin.ff.de re iu.&.c.dilecto.& c.peruenit de arbi.& in.l.die profer- re.§.stari.ff.de arbi.& ex prædictis cõ cludit Abb.quod laici in causa clerico rum de patrimonio possunt esse arbi- tri.¶ Sed quæstio est sup arbitro ele- cto ex forma statuti nostri,qa isti ha- bēt iurisdictionem,vt dicā infrà in.q. vj.princip.nõ procedēt prædicta,nisi intelligas in casu, in quo est clericus & laic⁹ in iudicio seculari,clerico agē te,nam tūc si petatur compromissum ex statuto,laicus poterit esse arbiter, cum subintret loco primi iudicis,& sic delegatus vel ordinatus à statuto, vt dicā in.d.quæst.vj.prin.& clericus astrigatur per hoc statutum,& tenea- tur in foro seculari compromittere,vt dicā infrà in.qõ.sequen.prin.in verb. clericus.

Laicus,& clericus in cau

64 sa spirituali † An possint esse arbi- tri?videbatur ꝙ nõ.nā laici non sunt capaces spiritualiū,nec clerici,nec epi scopus possunt facere laicū capacem spiritualiū.c.messana de elec.vbi Pon tifex omnino prohibet laicos admitti ad electioné insimul cū clericis.& sic etiā si episcopus assentiret,ꝙ laicus in simul cū ipso esset arbiter,non tamen ex hoc poterit arbitrari.¶ Præterea laicus & clericus insimul nõ possunt dari tanquam iudices delegati etiam ab episcopo.no. Hostié.in sum.de de- lega.§.j. versi.sed nūquid,Arch.in.c. mennā.ij.qõ.v.Domi.post Io.de san. Geor.in.c.ij.de hęr.lib.vj.Ant.de bu- tri.& alij in.c.ij.de iudi.sic & eodem modo etiā cū auctoritate episcopi nõ possunt eligi in arbitros.¶ Pręterea fa cit text.in.l.pædius.ff.de arbit.vbi in seruū & liberū cõpromissum factum nõ tenet & si liber pronuntiauerit nõ valet & per consequés quoties eligū- tur duo,vnus capax & alter nõ capax, cõpromissum non valet,quod no.per illum tex.Lanfr.in.§.hactenus versi. octauo quæro in suo tracta.de arbi.cū sententia sit quoddā indiuiduū quod per inhabilé corrūpitur ita no.Abba. in.c.cõsulti.col.ij.de procura.¶ Dicas contrarium,ꝙ imo tale cõpromissum valet,& possunt laicus & clericus esse arbitri in causa spirituali.& est casus de hoc in.c.per tuas de arbi.vbi quæ- stio, quæ vertebatur super hospitale sancti Alucij,fuit compromissa in vnū clericū,& duos laicos,& ratio est,qa magis dignum trahit ad se minus di- gnū,sic in.c.ꝙ in dubijs.de cõsecratio ne eccle.vel alt.&.c.abbas de verb.sig. sic ecõtra.iurisdictio subdelegata mi- xta cum delegata totam subdelegatā facit.c.sub quæstionum.§.si vero de offi.delega.not. Hosti.in sum.de arbi. §.iij.ver.sed mixta.

¶ Non obstat dum dicitur,quòd non possunt fieri capaces laici rerum spi- ritualium: quia per compromissum, non faciunt laici actum spiritualem, sed actum temporalem faciunt super re spirituali.merito non prohibentur esse arbitri,not. Abba.in dicto capitu- lo.per tuas de arbitr.vt refert Fely.in capitulo secundo. colum. penulti. de iudic. ¶ Non obstat secundum,quòd non possunt dari vt delegati,quia de legati habent iurisdictionem:arbitri autem habent notionem.ideo non mi rum si non possunt esse delegati. ita Abb.in.c.sig.col.vj.de fo.cõpe.& alij in.ca.ij.de iud.& de hoc dicā infra in quæstione sexta princi.nõ intelligédo

tamen de arbitro statutario qui iurisdictionem habet.

¶ Prætera laicis solum de rebus ecclesiasticis id permissum videtur: ꝙ expræssum reperitur gl.in.c.fi.xxiiij. q.j.& quia tex.in.d.c.per tuas loquitur in arbitris,qui iure ꝓprio virtute compromissi cognoscunt,si ille text. haberet locum in iudicibus esset dicendum: quòd clerici possent iurisdictionem secularium iudicum prorogare,ꝙ est falsum vt no.in.d.c.significasti.de fo.competen.

¶ Non obstat.l.pædius.ff.de arbitr. quia vbi seruus non admititur cum libero, cùm seruus sit incapax,secus in casu nostro, in quo laicus non est incapax spiritualium: sed solum nō admittitur ratiōe honestatis,vnde hic inutile habilitatur per vtile. ibi autē inutile vitiat vtile: & sic prohibitio laici est tantum honestate, propter quod mixtura clerici facit eum capacem.serui autem prohibitio est ob incapacitatem.propter quā mixturam eū habilitare nō potest.ita Abb. in dicto capitulo per tuas.

¶ Intellige tamen prædicta, vt habeant locum in arbitro volūtario nō autem in arbitro electo secūdum statutum cum prędictæ rationes nō sint veræ, habito respectu ad arbitrum statutarium, vt dicam infra, in vj. qō.princip.& etiam quia causa spiritualis non comprehenditur in statuto,vt dicam infra in.iiij.q.princ.in verb.causa vsurarum.

¶ Hanc opinionem,quòd laicus insimul cum clerico admittatur arbiter in spirituali tenet Hostien.in sum.de arbi.§.iij.versic.sed mixta.Abb.in.c. significasti.de foro compet.& in.d.c. per tuas de arbitris. Areti. Fely. Barb. & deci.in.c.ij.de iudicijs.Soci,in cōsilio.clxviij. In primis determinanda.colum.penul.versi.quinimo.volumine secundo.

Capax vnus: alter incapax

65 † An possint esse arbitri? Lanfran.in.d.tracta.de arbi.§.hactenus. versicu.octauò quæro,dicebat,quòd non.tu dic ex præmissa.q.ꝙ aut ille est incapax ratione honestatis, vt in laico in re spirituali,vt supra proximè,& vt in fœmina.l.j.§.sexum.ff.de postula.& tunc possunt esse arbitri: aut sunt incapaces ratione personæ incapacis,vt in seruo,& tunc nō possunt esse arbitri, vt ex præmissis patet,& ita sentit Abb.in.c.per tuas.in quarto notabi.de arbi.

66 Quis erit cognitor

† Cū dubitatur an aliquis possit esse arbiter? Bap.de sancto Blasio.in tract.de arb. qō.xc.ponendo hanc quæstio. dicit, ꝙ simplex arbiter, de quo loquitur totus titulus.ff.&.C.de arbi.non pōt de hoc cognoscere,& in hoc differt à iudice, vt dicit Specu.in titu.de arbitr.§.potest.versicu.sed coram quo cognoscetur, vbi dicit, quod superior cognoscet de hoc, non ipse arbiter.& sic iudex sicut aliàs in.l.ex qua cunque.ff.si quis in ius voca.non ierit.& in.l.si quis ex aliena.ff.de iudi. sed arbirer, qui habet iurisdictionem ex forma statuti, vel si est arbiter iuris necessarius, bene potest ipse cognoscere, vtrum possit esse arbiter, si de hoc sit dubium sicut potest iudex cognoscere, an sua sit iurisdictio, seu vtrū sit iudex competens

petens,vt in.d.l.si quis ex aliena.vnde iudicabit arbiter electus ex forma statuti,an sua sit iurisdictio, & sic an sit competens,cũ sit delegatus à iure vt dicam infra.qõ.vj.princip.Et delegatus regulariter cognoscit,an sua sit iurisdictio text.est,& ibi Abb.Feli.& alij in.c.super literis.de rescript. quòd etiam ibi per Felyn.extenditur ad arbitrum per nota.per Abb.in.c. cũ dilectus.col.iiij.versic.extra gloss. de arbit.quod idem ponit Abb.in.c. penul.in glos.de restitu.in integr.vbi inquit.quòd potest regulariter nõ solum cognoscere de expressis in compromisso: sed etiam de eo,quod incidit in causa compromissi: ꝙ eo magis dicendum est.quia isti arbitri secundũ veriorem opinionẽ sunt ordinarij,vt dicam in dicta.qõ.vj.

67 ¶ † Intellige autem prædicta,quòd cognoscet,an sua sit iurisdictio,& an possit esse arbiter in casibus permissis,secus si opponeretur aliqua infamia,vel quod sit minor,furiosus,fœmina,& similia nam tunc non poterit cognoscere,an sit arbiter,vt in iudice declarat Barto.in.l.quidam cõsulebat.ff.de re iudic.& ibi Alexand. & alij.& Abb.& Deci.qui procedũt distinguendo casus in dicto.c.super literis.de rescriptis.ꝙ Felynus ibi, qui procedit per regulas, & fallentias,& ibi vide.quia non sunt de materia nostra.

QVAESTIO TERTIA de personis cõprehensis per statutũ hoc.quę ad compromittendum cõpelli possunt, vel illud petere valeant.

Præfatio tertiæ Quæstionis.

¶ Et quia in petitione compromissi sæpe euenit ꝙ illud requirentes non sunt de vocatis,statuto,seu cõsiderata personæ qualitate & ipsius ætate oritur inter ipsos litigantes difficultas, ideo tractandum est de his qui compromissum petere vel ad illud faciẽdum astringi possunt per infra positas quæstiones.

Summarium.

1 *Emancipatus,an possit petere compromissum ab existente in potestate,vel ab alio agnato patris.*

2 *Emancipati filius,an & ipse possit compromissum petere.*

3 *Legitimatus,an petere possit compromissum si litigat cum propinquo patris legitimantis.*

4 *Clausula posita in legitimatione ꝙ legitimatus habeat ius agnationis & succedat agnatis & cognatis,an faciat ꝙ veniat sub statuto.*

5 *Clausula in legitimatione quòd restituatur pristinæ naturæ quid operatur in materia statuti.*

6 *Illegitimus asserens se legitimum,an possit petere compromissum.*

7 *Naturalis filius,an & ipse possit cõpromissum petere ab agnatis & ꝓpinquis patris. Naturalis propriè quis dicatur.*

8 *Nat⁹ ex fanceles̄tra,an sit naturalis ꝓprie.*

9 *Natus ex soluto,& soluta non retenta in domo,an sit naturalis.*

10 *Naturalis,an possit cõpellere agnatos cognatos,affines matris ad compromittendũ.*

11 *Naturalium filij qui sunt legitimi,an cõprehendatur à statuto,*

12 *Propinqui ex parte patris & matris ,an possint*

possint compellere naturalē ad cōpromittendum.

13 *Spurius, an sit comprehensus vt statuto vt astringere possit agnatos, & propinquos patris ad compromittendum.*

14 *Nati ex damnato coitu, & damnabili, qui dicantur.*

15 *Propinqui ex parte matris, an compelli possint per spurium ad compromittendum. Spurij, an compelli possint per propinquos patris ad compromissum faciendum.*

16 *Adoptiuus, an veniat in statuto nostro.*

17 *Pater adoptiuus, an compellat filium adoptatum & compromittendū & econtra.*

18 *Arrogatus, an sit de cōprehensis in statuto.*

19 *Soluta adoptione nunquid veniat in statuto nostro qui iam erat adoptatus.*

20 *Separatus ab agnatione per reformationem nūquam id veniat sub nostro statuto.*

21 *Sponsa, an sit de vocatis à statuto.*

22 *Vir & vxor, an & ipsi veniant sub statuto.*

23 *Soluto matrimonio, an superstes cōpellat, vel compelli possit per propinquos defuncti ad compromittendum.*

24 *Filij si supersint ex premortuo, an superstes veniat sub hoc statuto.*

25 *Secundo si nubat, superstes, an veniat sub hoc statuto.*

26 *Socer & gener quondam, an compromittant virtute huius statuti.*

27 *Socer & quondam nurus, an veniant sub hoc statuto.*

28 *Nouerca & quondam priuignus, an sit de comprehensis à statuto:*

29 *Relicta fratris, an veniat sub statuto.*

30 *Affinis in secundo genere affinitatis, an sit sub statuto.*

31 *Affinis per fornicationem, an comprehendatur à statuto.*

32 *Clericus an teneatur compromittere secundum statutum.*

33 *Clericus si intentat remedium ciuile an sit sub statuto.*

34 *Clausula in statuto quod si quis compelli non potest ad compromittendum sibi ius non fiat quid operetur.*

35 *Statutum si daret executionem vel prohiberet reductionem ad arbitrium boni viri an comprehenderet clericos.*

36 *Fœminæ, an veniant sub hoc statuto.*

37 *Fœmina nupta, an & ipsa comprehensa sit à statuto.*

38 *Statutum, quod mulier non contrahat nisi sub certa forma, mulier an impediat compromissum.*

39 *Minor, an veniant sub statuto,*

40 *Tutoris auctoritas, an requiratur in cōpromittendo.*

41 *Adultus sine curatore si compromittat, an teneat.*

42 *Aetatis si nulla est facta mentio in compromisso.*

43 *Filiusfamilias, an sit comprehensus à statuto.*

44 *Filius litigans cum patre, an eum possit compellere ad compromittendum.*

45 *Forensis, an hoc ligetur statuto.*

46 *Forensis si conuenitur ratione rei site, an veniat sub statuto.*

47 *Hebræi an sint comprehensi à statuto.*

48 *Amicus, an per hoc statutū cōpromittat,*

49 *Iudicium assumens pro alio, an cōpellat ad compromittendum.*

50 *Cessionarius, an sit comprehensus à statuto, vt possit auersarium compellere ad compromittendum.*

51 *Cessionarius, an & ipse compelli possit compromittere.*

52 *Pater de re filij, an possit compromittere secundum statutum.*

53 *Tutor solus, an cōpromittat sc'm statutū.*

54 *Clausula illa quod arbiter possit accipere de iure vnius, & dare alteri, an prohibeat*

tuto

tutorem compromittere.

55 *Curator, datus hæreditati, an cōpromittat secundum statutum.*

56 *Procurator, an posit nomine domini compromittere.*

57 *Promittens stare iuri coram assessore, an posit petere compromissum virtute statuti.*

58 *Ad cuius instantiam iudicandum magis est compromissum fieri debere, an actoris vel rei.*

1 EMācipat⁹ † An posit petere compromissum si est quæstio cum altero fratre existente in potestate, vel cum aliquo alio agnato infra gradum a statuto vocatum: & sic an includatur inter agnatos per statutum vocatos. Aliqui tenuerunt, quòd non comprehendantur, moti diuersis rationibus.

¶ Primò quia isti tales nō sunt proprie agnati. nam per emancipationem tollitur agnatio. §. fina. instit. de legi. agna. tu. iuncto. §. minima. institu. de capitis diminu. & in. l. capitis. ff. de suis & legitimis. l. tutellam. ff. de. capit. diminutio. vbi dicitur, ꝙ desinit esse agnatus filius per capitis diminutionem: & sic per emancipationem. nam mutat familiam quia per emancipationem duæ sunt familiæ, & duo suntpatresfamili. ita notat Bal. in consilio centesimo vigesimo nono. Consuetudo est. volumine primo. Et licet hodie sublata sit differentia emancipationis, & patriæ potestatis quoad successionem. §. nullā. in auctenti. de hæredibus, quæ ab intestato. & emancipatus succedat ad similitudinem suorum. l. meminimus. C. de legitimis hæredibus non tamen propter hoc facta videtur esse reintegratio familiæ: sed statuta debent intelligi, & sumi proprie, & in significatione propria: lege prima. §. is qui nauem. ff. de exerci, plene not. Bartol. in lege omnes populi. in sexta quæstione principali. ff. de iustitia & iure. ergo videbatur talem emancipatum à statuto non comprehendi.

¶ Secundò, statutum quando est correctorium iuris communis, si loquitur in casu vero, non extēditur ad casum fictum. l. tertia. §. hæc verba, & ibi Barto. ff. de negocijs gestis. not. Archidiaco. & alij. in. c. finali. de constitutionibus libro sexto. & Imol. in. l. Gallus. §. & quid si tātum. ff de liberis & posthumis. & alij. post ipsum, & in. l. prima. §. secundo. ff. ad. legem falcidiam. quia in correctorijs non fit extensio ex identitate rationis. l. precipimus. in fine. C. de appellationibus. & not. in auctenti. quas actiones. C. de sacrosanctis ecclesijs. sed emancipati non dicuntur esse agnati licet fingantur per textum in dicta lege meminimus. ibi ad suorum similitudinem. C. de legitimis hæredibus. & ibi Baldus not. & nostrum statutum est correctorium iuris communis, quia de iure communi nemo compellitur cōpromittere. notat Bartolus in lege furti. §. qui iussu. ff. de his qui notantur infamia. Baldus in lege ex stipulatione. C. de sententijs. & in capit. primo. §. si quis furatus. de pace tenenda. & in prohemio decretaliū in quinto volumine. & sic nō debet admitti, quod confirmatur, quia in exorbitantibus fit extensio de vno casu ad alium ex identitate rationis, tamen in correctorijs non fit extensio de vno casu ad alium, not Bart. in lege si constante.

ſtante.in octaua quæſtione.j.par.ff.ſo luto matrimonio.Imola in.l.ſi verò. §.de viro.ff.ſoluto matrimonio.

¶ Præterea,tale ſtatutum correctoriũ debet eo modo intelligi, vt minus lędat ius cõmune,& ideo ſtrictè debet interpretari,vt ei nõ deroget,cùm poteſt operari. not.gloſſ.& Bartol.in.l. fina.§.in compenſatione. C. de iure deliberandi.c.cum dilectus,de conſuetud. ſed ſecundum ius commune intelligẽdo ſatis operatur: quia arctat compromittere,ergo ſtrictè debet intelligi ne multum corrigat.

¶Tertiò, ſtatuta intelligũtur ſecũdũ ius commune verum, & regulare,nõ autem extraordinarium.not.Pau.de caſtr.in dicta.l.finali.§.in compenſatione.C.de iure delibe.& in.l.xij.tabu.C.de legit.hęr.ſed verum,& regulare eſt,quòd emãcipati nõ ſint agnati (vt prædiximus) ergo ſecũdum illud ſtatutum debet intelligi. Accedit ad hoc dicit idem Paul.de caſtr.in cõſilio.clxxx.in fi.in primo volumine ꝙ legitimati per reſcriptum vel per priuilegium nõ comprehendãtur à ſtatuto loquẽte de filijs ſuccedẽtibus,cũ tales ſint legitimi,nõ ſecũdum ius cõe regulare,ſed ſecũdum ius ſpeciale:& ideo nõ veniãt.Hoc dictũ videtur tenuiſſe Fulg.in.l.ꝗ ſe patris.C.vñ lib.

¶In cõtrarium quod emãcipatus includatur ſub hoc ſtatuto multa proponuntur per ſcribẽ.& primo quia emãcipati habent iura agnatorum,vel vtilem agnationem:quia non eſt omnino extinctum,quod reduci poteſt ad ſui naturam.l.quæſitum.§.illud.ff.de lega.iij.ſed emancipatus, poteſt reduci ad priſtinum,& in poteſtatẽ propter ingratitudinem.l.prima.C.de ingrati.lib. ergo &c.

¶Secũdò ſtatutum hoc eſt fauorabile,vt dicũt ſcrib.in.d.l.qui ſe patris, & dixi ſuprà,in.ij.q.prima.q.prin.& per conſequens debet fieri extenſio.

¶Tertiò ſtatutum hoc reſpicit naturalem ęquitatem.l.concordiam,vt dixi ſuprà in dicta.q.ij.& infra in verb. naturalis, ſed emancipatio non tollit naturalem æquitatem agnationum, ſed ciuilem tantum.l.eas.ff.de cap. dimi.§.hij qui.verſi.namque inſti.de hære.quæ ab inteſta.defer.& ſic non tollit,quòd emancipatus tanquã agnatus non comprehendatur ſub hoc ſtatuto.

¶Quartò facit. Nam emancipati largo modo dicuntur agnati,vt no.Bal. & alij in dicta.l. qui ſe partis, ſed ex identitate rationis fit de ſtricta ſignificatione vocabuli ad latam extẽſionẽ vt not.Cy.in.l.j.colũ.fi.verſicu.iuxta hoc quæro.C.quæ ſit long.conſuetu. But.in.c.fi.de cõſti.Imo.poſt Abb.& But.in clemẽ.j.in verb.obligatur col. ij.verſi.ij.ſol.de elec.Ita arg. Roma.in cõſilio.cxix.licet magna.Alexã.conſi. xiiij.Animaduerſis.colũ.fi.lib.j.& in cõſilio.xxiiij.Viſis.col.ij.in fi.& conſilio.v.videretur.colum.ij.lib.v.Et ex hoc reſpondetur ad adducta in cõtrarium,& maximè ſtante ſingulari doctrina Bald.in.l.fi.C.de em.liber.vbi in materia ſtatutaria appellatione agnatorum comprehenduntur emancipati.

¶Quintò,ſtatutũ hoc limitatiuũ eſt iuris cõis,cũ tñ loquatur de certo genere pſonarũ,& in illis intelligitur,& limitat ius cõe,vt dixi ſuprà in.d.q.ij. ſed ita eſt ꝙ iura limitatiua introducta ob aliquã fauorabilẽ cauſam extẽduntur

duntur vt patet ex no.per glo.in.l.j.in verb.liberos.C.de his q an.aper.tab. quæ illam legẽ exorbitãtẽ à regula iuris cõis, & limitantẽ regulam positam in.l.j.§.in nouissimo.C.de caduc.tol. pp fauorem liberorũ extendit ad successionẽ ex testamento:quamuis illa.l.j.loquatur de successione ab intestato.ad idẽ quod not.glos.& doct.in.l.si constante in princi.ff.solu.matri.Confirmatur per id quod dicunt Bal.Saly.in.l.ij.ff.de in ius voc.ꝙ statutũ ꝙ extãtibus filijs masculis excludantur fœminę,qa est inductũ in fauorẽ masculorum extenditur ad nepotem,qui impropriè, & largè dicitur filius, vt per Bartolum.in.l.liberorum.ff.de verborum significatione.vt per Alexand.in dicta.l.qui se patris numero.xxij.& Deci.ibi colum.penulti.

¶Ad illud quod dicitur,quòd statuta intelliguntur in casu vero,non in casu ficto,respon. vt per Roma.Alexã.& Ias.in dicta.l.q se patris quòd quãdo casus fictus,& casus verus equiparantur à lege:tunc etiam in correctorijs lex noua corrigens, vel statutum loquens in casu vero extenditur ad casum fictum,text.est in.c.cum dilectus,& in.c.ad audientiam,& vtrobiq; Canoñ.de cler.non resi.Barto.& alij in.l.Gallus.§.& quid si tantum.ff.de liber.& posth.Cũ itaq; sit æquiparatus emancipatus suo, per not.in dicta.l.qui se patris.ideo dispositio nostri statuti debet illum cõprehendere,& maximè cùm simus in materia fauorabili,vt dixi suprà in.ij.q.j.q.principalis,vel dic secundũ dominum Ias. quod æquiparatio dictæ.l. meminimus nõ fit in ista materia,sed in alia, vnde non sufficit.gl.in.c.licet Canon.de elect.libro sexto,& in.c.quæ à iure de regulis iuris,eodem libro sexto.& Geminianus.in cap.primo.in tertia & sexta fallentia,de temporibus ordinãdis,libro sexto.

¶Hoc dictum sequuntur communiter scribentes in dicta.l.qui se patris,& omnes quos posui suprà in secunda quæstione, primæ principa. quæstio.in versicu.hanc sententiam secutus,& dixi in sequen. quæstione tertia. vbi est conclusio, quòd in statuto nostro fit extensio de vno casu ad alium: quæ omnia hic adiungas,quia faciunt ad præsentem quæstionem,& tenet etiam Paul.de castro in.l.prima in authenti.in successione.C.commu.de succes.& Ias.in.l.sed & si hac.§.prætor ait.numero.v.ff.de in ius voca.& in.l.venia.C.de in ius vocando.

2 Emancipati † Filius, nepos, & reliqui descendentes comprehenduntur per hoc statutum, per superius adducta, cum ex præmissis. medium per quod veniunt ad agnationem,& ad comprehensionem propinquitatis: sit habile, eodem modo, & ipsi habiles, & comprehensi per statutum existimari debent. argumen.l.qui in adoptionem.ff.de adoptionibus. & in.l.fina.C.de natu.libe. nam pater, & si emãcipatus à statuto apprehenditur, eodem modo & filius:& reliqui.ita etiã concludunt omnes scribentes in dicta.l.qui se patris.& Ias.in.l.de quibus.nu.xvij.ff.de legi.

3 Legitimati † An comprehendantur per statutum dum agnatos nominat: in hac quæstione, quia dantur plures spe-

cies legitimationum.omittam illos in quibus non est aliqua dubitatio,quòd per statutum comprehendantur, vt sunt illi qui legitimantur per subsequens matrimonium.de quibus in.c. tanta.qui filij sint legitimi.nam de istis non est quæstio,cùm propriè sint agnati, legitimi,& naturales.vt dicit Abb. in dicto.c.tanta.in tertio nota. vbi vult quòd statutum loquens de legitimis comprehendat legitimatum per subsequens matrimonium, quia perindè censetur, ac si matrimonium à principio contractum fuisset ante ortum liberorum.vt in dicto.c.tanta. & in.§.dubitatum.in authenti.de incestu nuptiarũ.& ibi Iacob.de bella pertica. vnde hij legitimati admittũtur ad feuda etiam ecclesiastica. vt not. Ioan. de imol.in.l. quod dicitur. ff.de verborum obligationibus. Hostien.& Ioan.andre.in.c.lator.columna secunda.qui filij sint legitimi. & ibi Anto.de butrio. Cardina.& Modernio. & hanc dicit cõmunem Alexand.in.l.ex facto.§.si quis rogatus. numero.xviij.ff.ad Trebellianũ. vnde statutum excludens fœminas per masculos excludit per legitimatum, per subsequens matrimonium.vt dicit Petr.de anchara.in consilio.cclij. Ex tenore.& Deci. in consilio.clv. Et diligenter pro tenui. volumine primo & de his non est dubium.

¶Alij sunt qui legitimantur per oblationé curiæ de quibus loquitur textus.in.l.communium.C.de natu.libe. & de his etiam non est dubiũ, quòd non veniant sub nostro statuto loquéte de agnatis: & sic sunt contrarij pręmissis, cùm certum sit, quòd isti tales oblati curiæ, non agnascuntur nisi patri, alij autem agnatis non, ita textus.in dicta.l.communium, & ibi Barto.Bald.& alij vbi volunt quòd legitimatus per oblationem curiæ cõsequatur viam legitimorum solum, respectu legitimantis, non respectu aliorum cognatorum. Vnde dicebat Anto.rosel.in tractatu legiti. columna fina. quod isti agnascuntur tantũ patri non ceteris agnatis,per textum in.§.filium.in authenti. quibus modis naturales efficiuntur sui.Et isti nõ verè, sed fictè dicuntur legitimi. ita etiam tenet Ludoui.de sard.in tract. legiti.in tertia parte,in verbo superest versicul.quinto. Et Dy.in tracta.succes.& Nico.de peru.in tracta.de successione ab intestato, nuñ.lxij.versicu.quintus modus,& Paul.de castr. in cõsilio.xxxiiij.super primo dubio, videtur.nuñ.xiij.volu.ij.& Deci.in consi.cccxvj.In casu proposito.volu. ij.nu.viij.& hos clarũ est non venire.

¶Alij sunt,qui legitimantur per rescriptũ Principis,vel Comitis Palatini, vel alterius habentis potestatem,& in ista reperio variè sensisse scriben.aliqui voluerunt,quod non comprehendantur sub hoc statuto.

¶Moti primo,quia verba statuti dent strictè intelligi cùm videantur prolata à Prætore vt not.in rubri. C. de decuri.libro.x.not. Bal.in.l.quisquis C.ad leg.iul.maie.in ver.adde ꝙ licet.

¶Confirmatur hoc. nam statuta debent propriè intelligi. not. Bartol.in l.tertia.§.hæc verba.ff.de nego.gest. l.labeo.§. contractum .ff.de verborũ. signifi.cum alijs. Legitimatus verò nõ dicitur propriè filius.l.qua in prouincia.§.diuus.ff. de ritu nuptiarũ. & legitimatus tãquam legitimus habetur,

betur, dicit gloss. in c. innotuit. in verbo coniugata, in fin. de elect. & illa dictio, tanquam, denotat improprietatem. Et quia diffinitio quæ habetur in l. filiũ diffinimus. ff. de his qui sunt sui vel alie. iu. non competit legitimato, cum filius dicatur ille qui ex viro, & vxore eius nascitur, & per consequens nõ debet dici propriè agnatus, vt comprehẽdatur à statuto. Vnde ex hoc dicebat Ange. in l. iubemus in princip. C. ad trebel. quòd illa lex quæ est correctoria iuris antiqui cum in filio loquatur: non habet locum in legitimato.

¶Secundò facit: quia legitimatus fictè dicitur filius non verè. Ita Iaco. de bel la per. in §. tribus in authenti. quib. mo. nat. effi. su. Salyce. & Paul. de cast. in l. fi. C. de his qui ve. eta. impet. Bal. & Imol. in l. si ita quis. §. fin. de lega. ij. Sed statuta intelliguntur propriè, non autem fictè: per no. per Barto. in d. l. iij. §. hæc verba. ff. de negocijs gestis, ergo &c. Vnde dicit Bal. in addit. ad Spec. in tit. de success. quòd legitimatus nõ potest dici legitimè natus quoad ordinem, & realitatem, & propter hoc dicit Butr. in c. per venerabilem. qui fil. sunt legiti. quod statutũ, quòd stantibus masculis fœminæ non succedant, nõ habet locum in filio legitimato per rescriptum, cũ non excludat fœminam, & hanc opinionẽ quòd legitimatus non excludat fœminã, sequũtur cõmuniter scrib. vt dicit Franc. cur. in consil. xxxv. statuto, seu in capitulis ianuæ. col. vj. & Deci. consilio. lij. vol. j. Et de veritate huius cõclusionis plura scribit Ias. in l. si his qui pro emptore. ff. de vsucap. & Ioan. crot. in l. gallus. §. & quid si tantũ. ff. de lib. & posthu. & Alber. brun. in suo tract. quod stanti. fil. mascu. fil. fœmi. non succedant. xij. q. arti. iiij.

¶Tertiò verba statutorũ intelligũtur secundũ cõem vsum loquẽdi. l. librorũ. §. q tñ cassius. ff. de leg. iij. & l. semper in stipulationibus. ff. de reg. iur. q etiã est in pœnalibus, vt not. Barto. in rubri. & alij post ipsum. ff. de nou. op. nunc. sed de cõi vsu loquẽdi, legitimati nõ dicunt verè legitimi, vt no. Pau. de castr. in l. fi. C. de his qui ve. etat. impet. & Imo in l. ex facto. §. si qs rogatus. ff. ad Treb. & in l. si quis ita. §. fi. ff. de leg. ij. Et legitimatus semp remanet cũ illo noĩe filius legitimatus, secudũ cõem vsum loquẽdi: vt tenet Frãc. curt. in dicto cõsi. xxxv. col. vj. & Fulg. consil. lxij. stãte statuto ciuitatis Veronæ col. j. & Alexand. consil. xxv. circa primum dubium. col. j. volu. j. & Dec. cõsi. cclviij. In casu domini Frãcisci nu. ij. volu. ij. Et maximẽ quia in interpretandis legibus cõis vsus loquẽdi attẽditur. vt voluit Ant. de but. in prohe. decre. car. pe. vers. aduerte tñ & in c. quamuis de verb. sig. & sensit. Bart. in l. stipulatio ista. §. hi quoque in fi. ff. de verbo. oblig. & sic videtur quòd ex cõi vsu loquendi tales legitimati non dicantur agnati, nec cõprehendantur sub statuto.

¶Istam partem tenuit Paulus de cast. in consilio. clxxviij. super eo vero volu. ij. & in antiquis consi. lxix. volumine primo, vbi dicit quòd statutum faciens mentionem de consortibus, vt possint petere cõpromissum, intelligatur de cõsortibus legitimis, & naturalibus: & non de legitimatis. quia hoc determinat expressæ Bald. post Cynũ in l. quisquis. C. ad l. iul. maie.



vbi dicunt.quòd quicquid sit, quãdo ista nomina denotatiua secundum naturam,puta filij,fratres,&c. proferuntur à lege:quod intelligatur etiam de non legitimis.l. parentes .ff. de in ius voc.cum.l.se. &.l. tutelas cum ibi no. ff.capi.dimi. vel quando à testatore.l. ex facto.§. si quis rogatus.ff. ad treb. quando tamen proferuntur à statuto, cuius verba intelliguntur secundum communem vsum loquendi.d.l. liberorum.§.quod tamen Cassius.intelligũtur de legitimis, & naturalibus tantùm, quia in vsu loquendi de talibus intelligimus. facit ad hoc glos. in clemen.prima de Bap.plus dicit Pau. de cast.in dicto consilio, quòd statutum loquens de cõsortibus, & attinentibus,vsque ad quartum gradum:necessario debet intelligi de legitimis,& naturalibus ab initio sic natis:non autem de legitimatis: quia secundum eum attinentes,& agnati non sunt verè,nisi illi inter quos sunt vera matrimonia. Ergo cum statutum loquatur de agnatis vsq; ad tertium gradum, legimati non debent venire, & ita per superius adducta consuluit Ludouic. Bol.tenendo hanc partem, in consilio lviij. Veritati enim standum. colum. sexta,versi.secũdo principaliter. Hoc idem sensit, & secutus est Franciscus curt.in consilio.xxxv. statuto, seu in capitulis ianuæ.columna sexta, versiculo,&bene facit.& Iason simpliciter referens dictum Paul. de cast.in.l.qui se patris.numero.liij.C.vnde lib. Hoc idem sensit Alexan.in consi.cxliiij. Viso statuto.versiculo istam quęstionem volumine septimo,vbi dicit, ꝙ quéad modum statutum hoc non habet locum in Spurio, nec eodem modo habet locum in legitimato, solet pro ista parte communiter allegari Alexan.in consi.lxix.visa legitimatione in secundo volumine,sed aduerte,quòd in dicto consilio Alexan. non concludit,ꝙ legitimati non comprehendantur per statutum. Sed dicit,quod eo quia non constabat de legitimatione, ideo non comprehandantur sub statuto nostro, quod idem concludit idem Alexan.in d.consi.cxliiij. & ideo illud consilium rectè intuenti non facit ad quęstionẽ.

¶Et tenendo hanc sententiam, prout tenent prædicti scrib.intellige,vt procedat quotiescunque legitimatus peteret ab agnato, quòd compromissum faceret,secundum formam statuti nostri. Nam tunc retenta prædictorum opinione,agnatus non posset compelli ad compromittẽdum. Secus autem dicas esse quotiescunq; agnatus petit compromissum fieri debere,legitimatus autem contradicat, & nolit committere.nam bene poterit tunc.& debet compelli legitimatus ad compromittendum ex forma statuti,quia agitur de præiudicio illius agnati,& cùm tractatur de damno, & præiudicio agnati comprehenditur talis legitimatus, ex verbis legis.prout not. gloss.in clemen.prima, de Baptis. & ita sensit Alexã.in.l.ex facto.§. si quis rogatus, colũ.xj.nume.xxvj.ff. ad Trebel.post Pau.de cast. ibidem per eum relatum vbi dicit ita debere intelligi dictum Cyn. & Bald. in .d.l.quisquis.C.ad.l. Iul.maie.quod idem dicit ipse Alexã. in.d.consi.lx.colũ.iiij. versic. vnde ex his,volu.secundo.

¶In hac quæstione verior mihi videtur opinio contraria, & magis iuri, & æquitati consona, & in hoc difficultas

tas stat: an tales legitimati ex rescripto Principis, vel per Comitem Palatinum, vel per alios habentes potestatem legitimandi ab imperatore dicantur agnati. Nam tunc si isti tales legitimati habebunt proprium nomen agnatorum, certum erit eos comprehendi per statutum nostrum, vt & ipsi sic legitimati possint agere contra agnatos patris, & compellere ad compromissum faciendum. & in hoc reperio, quòd magis communiter scribentes tenent, quòd isti legitimati per rescriptum dicantur propriè agnati, nam Ioan. andr. in addi. ad Specula. in titu. de success. Dicit, quòd isti tales legitimati veniunt ad successionem agnatorum, & per consequens cùm ius agnationis transeat in ipsos legitimatos. ergo & ipsa agnatio cùm idem ius sit de accessorio, quod est de principali. l. ij. ff. de pecul. leg. & l. secunda. ff. de peno. lega.

¶Præterea, per legitimatos conseruatur agnatio, sicut & per legitimos, & naturales: & succedunt ad instar legitimorum, & naturaliũ. vt dicit Alex. in consi. ij. visis codicillis, colũ. v. ver. ad prædicta volu. primo, vbi etiam refert dictum Anto. de but. in . c. per venerabilem, post medium versi. quia supra visum est, an legitimatus, qui filij sint leg. Vbi vult, quod legitimatus habetur pro legitimo quoad agnatos.

¶Secundò facit dictum Ange. in cõsi. xvij. pro decisione quæsiti, colũ. pen. Vbi dicit, quòd legitimatus à Comite Palatino antiquum ius agnationis, & cognationis recuperat actiuè, & passiuè, quia reductus est ad primæuum statũ naturæ quo omnes legitimè naturæ quo omnes legitimè nascebantur, quo materni sanguinis contrahebatur, etiam inter coniunctos, sicut hodie inter legitimè natos. l. ius autẽ agnationis. ff. de pactis.

¶Tertiò cõprobatur hoc, per dictum Paul. de castr. in consil. xxxiij. Super primo dubio videtur dicendum, quod legitimatio, volu. ij. Vbi vult, quod legitimatus per rescriptum non solum agnascitur patri, sed etiam alijs agnatis etiam illorum consensu non interueniẽte, sicut adoptatus. l. cũ adoptio. & l. qui adoptionẽ. ff. de adopt. Et hoc etiã quantum ad succedẽdum. cõprobatur hoc per id quod voluit Mart. de lau. in sua . q. Augerius scio, colũ. xxj. versi. secundo quæro. qui determinat, ꝙ tales legitimati habilitantur quoad patrem, & quoad agnatos & cognatos patris, & quòd ad eorum successiones admittantur, idẽ vult Ludo. de sar. in suo tracta. de legit. in . vij. par. versicu. octauo quęrit, vbi dicit, ꝙ legitimatus agnascitur omnibus agnatis patris legitimantis. Vndè ad eorum successionem admittitur, quod idem dicit tex. expressus, in. §. quapropter his à nobis in authen. quib. mod. nat. effic. su. vbi dicit, quòd nihil de successionibus super talibus legitimatis est dicendum. nam sicut in cæteris ab initio legitimis: oportet etiam in eis fieri successiones. & sic est tex. clarus, quòd legitimati succedunt in omnibus, prout legitimi, quod idem tenuit in terminis Azo. in sum. in authen. quib. mod. nat. effic. su. §. in successionib⁹, & Bar. in. §. qualiter, in. d. tit. qui. mo. & Bal. in. l. cõmunium. C. de nat. lib. & Ang. in. §. filium verò, in authen. quib. mo. nat. effic. su. Ias. & alij, in. l. si is qui pro emptore. ff. de vsucap. nu. ccxlj. Et hoc

in tantum est verum, quòd etiã agnatis non vocatis, legitimatus agnascitur illis, & ab intestato succedit secundum quod distinguit Abba. in .d.c. per venerabilem, colũ. pen. vbi dicit hanc esse magis cõmunem opinioné Alexã. consi. cxxxix. eleganter fuit, col. secunda, volu. primo, versi. & sic videtur esse magis communis opinio.

¶Quartò pro hac opinione facit, nam agnatio est nomen iuris ciuilis, vt not. Barto. per illum text. in .l. tutelas in princi. ff. de cap. dimi. & in .l. fina. C. de verb. signifi. in .l. pronuntiatio. §. familiæ. ff. eo. & sic videtur, quod Imperator posit ipsam tollere, & ipsam cõstituere per tex. in. §. fi. ibi, nam agnatio iuris ciuilis nomen est insti. de legit. agna. tutel. & facit quod not. glos. in authen. ex complexu. C. de incest. nupt.

¶Quintò, facit vnum quod videtur ad quæstionem nostram multum adaptari, tex. in. §. adoptionem. inst. de legit. agna. succ. Qui dicit, quod adoptiui dicũtur esse agnati, & agnascuntur alijs agnatis patris, & eodé modo dicuntur cognati, prout est text. in. §. liberi quoq;, inst. de succe. cog. quod etiam dicit text. in .l. cum adoptio. ff. adop. & in .l. qui adoptionem, eo. titu. Si hoc fit per adoptionem, quod adoptiui sint agnati, & cognati, qui non habent primordia naturæ, vt no. in. §. primo, insti. de adop. & in glo. in .l. qui contra in ver. accerrimo. C. de incœst. nuptijs. Ego fortius debet fieri per legitimationem: quia legitimatio est potentior, & efficacior actus, quàm adoptio. §. tribus, versicu. nostri enim in authen. quib. modis na. effic. su quod etiam patet, quia adoptio potest fieri auctoritate magistrat'. l. ij. ff. de adop. & legitimatio non potest fieri nisi auctoritate principis, vel habentis potestatem ab eo. §. fi. in authen. quib. mo. na. effi. su. & .l. prohibere. §. planè. in fi. ff. quod vi, aut clam. Item plus est legitimatum, quam adoptatum, quia legitimatus habet naturalia primordia, quæ non habet adoptatus, secundum Bal. in .l. si te parens. C. de suis, & legi. Et eò maximè quia fauorabilior est legitimatio, quã adoptio, vt no. Bald. in l. neq; absens, circa fin. ff. de adopt. Et sic arguendo à maiori, & fortiori secundum authé. multo magis. C. de sacro sanctis eccle. Dicendũ est quod legitimati sint verè agnati, & cõprehendantur à statuto, in quo verba propriè intelliguntur, iuxta not. in .l., non aliter. ff. de leg. tertio, & in .l. tertia. §. hęc autem verba. ff. de neg. gest. ita etiam tenet Ias. in .l. qui que. §. pretor ait, in fine. ff. de in ius vocan.

¶Sextò, & vltimò, facit, quòd statutũ hoc est fauorabile, & recipit interpretationem extensiuã, adeo quòd etiam extenditur ad casum, qui non ex proprietate sermonis: sed ex lata significatione veniret. prout dixi supra, in. iij. q. primæ quæstio. princi. Et sic dato, quod ex proprietate sermonis isti tales legitimati nõ dicanť agnati: prout præsupponunt tenentes partem contrariam. Tamen ex lata significatione comprehenduntur, & sic siue propriè sint agnati, quod verum puto, & ex premissis patet: siue impropriè sint agnati, vt tenent alij. vtroq; casu dicédum est legitimatos in nostro statuto comprehendi, vt est in emancipato. vt dixi supra in ver. emancipatus.

¶Et hanc sententiam vti verã, & iuri consonam

6 Illegitimus. † Asserens se legitimum, an cōprehendatur, per nostrum statutū: vt sub eo veniat. breuiter dicēdum est, quòd non: prout tenet Pau.de cast.in consi. clxxviij.super eo vero, quod quęritur vtrum dicti legitimati, volu.secundo. Nam statutū hoc intelligitur eo casu quo agnatio non negatur, cum igitur ille, qui petit compromissum fieri tanquā agnatus, sicut statutum loquitur de agnatis, & cognatis, vsq; ad quartū gradum, necesse habet probare se talem esse agnatum: quia qui petit aliquid, tanquam talis debet probare se talem, si hoc negatur. C.qui accus.nō poss.l.non ignorabat, de lib.agno.l.si. C.qui satisda.cogan.l.si vero.§.qui pro rei qualitate, & not.Cyn.in.l.cum te. C.de proba. Ergo sequitur, quod nō possunt præfati legitimati, tanquam agnati vti beneficio statuti: cum non constet eos esse agnatos, sicut statutū requirit per.l.diuus, & quòd ibi not. Barto.ff.de testa.mili.& optime facit in ratione sui capitu.si a subdelegato de offic.delega.libro.vj.& quod not. idem Barto.in.l.prima, in princip.ff. quod vi, aut clam de statuto loquente de instrumēto publico, qa ante omnia oportet constare, quòd sit publicū instrumentum.ad hoc, vt dispositio statuti locum habeat, & cum statutū fundet se in hac qualitate agnatorum. sequitur quòd non possunt vti beneficio statuti, cum agnatio sit probāda.l. prætor.§.docere.ff.vi.bon.rapt.

¶ Comprobatur hoc.nam regula est generalis, quòd asserēti, seu deducenti aliquam qualitatem ad fundamentū intentionis suæ incūbit ei probatio.l. ei qui.ff.de proba.l.actor.C.eod. Canoni.in.c. actor.iiij.quæstio.iij.l. pen. §.docere, & ibi Ange.ff.ne quis eum qui in.cum itaq; statutū vocet agnatos, volens vti eius beneficio, debet se agnatum probare, & proprius ad materiam facit, quod dicūt Anto.de but. Abb.& Card.zabare.in capitu perue nit qui fil.sint legiti. Vbi volūt, quòd quandocunq; quia dicit se legitimū, vt consequatur hæreditatem ab alio possessam, vel quid simile: ita quòd legitimitas sit causa suæ intentionis, semper tenetur probare se legitimū: secundum Soci.in consil.xxxix.visis, & inspectis colū.prima, volu. primo. Ex quo patet.quòd asserens se legitimum, debet probare se esse legitimū. Et sic antequam probet non admittitur.hoc idem tenuit Alexan.referens dicta Pau.de cast.in consi.lx.superius allegato in.v.colum.in versicu.venio ad secundū, in.ij.volu.& idem Alexā. in consilio.cxliiij.viso statuto, col.secunda, in versicu. istam quæstionem in proposito, vol.septimo, & Fulgosi, in consilio.clix.Seius, & Aurelius, vbi dicit, quòd in casu nostri statuti, debet probari parentella, & de ea iudici constare.

¶ Intellige tamen prædictam conclusionem quotiescunque teneremus naturalem non comprehendi sub nostro statuto.secus autem si contrariā opinionem sequeremur. Nam tunc quæstio hæc procedit, sine dubio in naturali, asserente se legitimum.nam etiā, vt naturalis admitteretur. Item intellige prædictā quæstionē de alio asserente

rente se agnatum, vel cognatũ, & partem aduersam id negantem, vellet cõpellere ad compromittendũ secundũ formam statuti, nam tunc nõ constito de propinquitate, non debent admitti ad petendum compromissum per prædicta.

7 Naturalis. † Filius tantum, an comprehẽdatur sub statuto, quia scriben. in hac materia confundunt adinuicem naturales, & spurios, igitur distincte in hoc articulo procedã. Primo de naturalibus. Secundo de spurijs, incæstuosis, & alijs similibus. tractando naturalium autem materiam, ita diuidã. Primò an naturales posſint compellere coniunctos, & propinquos agnatos, & cognatos, ex patre patris. Secundò, an posſint compellere agnatos, & cognatos matris ad compromittendum secundum statutum nostrũ. Tertiò, an filij dictorum naturalium legitimi, & naturales posſint cõpellere propinquos, tam ex parte matris quàm ex parte patris dictorum naturalium. Quartò, an ipsi naturales, & eorum filij legitimi, & naturales posſint compelli per propinquos patris & matris naturalis ad compromittendum secũdum formam statuti.

¶ Circa primum videlicet, an naturales posſint cõpellere propinquos suos, & consanguineos ex parte patris, reperio, quòd Pet. de ancha. in consil. xix. secundũ quod allegat Roma. in. l. parentes. ff. de in ius vocan. seu in consilio. clxxv. secundum quod dicit Alex. in. l. ex facto. §. si quis rogatus, nume. xxxiij. ff. ad Trebel. sed in libro meo est consilio. clxxxv. Apud me quæstio ista dubitabilis est, consulendo tenet naturales sub nostro statuto comprehendi, motus quia attenta materia, de qua loquitur statutum debent comprehendi, quæ est, vt inter coniunctos sanguine, euitentur scãdala, & ad pacem, siue ad concordiam reducantur. & ideo habeant quæstiones compromitti: qa in hac materia pacis, & scandali, ita participant naturales tãtum, sicut naturales, & legitimi.; & hinc est, quòd iniuriæ, & vindictæ prosequutio, ita eis datur sicut legitimis, & naturalibus. vt not. Bartolus in. l. prima. ff. de accu. quia ergo causæ ciuiles, causam criminibus præstare noscuntur, vt. l. properandum. C. de iudic. prouidit statutũ, quòd causæ inter coniunctos debeant per amicos cõgruentius expediri. l. cõgruentius. C. ingenu. manu. Pax enim, & concordia ad primæuum ius naturale referuntur, quo iure omnia erant communia omnes liberi, & omnes legitimi, vt in authen. quib. mo. nat. effi. su. post principium. Ad naturalem ergo intelligentiam non ciuilem. postquàm de naturali materia statutum loquitur, eius verba sunt referenda, vt sic iuxta materiam subiectam sermones nitantur, vt. l. si vno. ff. loca. hinc est, ꝙ in reuerentia exhibenda parentibus, & in matrimonijs: qa in naturali iure fundatur. veniunt etiam, vt dicta. l. parentes, de in ius vocan. l. adoptiuus. §. seruiles. ff. de ritu. nup. vbi naturale ius, & pudor inspiciendus est. &c. Ita autem iste pudor attenditur inter naturalem, cum legitimo fratre litigantem: sicut cum litigant inter se duo legitimi. Item statutum dicit indistincte coniunctos, vsq; ad tertium gradum. non debemus ergo distinguere,

de le

de legitimo, vel naturali, vt.l. prima §.generaliter.ff. de lega. præstand. & l.de prætio.ff.de publi. Nam si statutum non voluisset comprehédi filium naturalem, vel fratrem: hoc expresse dixisset, vt fecit imperator, in.l.tertia C.de adulterijs, ibi non naturales, sed iusti dumtaxat.&c. Item verbũ quod potest sub se comprehendere plures species videt omnes includere, si simpliciter proferatur.ff.de verborum significatione.l. alienationis.§.donati, &.l.quoties idem sermo. de regulis iuris, & quod ibi not. Præterea in intelligendis sermonibus, plus attenditur communis vsus loquédi quàm vera proprietas.l.liberorum. §.quod tamen Cassius. ff. de legatis tertiò. Sed communiter populus, siue vulgus, verbum filij, & verbum fratres interpretatur de legitimo, & naturali: & etiam de naturali tantum. sic ergo debet intelligi in statuto, scilicet, vt communiter vulgus intelligit, non ius capitu.quod dilecto, de consanguinitate, & affinitate. Item appellatio filij ampliatur, cum agitur de fauore, & cum agitur de odio restringitur, vt not.in.l. filii de verborum significatione. Sed statutum loquitur de materia fauorabili, quæ versatur in celeri causarum expeditione grata iuribus.l.properandum in principio, de iudi.& capitu.finem litibus, de dolo, & contu. concludit igitur ex prædictis Anchara. quòd sub dicto statuto includaẽ similiter naturalis tantum, & etiam filij fratrum naturales tantum.

¶ Facit pro hoc dictum Roma. in.l. parentes.ff. de in ius voc. qui dicit, quòd si statutum disponat, quod causæ inter patrem, & filium debeant compromitti, habeat locum etiam, si sit filius naturalis tantum, quia statutum habuit respectum tantum ad rationem naturalem. argumento dictæ. l.parentes. quod dictum sequitur Rapha Fulgo.in dicta.l. parentes, idem videtur sensisse Felyn.in capitulo in præsentia, columna octaua, numero xxxiij.de probat. Vbi voluit, quod propter reuerentiam debitam patri, filius naturalis teneatur compromittere, quod secus dicebat in alijs de parentela.

¶ In contrarium, quod imo tale statutum non comprehendat naturales: facit id quod voluit Imol.in.l. ex facto.§.si quis rogatus, colum.vij.ff. ad Trebellia.vbi dicit, quid si statutum sit in Ciuitate, quòd coniuncti vsq; ad quartum gradum, si sit quæstio inter eos, possint cogi ad compromittendum, si naturalis, vel spurius habeat quæstionem cũ fratre legitimo, & naturali, nõ possit compelli ad compromittendum talis frater legitimus, & naturalis. & pro hoc adducit illud: q̃a tale statutum est contra ius commune, nam nemo debet compelli.l. tertia.§.tam, & sic.ff.de arbi.l.in re mandata.C. manda. & facit quod voluit Barto.in.l.furti.§.qui iussu.ff. de his qui not.infa.& Bal.in.l.ex stipulatione.C.de sent.& in capi.j.§.si quis, de pac.te.vbi volũt neminem cogi debere ad compromittendum, & sic videtur, ꝙ tale statutũ, sit contra ius cõmune: & ab eo exorbitet.

¶ Prętereain dispositiõibus, q̃ nõ sunt iuris naturalis nõ cõprehéditur filius naturalis, quando talis dispositio est exorbitãs: secũdũ Ias. de arc. Cy.in.d. §.fi.

§.si quis rogatus, q allegat.l.quartā. C.de nat.libe.idem not.Cyn.in quadam additione in dicta.l.quarta, & facit.l.ex libera cū ibi not.C.de suis, & legitimis.

¶ Secundò facit secundum Imol.in dicto.§.si quis rogatus naturales nō videntur esse coniuncti, nisi quo ad matrimonium.l.non facile.§.affinis, cum gloss.ff.de gradi.iuncta.l.si spurius.ff.vnde cogn.vnde tales fratres non succeduut inuicem,& etiam tanquam cognati, vt est glo.in.l.hac parte.ff.vnde cog.ꝙ idem tenuit Cyn.in authē.itaq;.C.cómu.de succes.Ange.& Bal.in.l.fi.C.vnde cog.Ange.in.§.fi.in auct.qui.mo.nat.effi.su.& Bald.in.l.in testamento, in.ix.quæstio.C.de testamen.milita.

¶ Tertiò facit,quia inter illegitimos.non est dare gradū agnationis,per.d.l.spurius,&.d.l.hac parte,& per consequens non videntur comprehendi tales naturales per statutum nostrū, eò maximè, quia statutum nostrum est cōstitutio iuris ciuilis iuxta.l.omnes populi.ff.de iustitia & iure.Ideo nō videtur comprehēdere dictos naturales,& facit dictum Cyn.in.l.cum pater in.§.volo.ff.de legatis secundo. Vbi dicit,quòd priuilegium concessum Regi,quod facere posit pro se, & liberis suis celebrare tempore interdicti,quod naturales non continebuntur per not.per glo.in cle.j.de Baptis. Et sic ex his concludunt scribentes.quod naturalis non comprehenditur per statutum, ad hoc, vt possit compellere agnatum. seu cognatum legitimum, & naturalem ad compromittendum.

¶ Et plus dicebat Imo.in dicto.§.si. quis rogatus,quòd etiam si statutum diceret,ꝙ si sit quæstio inter cōsanguineos,quòd possint compelli ad compromittendum,ꝙ idem sit,ꝙ naturales nō cōprehendātur:quia cōsanguinei dicūtur.l.qui propriè sunt agnati.d.l.si Spurius,&.l.cōsanguineos,post principium.ff.de suis, & legitimis. Idem quod non naturalis non comprehendatur in nostro statuto.tenuit Alex.in.d.§.si qs rogatus.nu.xxxiij.&.xxxiiij.& Roma.in.l.si filio,la.ij.ff.solu.matrimonio.Paul.de castr.in consilio.clxxviij.volumine secundo, & Alexand.in consilio.lx.colum.tertia, volumine secundo, & in consilio.cxliiij.Viso statuto sub Rubrica, volumine septimo.

¶ Vnde tenendo hanc partem Alex.in.d.consilio.lx.& in cōsil.cxliiij.respondebat ad contraria,quòd, id ꝙ naturalis veniret sub statuto habeat locum quotiescunque statutum loqueretur per verba naturalia, puta pater, vel filius,sed statutum nostrū loquitur per nomina iuris,& est contra ius commune,dum dicit coniuncti. Nam hoc nomen à iure inuentum est.l.cum manifestissimi.§.cum autem.in verb.coniunctas.C.de fur.& in.l.cum alienam.C.de legib.ita etiam tenuit in dicto.c.in præsentia, colum.octaua,numero trigesimo tertio,de probatio.

¶ In hoc articulo quia scrib.videntur confundere Spurios.& naturales ad inuicem,vt in principio huius quæst. dixi.Et ideo quantum spectat ad naturales dico eos comprehendi sub statuto nostro.& hanc veriorē esse opinionem existimo,& ad hoc tenendū animaduerti debere puto,qui dicantur

tur propriè naturales.& dico, quod naturalis dicitur propriè ille qui natus est in domo ex concubina in ea retenta, & ex legitimo cócubinatu, & concubina dicitur illa quæ indubitato affectu, in domo est retenta ab vxore parum distãs.l.in cõcubinatu.ff.de cõcub.ita dicit Bald.in consilio.cxxix.factum proponitur,volumine secundo,& Abb.in capi.tanta,qui fil. sint legit.& Baptista de Caccialupis, in.l.si qua illustris,in tertia columna. C.ad orficianum.& Alex.in cõsil.xl. volumine secũdo, Isti itaq; naturales, qui considerantur à lege veniunt appellatione coniunctorum,& propriè appellantur coniuncti, prout dicunt Innocen. Hostien. Ioannes andr. But. Abba. & alij, & ista est communis opinio, prout dicit Fely.in capitu.nõ nulli.in fi.de rescri. Vbi volũt omnes prædicti,ꝙ determinatio illa quæ se habet,ꝙ cõiũctus admittatᵉ ꝑ cõiũcto ad agendũ,vendicat sibi locũ in filio naturali,sed in statuto nostro vocantur coniuncti,ergo & naturales.

¶ Præterea facit pro hoc,quod dicebat Alex.in.d.l.ex facto.§.si quis rogatus,nu.xlij.ꝙ quando lex fundata est in ratione naturali, ꝙ naturales filij cõprehẽduntur sub appellatione cõiunctorũ,inferẽdo ad dispositionẽ l.sed & hæ personæ.ff.de procu. Et sic quoties naturalis ratio in.l.naturales cõprehendũtur.sed in statuto nostro inest naturalis ratio,ne propinqui ꝓcedãt ad litigia per iniuriã,& odiũ: & vt pacificè,& amicabiliter tractentur per arbitros; causæ cõiunctorũ:& vt scandala euitentur.prout deducit Petr.de anch.in.d.consil.clxxxvij.& dixi suprà late in.ij.q.j.q.princ.Cum itaq; statutũ habeat naturalẽ æquitatẽ in se,dicẽdũ est naturalis cõprehẽdi.

¶ Præterea confirmatur hoc,per id ꝙ dicit Bald.in.l.j.colum.xj.versi.quo ad secundũ.C.qui accu.non pos.vbi vult,ꝙ naturales dicũtur hi,quia naturalẽ nomẽ habent,& natura est cõmunis:& ius ciuile in natura positũ est.nã ius in facto positum est.l.si ex plagis.§.in cliuo.ff.ad leg.acqui.Sed natura est facti,& ars imitatur naturam inquantũ põt.cũ itaq; naturalis ratio dictet cõiunctos,& propinquos debere amicabiliter in suis litigijs per arbitros procedere:quæ ratio cõprehendit naturales tãtũ,eodẽ modo lex ciuilis:& sic statutũ in ratione fundatum,debet cõprehendere naturales.

¶ Præterea quoties constat de voluntate tacita disponentis,naturales cõprehenduntur sub statuto,quæ mens colligitur quando est eadem ratio,in legitimis,& naturalibus, quæ est in naturalibus tantum.prout dicit Abb. in.c.in præsentia, colũ.v.nu.xxij.de proba.sed eadem ratio est in naturali,& legitimo,quæ est in naturali tantum,per statutum nostrũ ,prout prędixi, ergo & statutum nostrum eos comprehendit,Alex.tamen in.d.§.si si qs rogatus,col.xx.nu.xlix.videtur impugnare istã rationẽ Abb.& dicit hoc nõ ꝓcedere in statutis,cõtra ius cõmune,in quibus propriè,& strictè verba debent accipi,vt declarat Bart. in.l.labeo.§.contractum.ff.de verbo. signi.nec ex idẽtitate rationis fit extensio in exorbitantibus,vel correctorijs.l. ius singulare.ff.de legib.sed ab hac impugnatione Dec.in.d.c.in præsentia,col.xvj.defendit Abb.& dicit, ꝙ Abb.fatetur quod statuta propriè sunt

sunt intelligēda,& ꝙ naturalis propriè non dicatur filius,vt inferius dicit.sed tamen in primis ipse vult, ꝙ tacita voluntas disponētis in hoc attendatur .facit text.in.l.in cōuētionibus.ff.de verbo.sinificatio.& volūtas satis colligitur ex ratione.l .cùm mulier.ff.soluto matrimonio.& in.l. scire oportet.§.oportet.ff.de excusatio.tuto.& sic quātum ad casum nostrum,ex mēte statuti fieri potest extensio ad naturalem.& hanc conclusionem Decij,& Abb.sequitur praeceptor meus.d.Petrus Paulus Parisius in.d.c.in præsentia.col.xxx.nu.lxxiij.Vbi dicit hoc ꝓcedere cū regulariter statutū regulatur,secundū vltimas voluntates,vt latisime per Frāc. de cur.consil.xxvij.in primo dubio, vbi multa accumulat.l.nominis rei. §.verbum.ff.de verbo.significat.latè Bart.in.d.l.cum mulier.ff.solu.matr. sed voluntas testatoris,& mens eius, siue tacita , siue expressa attendi debet,& prædominatur.l.fi.C.de iure delib.l.non aliter.ff.de leg.iij.& quæ plenè adducunt scrib.per illum text. in.l.in conditionibus.ff.de condit.& demon.ad quod etiam facit.nā mens statuentium ast attendenda , & pro lege habetur tex.est clarus,& bonus, & ibi adducuntur cōcordantiæ .in.c. ex parte,lo vltimo,in verb.interpretatione.de verbo.significa.secundum Bald.in.l.omni nouatione.C.de sacr. san.ecclesijs.& bona glo.& ibi scrib. in.l.tale pactum.§.fi.ff.de pac.ad ꝙ etiam facit.c.intelligendæ de verbo. signifi.&.c.in his quæ ,ad hoc adducit Lap.præallegato.c.& per Old.cōsilio.ciij.Vbi aliàs leges adducit.vel possumus dicere,quòd statutum nostrum non est odiosum , nec exorbitatis , imò est fauorabile,vt supra.in ij.q.j.q.princip.& sic dictum Alexan. quātùm in alijs statutis haberet locū. in nostro autem non.

¶Præterea est dictū Abb.in.d.c.in ꝓsentia.d.colū.v.Vbi vult , ꝙ quotiescunque agitur de commodo filiorū, quòd tunc appellatione filij , veniant etiam naturales,ex quadam benignitate.argu.in.l.geneaaliter.§.cum autem.C.de insti & substi.Alex.tamē. in.d.§.si quisrogatus.d.colū.xx.impugnat dictum hoc Abb.adducendo, glo.in clemen.prima,de Baptis.& in l.liberos.ff.de senat.vbi de fauore , ꝙ commodo filiorum tractatur : & tamen non veniunt naturales.sed Dec. in.d.c.in præsentia defendit opinionem Abb.& eam sequitur,& est magis vera , & ad adducta per Alexan. respondet,quòd id habet locū in aliquo casu particulari.puta,vbi agitur, de dignitate , vel præeminentia:tūc non venit naturalis.vt not.Bald.in.l. filium.in princi.ff.de his qui sunt sui, vel alieni iu.& ideo si cōcedatur immunitas doctoribus,& filijs non veniunt naturales:quia qualitas doctoratus naturalibus nihil confert.secūdum Bald.in.l.parentes,colum.fina. versicu.sed pone.ff.de in ius vocan.& in rescriptis , & priuilegijs non veniunt naturales:vt inquit Ange.in.d. l.generaliter.§.cum autem.Conclusio ergo Abb.est,quotiescunque veri similiter eadem ratio etiam in naturali concurrit,& istam conclusioné etiā videtur sequi Angel.in consilio.xxx. super primo , & Bald. in.d.l, parentes,circa finem.versicu.Item facit ad aliam questionem .vbi inquit stantę statu-

ſtatuto, ꝙ filij, & nepotes nõ debẽt gabellã ſoluere de eorũ relictis, etiã in naturaribus. habebit locũ: cũ per aliã rõnẽ ſtatutũ locũ habere nõ poſſit. ꝙ per fauorẽ quendã qui etiam naturalibus debetur allegat. l. j. C. de impo. lucrat. deſcrip. li. xj.

¶ Præterea facit ad hoc, quia iſti naturales ſunt conſiderabiles de iure ciuili, & veniunt ad ſucceſsionem parẽtum, prout eſt tex. in. §. ſi quis autem defunctus, in. §. hoc ipſo, in auctẽ. qui. mo. nat. effici. ſui. & in auctẽ. licet. C. de natura. liber. & ibi Dy. & Bar. & Matthe. in tracta. de ſucceſ. ab inteſta. Et ita eſt omnium ſententia. cùm itaque conſiderẽtur per ius ciuile, debẽt etiã conſiderari per ſtatutum noſtrum, & per illud aprehendi, cùm ſtatutum ſit pars iuris ciuilis. l. omnes populi, & quæ ibi no. ff. de iuſti. & iure.

¶ Vltimò facit id quod in materia conſuluit pulchrè Rap. Fulgo. in conſ. clij. ſuppoſito ſtatuto, vbi dicit, & concludit in ſtatuto noſtro comprehendi naturalem, & huic conſilio ſubſcripſit ſe. & ita conſuluit Rap. cùm. Monetur: quia in fauorabili diſpoſitione claudãtur etiam naturales 'duntaxat per legem parentes. ff. de in ius vocan. & l. lucius, el ſecundo. §. damæ, cum concordantijs. ff. de lega. ſecundo. in diſpoſitione verò odioſa, & irrationabili minime comprehendantur, niſi iuſti, & naturales per. l. verba. C. ad legem Iu. de adult. & per doctrinam Barto. in. l. iiij. ff. de libe. & poſthum. & c. odia, de reg. iur. libro. vj. ſecundum autem hãc doctrinã nemo dubitabit naturales in ſtatuto comprehendi, cùm id fauorabile ſit, & pręcipuè fauore ſuffultum ratione ſanguinis. argument. ff. ſi certum petat. lege ſi quis nec cauſam, & l. rogaſti, in princi. adducit etiam complura ex prædictis.

¶ Ad contraria, ſi volumus tenere hãc partem, prout eſt verior, & vt etiam tenuit Petrus de ancharano, in dicto conſilio. clxxxvij. & alij ſupra poſiti. poſſumus reſpondere. Et ad primum dum dicitur, quod ſtatutum hoc dicitur correctorium, exorbitans, & odioſum, dicas totum contrarium, ꝙ imò eſt fauorabile, & dicitur eſſe non correctorium, nec exorbitans: ſed limitat ius commune, prout dixi ſupra, in quæſtione ſecunda, primæ quæſtionis principalis, nec repeto. Ad ſecundum dum dicitur, quod non ſunt coniuncti. reſpondetur, ꝙ imò ſunt coniuncti, & appellatione coniunctorum veniunt. vt dixi ſupra tenendo hanc partem. Ad tertium dum dicitur, quod non eſt dare gradum inter hos, dico iſtud eſſe falſum, ſi conſideremus verba ſtatuti quæ dicunt, gradus conſiderari debere ſecundum ius canonicum: ſecundum quod ius (vt in contrario dicitur) gradum habent, & maximè cum iſti tales naturales, ſint conſiderabiles, de iure ciuili, vt prædixi, & ex ratione naturali, quæ in ſtatuto conſideratur, dicuntur facere gradum, vnde magis attenditur mens ſtatuentium, quàm verba. Ex quo patet clara reſponſio ad reſtrictionem quam faciebat Alexand. vt ſtatutum haberet locum in patre, & filio tantùm. & procederet quotiens ſtatutum loqueretur per verba naturalia. Nam intelligitur generaliter in omnibus propinquis: & coniunctis, vſq; ad gradus nominatos. Et dato ꝙ ſtatu-

ſtatutũ nõ loqueretur per verba naturalia. Attamen quia habet rationẽ naturalẽ in ſe quæ verbis prædominatur iuxta ſuperius adducta, & not. in l. aliter. ff. de legatis tertio, non immeritò naturales comprehendit.

8 ¶ † Amplia, & extende hanc concluſionem, vt non tantum habeat locum in filio naturali, nato ex concubina, vt ſuprà, ſed etiam habeat locum in filio naturali ex fancelaſtra extra domum, vel quæ cũ ipſo domino habitat, & vagatur per vicos, & plateas, & poſtea reuertatur domum. Nam largo modo iſti tales filij appellantur naturales, prout dicit Ioannes Andreas, in c. niſi cùm pridem. §. perſonæ de renuntiatione. & ibi Baldus, & Ioannes Baptiſta de Caccialupis, in l. ſi qua illuſtris. C. ad orficianum, columna ſecunda, & iſte talis dicitur naturalis largo modo, ideſt non contra iura naturalia, nec contra iura ciuilia. Cum ipſa procreatio naturalis ſit, nec iuris ciuilis ſit obſtaculo vmbrata, & quicquid iuris ciuilis rigor dictet: iura tamen canonica omnem natum ex ſoluto, & ſoluta naturalem appellant. c. innotuit de elect. ita tenet Bald. in conſilio .ccvj. caſus talis eſt, quidam. A. in fine. volu. tertio. Vnde dicebat ibi, quòd ſi quis habeat filiũ, ex tali fancelaſtra, & petat illum legitimari tanquam filium naturalem: & fiat legitimatio per habentem poteſtatem, eo expreſſo tantum, quòd ſit naturalis, talis legitimatio valet, cum largo modo dicatur naturalis: & tunc ex larga ſignificatione extẽditur noſtrum ſtatutum ad illum, prout diximus in emancipato ſuprà in hac. q. princ. in ver. emancipatus, & eo quia ſtatutum noſtrum cum ſit fauorabile, extenditur de vno caſu ad alium, vt dixi ſuprà, in. iij. quæſtio. primæ quæ. prin.

9 ¶ † Idem dicas in quocunq; filio nato ex coitu habito per ſolutum cum aliqua muliere etiam ſoluta, qui ex communi vſu loquendi dicitur naturalis, etiam ſi naſceretur ex furtiuo amplexu, prout dicit textus in c. innotuit, de electio. nam in rei veritate non attenta iuriſictione, iſte eſt naturalis, ſi vterq; parentum contentetur de eo quòd ſit eorum filius, & pater, cum indubitato affectu tenet eum in filium ſuum, & paterna eum proſequitur charitate, nempe quantum ad Deum, qui iudicat ſecundũ veritatem. Item ſecundum canonicam æquitatem, iſte non debet dici Spurius, & per matrimonium ſubſequens legitimatur. §. fina. inſtitu. de nup. c. tanta qui fil. ſint legit. Iſte ergo filius natus ex ſoluto, & ſoluta ſecundum iuris ſubtilitatem non eſt filius naturalis, ſecundum veram naturalitatem, & canonicam æquitatem, communẽ vſum loquendi dicitur naturalis, ita Bald. in conſil. cxxix. factũ proponitur in terminis, volu. ij. Vnde dicebat, quod pater poteſt legitimare filios ſub nomine appellatiuo filij naturalis: & non intelligitur eius tacuiſſe defectum, vel obrepſiſſe Prætori, ſed naturaliter verum dixiſſe: & ſic legitimatio valet voluntate, poteſtate, ac forma canonizantibus actum, quod etiam dicit Angelus in lege inter liberas. ff. de adulteris. & ſic attentis præmiſſis ſtatutum noſtrum extenditur ad hos naturales.

Secundò

10 SECVNDO † Quæro, an filius naturalis possit cōpellere agnatos, & cognatos ex parte matris ad compromittēdū. iuxta seriem nostri statuti. & sine aliqua disputatione dicēdū est, ꝙ sic. nam tales cognati, ex parte matris dicuntur habere proximitatem insimul cum dictis naturalibus, vnde ad mittuntur ad successionem, & sic frater matris est successibilis in bonis filij naturalis. l. si Spurius. ff. vn. cog. & propter hoc dicebat Imo. in. d. §. si quis rogatus, quod filius naturalis volens agere pro fœmina, vel pro aliquo coniuncto, ex parte fœminę, & sic matris admittitur, quia habet proximitatem. & per hoc patet, quod frater naturalis admittitur pro fratre, qui esset ex eadem matre: quia ex latere materno habent proximitatem, & cognationem inuicem, vt est de mēte glos. in. l. hac parte. ff. vn. cogna. & Guilliel. de cun. in. l. parentes. ff. de in ius voc. & tenet Fely. in. c. nonnulli. §. sunt & alij, colum. xvij. versicu. excipiuntur, nume. liij. de rescrip. & ita in casu nostro concludit Alexā. in. d. §. si quis rogatus, colū. xv. & xvj. nume. xxxvj. & xlj. & istud procedit sine difficultate, si tenemus (vt prædixi) qđ naturales compellant propinquos, ex parte patris, & eo maxime quia vt infra dicam in verbo. Spurius in. ij. q. Spurij nati ex coitu non damnabili possunt arctare propinquos, ex parte matris ad compromittendum.

11 TERTIO † Quæro, an filij naturalium, si sunt legitimi, & naturales, possint compellere propinquos suos ad compromittendum, & in hoc distingue. aut volunt compellere propinquos, ex parte matris, patris naturalis, vt puta fratrem patris ex eadem matre. & tunc dicas, quod possunt compellere. Nam quemadmodum naturalis potest compellere propinquos, ex parte matris ad compromittendum, tantò magis poterunt eius filij, qui sunt legitimi, & naturales, authenti. multò magis. C de episco. & cleri. aut volunt compellere propinquos, ex parte patris eorum, patris naturalis, vt puta fratrem patris, ex eodem patre, sed diuersa matre, vel alium. Et tunc si tenemus eam opinionem, quam veriorem puto, quod naturales possint compellere propinquos, ex parte patris. clarum erit, quod filij legitimi, & naturales talis patris naturalis poterunt compellere dictos propinquos, ex parte patris, arguendo à maioritate rationis. Aut nos tenemus aliam opinionem, & tunc dicendum est, quod isti filij legitimi, & naturales non possunt compellere propinquos, ex parte patris naturalis, & pro hoc facit dictum Bald. in. l. fina. C. de verborū. significa. Vbi vult, quòd in ea dispositione in qua non continentur naturales, eodem modo, nec contineantur filij legitimi, & naturales dictorū naturaliū. Et rationem assignat, quia si non continentur filij Bastardi, qui sunt filij primitiui, idest primi amoris multo minus continentur nepotes, etiam legitimi, ex bastardis nati, quia nulla consequentia potest esse legitima, ex illegitimo nascendi principio, & radice corrupta. l. fina. C. de natu. libe. Vnde si primus phylos, idest primus amor est contra bonos mores, secundus phylos, id est amor deriuatus ad nepotem, sine peccato origi-

nali,vt ita dixerim esse nõ potest. Vnde qui primitiua inficit,deriuatiua vituperat.

12 QVARTO † Quæro, an tales naturales possint compelli per agnatos,tam ex parte patris, quàm ex parte matris, dicas quòd sic. Nam si agitur lis inter naturalem, & aliquem eius propinquum legitimum: si ille legitimus petat cõpromissum,naturalis potest compelli per ea quæ dixi supra,in hac quæstione,in verbo.legitimatus,versi.& tenendo.

13 Spurius † An & ipse venit sub nostro statuto, & possit compellere legitimos ad compromittendum in hoc, vt magis innotescãt, quæ infra sum dicturus, sciendum est, quòd Spurij dicuntur illi qui nati sunt ex coitu à.l.ciuili reprobato, vt per Barto.in.l.fin.ff.de his qui. vt indig.& Abb.in cap.tanta.qui fi.sunt legiti. Et illi qui non comprehenduntur, sub naturalium distinctione superius tractata, & vt magis appareãt, & particularius demonstrentur. Dico quòd quidam dicuntur manzares, qui nati sunt ex scorta, idest ex meretrice, qui alias appellantur vulgo quæsiti secundum glos.Hostien.Antonius.de butrio. & alios in capi.nisi cum pridem.§.personæ de renun.vbi text.facit mentionem de istis manzeribus. quidam dicuntur nothi,& isti dicũtur,qui sunt nati ex adulterio secundum dictam glosam. quæ dicit, quòd sicut dicitur notha febris, quæ affligit,sicut quartana,& tamen non est vera quartana, sic nothus qui videtur verè filius, & non est,& hij etiam dicuntur adulterini,vt nati ex adulterio, quidam dicuntur incestuosi, vt nati ex consanguinea transuersali,quidam dicuntur nepharij,vt nati ex cõsanguinea ascendente,vel descendente.vtrumq; probatur in authenti.de incest. nupt.per totum,& in cap.de incesti.xxxv. quæstio.iij.& appellantur incestuosi etiam nati ex constituto in sacris, & concubina soluta, vel ex monacho professo, & concubina; vel ex moniali professa, & soluto. vt not.glo.Bald.Petr. Cynus.Saly.Pau. de castro in.l.ij.de episcopo.& cleri. quamuis Baldus in.c.in præsentia,in antepenul.col.de proba.videatur sentire contrarium, Abbas autem post glos.in.c.per venerabilem,qui fil.sint legiti.dicit, quòd filij Præsbyterorũ dicuntur adulterini, & si concurrat in vna persona adulterium, & incestus, appellantur incestuosi adulterini, & sic in omnibus alijs suprà nominatis. Vnde natus ex moniali professa, dicitur nepharius, adulterinus, incestuosus, sacrileginus.nam hoc casu concurrunt plura crimina. Adulterium, quia sponsa Dei, sacrilegiũ, quæ læsit sacramentũ, incestus quia consanguinea nostra, quia filij Dei sumus, & de omnibus istis potest accusari,no.Abba.& Anto.de butrio in cap.at si clerici,de iudi.& no.Io.Bap. de sancto Seueri.in dicta.l.si qua illustris.C.ad officia.columna tertia, & quarta.

14 ¶ † Ex istis ita natis coitus eorum parentum,quidam est accusabilis,& quidam non. Non accusabilis est coitus meretricum,quia coitus cum meretrice non punitur,sed tolleratur.c.meretrices.xxxj. quæstione secunda,quod intellige,vt not.Barto.in.l.si ea.C.de adulterijs,& Ioan.Baptista de sancto Seueri.

Seueri.in dicta.l.si qua illustris,colũna quarta.Item, & coitus qui habetur cum nõ nupta,ministra hospitij, vel cauponę propter vitę vilitatem, neq; est accusabilis,neq; punibilis,textus,est in.l.quæ adulterium.C.ad legem Iuliã,de adulterijs.Item, & coitus,qui habetur cũ cõcubina alterius non legitima, idest reprobata,de iure ciuili,puta quando quis teneret plures concubinas,vel teneret vnam,non vt vnicam concubinam,& eam nõ habuit, ex indubitato affectu, non est neq; punibilis, neque accusabilis,ita tenet Bartolus, in.l.fin.C.de his quibus vt indig.Angel.in.l. si vxor.ff. de adulteriis,sed Baptista de sancto Seuerino, in dicta .l. si qua illustris, in quinta columna,dicit, quòd talis coitus est punibilis saltim pœna extraordinaria, secundum quod tenet Mathes.in tracta.de succesio.ab intestato,colum.iij nisi,& si non passim,sed frequenter, se aliquibus immisceret.

¶Accusabilis autem coitus, & punibilis est, quoties committitur adulterium,toto tit.ff.&.C.ad leg.Iul. de adulte.quoties committitur incestus, & nepharius est coitus eodem modo, est punibilis.l.si adulterium cum incestu.ff.de adulte.auct.ex complexu.C.de incest.nupt.quoties committitur stuprum,nam tunc pœna imponitur,vt est text.in.§.item lex Iulia inst.de pub.iud.quoties committitur sacrilegium, vt puta cum moniali, vel monachus cum soluta, & de similibus, vt tractat.Abb.in cap.at si clerici colũ.xiij.nume.xxxv.de iudi. & est punibilis,prout ibi,& idem dicas de similib⁹ cõplexibus illicitis,vt tradũt scriben.in dicto.c.at si clerici, & in.c.clericos de cohab.cler.& mulier. glos.& alij in dicta.l.si qua illustris,& Bart.& alij in.l.fi.C.de his quibus vt indignis.

¶Dum est quæstio, an spurij possint compellere legitimè coniunctos ex parte patris, dicas indistinctè, quòd non,& ad hoc tenendum mouet me text.in authentica, ex complexu .C. de incestis nuptijs.Vbi dicitur, quòd tales nati ex nephario, & incestuoso, seu damnato complexu, non sunt nominandi liberi, nec naturales, & sic dici non debent filij, vnde dicebat Ray.in.l.cum pater.§.mater.ff.de legatis secundo,& Dy.ibi, quod stante statuto, quod nobiles debeant cauere de nõ offendendo populares,& ipsa cautio intelligatur pro nobilibus, & eorum filijs, & liberis, quod tale statutum non trahitur ad eorum Spurios, quia non sunt nominandi filij per text.in.d.authentica. ex complexu,quod idem tenet Bald.in.d.l.cum pater.§.volo.ff.de legatis secundo.

¶Et ex hoc dicebat Ioan.and.in addi. ad Specu.in Rubr.qui filij sint legiti. quod statutum disponens, quod pater teneatur emendare damnum datum per filium, non comprehendat Spurium,quia nominandus nõ est filius,& sequitur hoc Anto.de butr.in c.per venerabilem in.xxxij.col.qui filij sint legiti.& Alexand eos ita referens in consilio.lx. visa legitimatione. col.iiij.vol.ij.& Calca.in consilio.lx. factum tale in princi.

¶Præterea tales Spurij,& nati ex coitu damnabili non dicuntur cõiuncti, prout voluit Innocen. Hostien.Ioan. andr. Anto.de butrio.Imo. Domi.& Bal.in.c.nonnulli.§.sunt & alij de re-

ſcript. Ange.in.l.ſed & hæ,in princip. ff.de procur. Vbi omnes concludunt, quod Spurius tanquam coniunctus, pro coniuncto ex parte patris non admittitur ad impetrandū,prout etiam tenet ibi Felyn. colum.xv.numero.lj. Cum non ſit cōiunctus aliquo modo nec habeat cognationem.

¶Præterea hoc videtur ſine dubitatione procedere,nam aut iſti Spurij nati ſunt ex meretrice,vel ex miniſtra hoſpitij, vel cauponę,quæ ſolet ſe multis gratificari:& tūc quia ignoratur,quis ſit eorum pater, cùm vulgo ſint quæſiti, non poſſunt compellere, nec patrem,nec agnatos patris,cùm non entis, nullæ ſint qualitates.l.manumiſſiones quoque.ff. de iuſti.& iure.&.l. eius.ff. ſi cert. peta. Aut ſumus in his Spurijs,qui nati ſunt ex coitu damnabili,& punibili. Et tunc dicēdum eſt, quod ſi tales ſpurij non poſſunt compellere agnatos patris, cum prius debeant conſtare, ſe eſſe tales, ſi volunt compromiſſum fieri ex forma ſtatuti, vt dixi ſupra in hac quæſtio. in verb. illegitimus,vnde conſtando talē qualitatem ſpurietatis allegant turpitudinem: quam quis agendo non poteſt allegare.l.tranſactione.C.de tranſact. & quæ ibi not.c.lator,de re iudi.Nam cum appellant patrem, quem eis non licet appellare.d.l.vulgo,& ignominio ſam turpitudinem ſuā demonſtrant. Cum hij Spurij non ſunt, nec bello ſeculari fortes, nec in fide ſtabiles, nec honorabiles hominibus,nec Deo amabiles, ſed degeneres, & ignobiles, vt dicit textus in .c. ſi gens Anglorū.lvj. d.& not.Curt.in conſil.xvj. colū.v.& in conſi.xxxv.col.vj. & per illum tex. dicebat Bald.in.l.prima,in.iij.colū.C. de his qui pen.no.quòd ſi ſtatutum dicat, quòd ſi quis oppoſuerit exceptionem,quòd Spurius nō poſsit inſtitui, quòd puniatur pena capitali, & quod illud ſtatutum ſit præciſum, & quod poteſtas teneatur ipſum iurare, tale ſtatutum non tenet. quia non poteſt facere Spurium ſucceſsibilem:quia eſt contra bonos mores ciuitatis Romanę. Et ſic patet,ꝙ nullo iure tales Spurij,ſiue in primo, ſiue in ſecundo caſu conſiderentur,ſint admiſsibiles ad petendum cōpromiſſum. Et ſic non poſſunt compellere propinquos patriæ, ex forma ſtatuti ad compromittendum.

¶Quod Spurij non veniant ſub noſtro ſtatuto tenuit Dy. in conſi.xvj.in Chriſti nomine,diligenter conſiderata, quia ſecundū eum Spurius non habet coniunctionem, vel cognationem ex parte patris alleg.§.fina.in authen. qui.mo.nat.effi.ſu.&.l.Spurij.ff.vnde cog.idem tenuit Bal.in.l. id quod pauperibus in.x.colū.C. de epiſco. & cleri.vbi dicit,quod appellatione coniunctorum non venit Spurius.allegando not.per Dyn.in.d.conſi.xviij.idem tenuit Ioan.de Imo. Alexā.& alij in.d. l.ex facto.§.ſi quis rogatus.ff.ad Trebellia.confundendo tamē naturalem, & ſpurium, vt dixi ſuprà in verb.naturalis,idem tenuit Alexā.in.d.conſi. lx.volu.ſecundo,& in conſi.cxliiij.viſo ſtatuto, vol.vij. & alij omnes quos allegaui ſuprà in verb.naturalis.tenentes naturalem non habere ius petendi compromiſſum ex ſtatuto, & Bap.de ſancto Seueri. in.l.omnes populi, col. lxxv.nu.ccix.ff.de iuſti.& iur. vbi dicit, ꝙ ita conſuluit Marcus anzeleli, & Dionyſius de peruſio. quāuis cōtra

rium

rium consuluerit Fran. Albergotus in consi.incip.quantum ad primum.

15 ¶† Iuxta præmissa quæro, nunquid ta les Spurij possint compellere propinquos, ex parte matris ad compromittendum. distinguendum est, aut est talis spurius, qui natus est ex coitu non damnabili, vt prædictũ, & tunc si non potest criminaliter accusari, talis dicitur habere proximitatem, quoad matrem, vt est tex. in l. si Spurius. ff. vnd. cog. & tales dicuntur adinuicem cognati, prout dicit Abba. in d. c. nõnulli. §. sunt & alij. & frater naturalis ex latere materno habet proximitatem, & agnationem, vt est tex. in l. hac parte. ff. vnd. cog. vnde tanquã coniuncti admittuntur ad impetrandũ pro coniuncto ex parte matris, prout no. doc. in d. §. sunt & al j, & Alexã. & Alij, in d. §. si quis rogatus, col. xvj. nume. xlj. vnde tales spurij succedunt matri, & eius consanguineis & econtra per. d. l. hac parte, & d. l. si Spurius, & not. glo. in d. l. si qua illustris, & tales Spurij cõtratabulãt testamentũ matris no. Bar. in l. prima. ff. de contratabu. & not. in l. prima. C. eo. & sic, quòd Spurij admittantur ad petendum compromissum tenet Alexã. in d. §. si quis rogatus, col. xv. nu. xxxvj.

¶ Aut tales Spurij nati sunt ex coitu damnabili, & tunc dicendũ est, quòd illi Spurij non possint cõpellere agnatos, ex parte matris ad compromittendum. Nam tales Spurij non appellantur coniuncti, & cognatio, non contrahitur inter matrem, & talem filium, & per consequens, nec inter fratrem ex eadem matre, prout dicit Alexã. in consi. clxxiiij. super eo de quo quæritur, volu. v. nec ad inuicem succedũt, vt dicit Bart. in d. l. fina. C. de his qui. vt indig. & ita. l. si Spuri°, & l. hac parte debent intelligi in Spurio ex non damnabili coitu nato; vt per Soci. in cõsi. cxlviij. memini iam, volu. primo.

¶ Eodẽ modo dico, quod Spurius non potest compelli per patrem ad cõpromittendum, vel per alium propinquũ patris legitimum, distinguendo, vt suprà, quòd aut talis est vulgo quæsitus, cum non cognoscat patrem, nõ habet propinquos, per quos cõpellatur, aut est natus ex dãnabili coitu, & sic puni bili, & tunc nõ licet hoc in iudicio nominare ad sui fauorem vel vt dixi, iste talis non est, neque filius neque coniunctus, & sic non est qui possit eum compellere, vt prædixi.

16 Adoptiuus † An veniat sub nostro statuto, & quoniam plura in hac quæstione sunt capita: ideo distinguẽdo, sentiẽdũ est, duas esse species adoptiuorum. altera quæ adoptio appellatur, cùm est filius fami. altera quæ arrogatio appellatur, cùm est sui iuris, vt dicit tex. in l. prima. ff. de adoptio.

¶ Videamus primò de adoptiuis, & sic quando est filiusfami. & tunc duo, facta adoptione, considerantur. Primũ propinquitas, & coniunctio, quoad patrem naturalẽ. Secundũ quoad agnatos, & cognatos patris adoptiui.

¶ Et quantum ad primum, an possit compellere coniũctos ex parte patris naturalis ad compromittendũ, dicendum est quòd sic, nam per talem adoptionem, filiusfami. remanet in potestate sui patris, nec amittit cognationem, perinde ac si nõ esset adoptatus, quotiẽscunq; adoptatur ab extraneo, & remanent integra iura sua, prout dici text.

cit textus,in l.penultima in.§.primo. C.de adoptio. & in hoc non est difficultas.

¶Quantum verò ad patrem adoptiuum videbatur quòd posset ipsum cõpellere,& eius agnatos, cùm etiam secundum ius nouũ talis adoptatus debeat habere reuerentiam versus patrem adoptantem, nec posit eum in ius sine venia vocare, prout dicit glos. in.d.l.penul.in.§.sed ne articulum,in verb.tantummodo,& glo.in.l.adoptiuum in verb.peculium .ff. de adopt. Quæ dicunt quòd & si sublata sint omnia iura antiqua respiciẽtia talem filium adoptiuum, & reseruatum sit tantummodo ipsi ius succedendi in bonis patris. Attamen non potest patrem in ius sine venia vocare. ergo videtur, quòd in modo procedendi debeat adoptatus seruare iura quæ respiciunt ius sanguinis.

¶Contrarium dicas quod imò isti tales adoptiui, non possunt compellere propinquos patris ad compromittendum,& pro hoc est text.in.d.l.pen. in d.§.sed ne articulum.C.de adopt. vbi dicit.quod tales adoptiui, nullũ aliud ius habent nisi ius succedendi ab intestato in bonis patris adoptantis, ibi dum dicit text. in hoc tantummodo ei prodesse volumus adoptionem, vt non successione ab intestato patris extranei adoptiui defraudetur. Et tunc quia nisi quoad successionem habent ius.dicendum est, quod non veniant sub nostro statuto, quemadmodum dictum est suprà de oblato curiæ in verb.legitimati in prima colum.

17 ¶†Intellige tamẽ hoc,vt procedat in agnatis,& cognatis patris adoptantis, secus autem in ipso patre, qui potest compelli,& ecõtra, filius per patrem, per.d.gl.inl.adoptiuũ,& in dicta.l.pe. C.de adopt.

18 Arrogati †Autem sub nostro statuto, an veniant? dupliciter (vt prædicti adoptati)consideratur.& primo, quantum ad agnatos,& cognatos patris naturalis,videbatur quòd non possint eos compellere. Nam dando seipsos in arrogationem videntur mutare familiam patris naturalis,& desinunt esse de agnatione.§.fi.insti.de leg.agn.tu.& .§. minima.insti.de capi.dimi.§. primo. insti. de acqui.per arrogat. & sic cum isti tales non possint dici agnati, quoad propinquos patris naturalis, videbatur eos sub statuto nostro non venire.

¶Sed tu dicas quòd tales adoptiui possunt compellere coniunctos patris naturalis secundum formam nostri statuti,cùm statutum contineat in se naturalitatem, & naturali ratione sit inductum,vt vidimus suprà in verb.naturales, & per consequens hoc inductum ratione naturali non potest per actum iuris ciuilis tolli.l.eas.ff. de capit.dimit.& dixi suprà in verb.emancipatus,versicu. tertio, statutum hoc.

¶Quantum verò ad propinquos patris adoptiui,dicas idẽ esse, quod eos possint compellere, & ipsos arrogatos astringi ad compromittendum, & ratio est,quia tales arrogati in omnibus & per omnia acquirũt iura patris adoptiui, & sui sunt hæredes, & familiæ eius aggregãtur,& perinde sunt, ac si essent, legitimi, & naturales, vt dicit tex.in.d.l.penul.in fi.in versi. vbi autem,& tex.in §.j.insti.de acquisi. per arrogat.& text. in.l.si te parens.C.de suis & legitimis,& tunc quia tales arrogati

rogati æquiparantur filio verè, cum sit filius per fictionem.l. filio quem pater.ff.de liberis & posthu.Vnde quando lex æquiparat casum verum casui ficto:statutum superueniens comprehendit etiam casum fictum.c.cum dilectus,&.c.ad audientiam.de cler.non resid.& ibi no.Abb. & Ioan. de Imo. no.Roma.& Iaso.post ipsum in.l.j.§. bonorum.ff. ad trebel. & de hoc dixi in tit.de interpret.statu.quæst.xxxvj. & pro hoc facit, quia dispositio fauorabilis loquens in casu vero, comprehendit etiam casum fictum.l.ab hostibus.§.fina.ff.ex quib.cau.maio.& no. Ioan.de Imo.& Alexan..in.l. Gallus. §. & quid si tantum colū.ij. nume.v. ff.de libe.& posthumis.Vnde,cùm iste adoptiuus,& sic factus filius,æquiparetur vero, per omnia dicendum est quod veniat sub statuto nostro, prout in simili dicit Alexā. in.l. adoptiuum. ff.de in ius vocan. dum quærit, an in statuto comprehendatur filius adoptiuus, si in eo facta est mentio de filio. dicit quòd ista quæstio dependet ab ea an statutum loquens in casu vero, extendatur ad casum fictum, & sic cum simus in casu,in quo de ficto ad verū fit extensio,dicendum est,adoptiuum venire. & facit quod ponunt scrib. in l.si Ruffinus.C.de testa.milita.& maximè Iaso.ibi in secunda limit.vbi loquitur de eo qui in omnibus,& per omnia est factus ciuis.

29 ¶ † Iuxta hoc quæro, an soluta adoptione per emancipationem, vel alio modo, nunquid ille talis, qui fuerat adoptatus, in casibus in quibus poterat compellere tempore adoptionis ad compromittendum,possit, & nunc soluta adoptione. Dicas quod non.& ita tenet Bald.in.l.affinitatis.C.comnu. de succes. vbi dicit, quod si statutum diceret,quod inter patrem, & filium debet fieri compromissum,& esset soluta adoptio, cessaret statutum, quia consumpta est qualitas.

20 Separatus † Ab agnatione per reformationem, an veniat sub statuto nostro. Exēpli gratia,dum esset orta inimicitia, & capitale odium inter.A.&.T. coniunctos & consanguineos: statutum fuit per reformationem ciuitatis,quod dictus. T.ab.A.in omnibus,& per omnia extraneus habeatur,& reputetur.& non sit de eadem agnatione,sed penitus sit separatus exceptis quibusdam casibus. Modò.T. vult compellere.A. ad compromittendum, ex forma nostri statuti. Quæritur an possit. Roma. in consi.lxxxij. Quo ad id quo quæritur tangit hanc quæstionem & determinat quòd non possit adstringi ad compromissum.

¶ Motus quia quando ciuilis dispositio ius ipsum agnationis, seu coniunctiōis,inter agnatos totaliter amouet, & omnia beneficia agnationis, ciuili dispositioni concessa, & ab ea prouenientia tollere intelligitur hoc probat quia in filio in potestate cum emancipatione, seu capitis diminutione ius agnationis inter eum & patrem existens perimitur.institu.de legiti. agnatute.§. sed agnationis quidem ius.ff. de suis & legiti.l.j.§.si filius.&.l.si capitis diminutione. nam emancipatus iure legis. xij. tabul.à paterna successione excluditur.non ex alio nisi quia desinebat suus esse, & agnatus. institu.de hæredibus ab intesta. de serijs. §.emancipati.ité secundo probatur in

alio agnato.qui sine aliqua capitis diminutione ciuilem perdit agnationé: & beneficia ciuili iure agnationis con cessa ammittere intelligitur.ff. vnde legit.l.& lege legittimis.ita igitur in proposito,cum compromissi beneficium ipsis agnatis,seu coniunctis mu nicipali constitutione concedatur.Dicendum est eum,qui ex reformatione dominorum qualis est,T.coniunctionis,seu agnationis iura amisit,& com promissi compulsiuũ beneficiũ amisisse.deducit etiá cõplura alia.

¶ Sed Iaso.in.l.ius agnationis. ff.de pact.inferendo ex ea lege. refert dictum Roma.in dicto consilio.& dicit quod in eo,quod Roma.adducit simile de emancipato,errat,quia imo statutum disponens,quòd agnati teneãtur ad compromissum, habet locum in emancipatis.allega. Bald. in.l. qui se patris.C.vnde liber.& hoc est verum,prout dixi suprà in hac quæstione,in verb.emancipatus,sed tenendo opinionem Roma.dicit quòd ad illud quod ius agnationis tolli non potest per pactum de quo in.l.ius agnatiõis. ff.de pact.responderi potest,quia licet agnatio non possit tolli per pactum: potest tamen tolli per statutum,imo per iusiurandum, vt in gloss.d.l.ius agnationis.

¶ Dictum hoc Roma. potest confirmari.nam causa per quam statutum est compromissum fieri debere inter coniunctos,est illa vt amicabiliter,& sine aliquo odio,& rixa causæ propinquorum tractentur.vt dictum est suprà in.ij.quęst.j.qõ.princi.& in hac.q. in verb.naturalis,quæ ratio cessat inter hunc.T.&. A. Nam propter eorum odium capitale:facta fuit reformatio.& sic statuti ratio in his cessat, cum non possit considerari amor,inter ipsos,ergo & dispositio capit.cum cessante.de appella.cum alijs.Hoc idé tenuit Ias.in.l.qui se patris nume.xc. C.vnde libe.

✤ AFFINIS. ✤

21 Sponsa. † An inter affines connumereẽ vt veniat sub sub nostro statuto,& possit compellere propinquos,& cõiunctos mariti ad compromittendum , & econtra, Duo in hac quæstione sunt consideranda, aut enim contracta sunt sponsalia de præsenti,aut de futuro.

¶ Primò casu clarum est quod ista talis dicitur affinis,cum contractum sit vere matrimonium,prout dicit text. in.l.nuptias.ff.de regu.iur.capi.sufficiat.xxvij.quæst ij.vnde ista quæ con traxit per verba de præsenti ꝓprie nõ dicitur sponsa,sed vxor etiam ante car nalem copulam,& ideo si legatur alicui certum quid,si contraxerit matrimonium cum Bertha . debetur illico sibi legatum,si contraxerit per verba de præsenti,licet carnaliter non sit cognita.l.cui fuerit,& ibi not.ff.de con di. & demon.vnde cum contractum sit matrimoniũ,proprie dicitur affinis.l.non facile.§.affines.ff.de gradi. & quod vere sit matrimonium in hac sponsa de præsenti tenuit Abba.in rubri.de sponsali. & in capitu. veniens in.iij.not.& in capitu.penulti.eod.titu.Et propter hoc dicebat Fely.in dicta rubri.de sponsa.in versi.item aduerte,& Abba.in dicto capitu.veniẽs, quod verbum,desponsatio,potest congruere matrimonio de pͥsenti,& potest di

test dici desposatio, idest promissio respectu traductionis futurę, nō autem respectu contractus, & essentia matrimonij, & de hac sponsa, seu sponso de præsenti non est difficultas, quòd gaudent beneficio statuti, & possunt compellere cōiunctos ex parte alterius ad compromittendum.

¶ Secundo casu quando vere est sponsus, & sponsa: & contrahunt per verba de futuro tunc videtur: ꝙ dici possit eos non comprehendi sub statuto nostro: & sponsam non posse compellere coniunctos mariti ad compromittendū virtute statuti nostri, volentis affines vsq; ad secundum gradum teneri ad compromittendū. nam talis sponsa improprie est affinis, prout est text. in l. si qua mihi. ff. de ritu nupt. ibi in verbo. non proprie. & est glo. in. l. ꝙ Seruius. ff. de condit. ob cau. & gloss. in. l. Labeo. ff. de grad. & ratio potest esse: quia affinitas contrahitur per matrimonium, prout dicit text. in capitu. nō debet. de consan. & affini. ergo nō per spōsalia, & propterea dicebat Barto. in. d. l. quod Seruius, quod stāte statuto, ꝙ nullus possit esse potestas, qui sit consanguineus, vel affinis alicuius Perusini, licet inter Perusini filium, & filiam alterius ciuitatis nobilis sint sponsalia facta nō dicetur affinis proprie, cum itaq; statuta debent intelligi proprie. ll. vulgatis, ergo statutū in hac non debet verificari.

¶ Contrarium tamen verius est, quod imo talis sponsus, & sponsa comprehenduntur sub nostro statuto. & pro hoc est text. in. l. in legibus. ff. de testi. vbi appellatione generi, cōtinetur spōsus. & tamen nomen generi, & nurus dicitur esse de gradibus affinitatis. l. non facile. §. gradus. ff. de gradi. Præterea pro hoc facit text. in. l. non sine. C. de bonisque libe. vbi appellatione vxoris comprehenditur sponsa, & eo maxime in materia fauorabili, vt est casus noster, vt infra dicam. item facit quod idem dicit Bald. in. l. affinitatis. C. commu. de succes. quòd duplex est affinitas, scilicet initiata per sponsalia puerorum, & consolidata: & siue consumata per matrimoniū de pręsenti, quod idem ponit Areti. in dicta. l. quod Seruius. vbi vult, ꝙ inter sponsos dicatur esse affinitas non perfecta, sed cœpta, quod etiam vere demōstratur per id quod determinat Ang. areti. in. §. affinitatis institu. de nuptijs. vbi dicit quòd sponsa est affinis, hoc dictum in casu nostro tenuit Bald. in dicta. l. quod Seruius tam in prima, quàm in secunda lectura, vbi dicit, quod per sponsalia contrahitur affinitas, idest principium affinitatis, principiū dicit, idest preambulū, quod dicit notandum, & adiungit, quod hoc facit ad statutum de causis compromittendis inter affines, quod dictum etiam sequitur Ias. in dicta. l. ꝙ Seruius. in prima columna & tamen non allegat dictum Bal. motus quòd statutum nostrū, cum sit fauorabile habebit locum non solum inter virū, & vxorem. & ad illos extendetur, vt eos comprehendat, sed etiam habebit locū inter sponsum, & sponsam, quāuis impropriè sint affines, dando regulam ꝙ statutum quando est principaliter fauorabile, extēdatur ad casum largum, & improprium & quod statutū nostrum sit fauorabile, dictū est suprà in secunda quæstione, primæ quæstio. princincipa. & ex hoc ꝙ statutum

ſtatutum noſtrum ſit fauorabile, dicendum eſt ſponſam venire, quemadmodum in ſimili voluit Abb. in capit. tertio loco. in fine. & Fely. poſt ipſum, in. iij. colum. verſicu. ſecundo ſcias. de præſump. vbi dicit quod quando agitur de materia odioſa appellatiõe vxoris, vel mariti, ſeu matrimonij non veniunt ſponſalia contracta etiã de præſenti, nec ipſi contrahentes. ſi autem agitur de materia fauorabili veniunt ſponſi, qui contraxerunt per verba de futuro. allegat tex. in. l. non ſine. C. de boniſque liberis. Facit inſuper, quod dicunt ſcriben. & maxime Fely. in rubri. de ſponſa. & Corne. & alij in dicta. l. non ſine. & Aret. in. §. fuerat. inſtituta de actio. quòd ſtante ſtatuto, ꝙ maritus lucret medietatẽ dotis premortua vxore non habet locũ in ſponſa etiam nondum traducta, quia appellatione vxoris non venit ſponſa in materia odioſa. ſecus autẽ in materia fauorabili, prout in caſu noſtro.

¶ Ad cõtraria dici poteſt, quod ſumus in materia fauorabili, vt ſuprà dictũ eſt, & ideo ex lata interpretatiõe, ſponſa dicitur affinis per text. in. d. lege, ꝙ Seruius, & per ea quæ ibi not. Ad dictum Barto. de ſtatuto, quod habens affinitatem nõ eligatur. dico quòd ibi eſt materia odioſa, quia prohibitiua, & impeditiua honoris ideo ſtricte interpretatur, vel dicas ꝙ illa ſententia Barto. ibi non apprehenditur, nã contrarium tenuit Flori. in. l. in legibus. per illum text. ff. de teſti.

22 Vir, & vxor † An habeãt beneficium ex noſtro ſtatuto, & veniant in eo appellatione affinium ad compromittendũ. Bal. in. l. prima. C. vnde vir & vxor, dicit quòd inter virum & vxorem, non eſt propinquitas, ſicut nec affinitas, quòd dicit facere ad ſtatutum de cauſis compromittendis inter propinquos, & affines, quòd non includãtur vir & vxor.

¶ Contrariam opinio. tenuit ipſemet Baldus in. l. affinitatis. C. commu. de ſuc. quod imo vir & vxor veniant ſub ſtatuto noſtro ſub eo nomine affinitatis: motus ea ratione, quia propter ꝙ vnum quodq; tale, & illud magis argumen. l. quod conſtitutum. ff. de teſtamen. milita. ſed vir & vxor, quamuis non ſint proprie affines, tamẽ ſunt cauſa propter quam alij efficiuntur affines, vt not. gloſſ. in dicta. l. affinitatis & l. non facile. §. affines. ff. de gradi. item quia in materia noſtra, agitur de iuriſdictione, quę de facili prorogatur ꝑpter maioritatem rationis, nam propter publicam vtilitatem, iſti arbitri iudices ſunt. l. penulti. in fine. C. de iudic. & dicam infrà in. vj. quęſtio. princip.

¶ Præterea abſurdum eſſet quod hoc ſtatutum haberet locum in conſanguinei mariti, vel vxoris, & in marito, & vxore non, iuxta præfatam regulam, propter quod vnum quodq; tale &c. Auct. multo magis. C. de ſacroſanctis eccleſijs. Nam quod iuris eſt de affinibus, idem eſſe debet de eo, qui eſt principium affinitatis. l. maritus. ff. de procura. quia videmus quod affines poſſunt agere ſine mandato. l. ſed & hæ perſonæ in principio. ff. de procura. & illud etiam conceditur marito, quia idem iudicatur de marito, & vxore, q ſunt cauſa affinitatis ꝓut iudicatur de affinibus dicta. l. maritus & ita declarat ibi Cyn. & gloſſ. in dicta. l.

cta.l.sed & hæ personæ,& facit id ꝙ dicit Alexandr.& Iaso.in.l.non ideo minus.C.de hære.institu.quod idem iudicamus de eo quod est causa alicu ius actus,quod & de ipso actu.l.quod Seruius.ff.de condi.ob cau.& sic firma est cóclusio,quod maritus,& vxor habent beneficium ex hoc statuto ad petendum compromissum, maxime cum sit fauorabile & inducens sedationem discordiarũ.igitur extédi,nó auté restringi debet.l.furti.§.pactus. ff.de his qui.no.infam.

¶ Ita interpretando statutum nostrũ, quod sub verbo affinium veniant vir, & vxor,tenuit Baldus Fulgosius Corne.in dicta.l.affinitatis quãuis Fulgo. ibi reprehendat rationem Baldi superius adductam de prorogatione iurisdictionis,de qua dicã infra in quæstione quarta principa.in verbo proro gatio.idem voluit Salyce. Alexandr. Corne. Iaso.in dicta.l. non ideo minus.C.de hæredib.institu.Paulus de castro Roma.& Alexandr.in.d.l.prima.C.vnde vir & vxor Iaso.in.l.quod Seruius.colum.prima.ff. de condi.ob cau. Lanfra.in suo tractatu de arbitr. quæstione. xlviij. vbi tangit verbum vnum,& Alexand.in consi.cxxv.viso processu,colum. tertia, volumine septimo..

¶ Ad dictum Bald.quod in contrariũ adducitur,respondet Alexan.in.d.l.j. C.vnde vir & vxor,quod ibi habet lo cum dictum Baldi,quia statutum facit mentionem de propinquis,& consanguineis,secus si faceret mentioné de affinibus,vt in casu nostro,vel dicas,prout dicit idem Alexandr. in.l. qui se patris in fi.C.vnde liber.quod illud dictum Bald. procedit quando statutum proprie esset correctorium: quia simpliciter vellet litigãtes quoscunq; cogi ad cópromittendũ,sed aduerte,ꝙ vtraq; solutio est cótra dictũ Bal.in.d.l.j.qui loquitur de affinibus, & sic nó de propinquis,& de certo genere personarũ,vt puta de affinibus, vt dicit Deci.in.d.l.q se patris,vnde Corn.in.d.l.qui se patris dat aliã solutioné ad dictũ Bal.ꝙ ibi loquatur argumétatiue,nó auté decisiue,dũ dicit & facit ad q̃stioné.Et ex hoc patet quod Bal.in.d.l.affinitatis.postea decidendo tenet contrarium.

23 Soluto matrimonio † Per mortem alterius ex iugalibus,nũquid alter superuiuens quoad ꝓpinquos ꝑmortui sit in casu statuti,vt possit eos cópellere ad cópromittendũ. Et duo casus possunt considerari, primus si permanserit in viduitate.Alter si trãsierit ad secunda vota.Videamus de primo.Nam secundus veniet in consequentiam, & quia sparsim scrib.in hac materia loquuntur, ponam quæ pro vtraque parte adducuntur,& quã partem sequi debeamus.Et in primis videtur,quòd ij tales soluto matrimonio veniãt sub statuto nostro per tex. in.l.fin.C. de verb.significa.vbi dicit imperator,quod in legato relicto familiæ veniunt gener,& nurus testatoris, etiam dissoluto matrimonio per mortem filij,vel filiæ testatoris,& sic videtur,quod etiam soluto matrimonio duret affinitas.

¶ Secundò adducitur text.in.§.affinitatis,institu.de nupt.& in capi.non debet de consang.& affini.vbi perdurat affinitas etiã mortuo altero ex iugalib',nec possunt supstites cõtrahere

ma tri

matrimoniũ cũ ꝓpinquis ꝑdefuncti.

¶ Tertiò facit quod statutum hoc dicitur fauorabile tanquã inductũ odio litium derimendarum.vt dicit Bald. in.l.qui se patris.C.vnde lib.& per cõsequens,cũ largo modo,posśint dici affines,vt in.d.l.fina.C.de verb.sign. Ergo videtur ꝙ statutũ nostrũ,& ad ipsos extendatur,cum sit fauorabile, & extensiuum,vt dictum est supra.in ij.qõ.j.qõ.princip.

¶ Quartò facit, quia videmus quod vidua,vel viduus gaudent ijsdem immunitatibus, quibus gauderent, si essent adhuc in priori matrimonio.l. filij.§.vidua.ff.ad monici.l.fœminæ. ff.de senato.c.his q̃ de sepul.in sexto. censetur etiam quodammodo in matrimonio.donec status viduitatis durat.§.soluto in auct.de nup.columna quarta,& hoc est adeo verum,vt priuilegia,quæ viuo marito habebat,ei reseruentur. C.de priuileg.schola.l. quoties.in princip.& facit.C.de incol.l.j.& fin.& not. gloss.in dicto.§. vidua:vnde ita iniuriãtur cõsanguinei mariti prædefuncti ex stupro cõmisso per viduam, sicut iniuriarẽtur ex adulterio commisso per eam existenté in matrimonio viuẽte marito. vt probat text.notabi.& ibi Barto.in l.si mulier.C.de adulterijs.

¶ Quintò facit text.in.c.fraternitatis.xxxv.quæstione decima;vbi soluto matrimonio morte viri non est dissoluta affinitas inter vxorem superstitem,& eos qui sunt de cognatione viri prædefuncti, vnde dicebat Alexan.in consilio.ccvij. Ponderatis verbis statutis .columna prima,volumine septimo.quod fertur Pau.de castr. in consilio . Vertitur quæstio, quod consilium in meis non reperio, consuluisse,quòd quando ex marito prędefuncto,& vxore superstite remanserunt liberi nati ex illo matrimonio, talis mulier cõpellatur cõpromittere cum propinquis suis.

¶ Sextò cũ alter ex iugalibus superstes durat in viduitate fingitur durare matrimonium, & sic ficte dicitur vir vel vxor.l.fin.C.de bo.mater.no. gloss.in.l.prima.§.exactio.C. de rei vxo.actio.& statutum loquens in casu vero videtur quod extendatur ad fictum, quando est eadem ratio lege Gallus.§.& quid si tantum.&.§. quid si his.ff.de libe.& posthu.& ibi not.Baldus.facit.l.si quis ita.§.finali ff.de testa.tute.& capitulo ex parte. el.ij.&.c.ad audientiam.de cleri.non resi.saltem quando statutum est præter ius commune.facit ad hoc quod not.Ioan.andre.in capitu.fin.de consuetudi.in.vj.in nouella, & in proposito not.Ioannes de imola.in dicto. §.& quid si tantùm.& dispositio exorbitans loquens in vno casu, videtur quod extendatur ad alium casum,qui saltem inspecta larga significatione vocabuli comprehendebatur sub casu expresso,& prouiso.l.filium habeo.ff.ad maced.l.senatusconsulto. ff.de ritu nup.& ꝙ not.glo.in auten. vt hij qui oblig.§.fi.in verb.ad curationẽ,& in cle j.cum ibi no.per Pau. de eleaza.de elect.

¶ Septimò ex larga significatione vocabuli vidua saltẽ dicitur affinis per tex.in.d.l.fina.C.de verborum significatio.& in d.§.affinitatis.instit .de nupt.& statutũ extenditur ad casus, qui inspecta larga significatione vocabuli poterant comprehẽdi sub casu expresso

expreſſo per not.in.d.l.qui ſe patris. C.vnde libe.

¶ Octauò,quando duo à lege veteri ſunt ęquiparata,diſpoſitũ poſtea à lege noua in vno extẽditur ad aliud,vt nota in.l.quod verò.ff.de legib.& in l.ſi quis ſeruo.C.de furt.& in authẽ. & non obſeruato in glo.fi.C.de teſta. & in.c.ſi poſtquã.de electio.in.vj.ſed iſta duo ꝙ ſi quis ſit in matrimonio, vel quod ſit in viduitate,ſunt à iure æquiparata.l.fin.C.de bon.mater.& §.ſoluto,& .§.non tamen.in authen. de nupt.ergo &c.

¶ Nonò facit, quia videmus, quòd ſocer,& ſocrus etiam diſſoluta affinitate nõ poſſunt in ius vocari ſine venia per text.in.§.ſocrum.inſtitu. de nup.&.l.quia parentis.ff.ſolu.matri. not.gl.& ibi ſcriben.in.l.generaliter. ff.de in ius voc.& ſic in genero.& nuru,videtur preſeruare quoddam ius affinitatis etiã ſoluto matrimonio & per conſequens videtur poſſe cõprehendi ſub noſtro ſtatuto.

¶ Vltimò facit dictum Salyce.in.d.l. fina.C.de verborum ſignificatio.vbi dicit ſub dubio forte.quòd ex ſtatuto noſtro ꝙ ſocer cum genero,vel nuru cogi poterit ad compromiſſum,ſi gener,vel nurus ſteterit in cellibatu. vel viduitate diſſoluto matrimonio. ſed aduerte,quia reperio Io.de imo. non ſub dubio,ſed decidendo,ſecũdũ hanc opinionem conſuluiſſe in conſilio.cxxxiij.Viſo reſcripto pro parte. d.Lucię,vbi dicit quòd ſtante lite,inter nurum,& ſocerum,qui attinent ſibi adinuicem in primo gradu affinitatis,licet mortuus ſit maritus,attamen poteſt compelli ſocer ad compromittendum ad inſtantiam nurus viduæ ſecundũ formã noſtri ſtatuti, de quo dicto Imo.non reperio ſcribẽ. mentionem facere.

¶ Hanc opinionẽ ſequitur Barbatia in.l.cũ acutiſsimi.C.de fideicõmiſ. colum.ſexageſima quarta.& adducit tex.in.l.ſi mulier.C.de adulterijs.vbi maritus accuſabat quondã vxorẽ ſuã de ſtupro,& etiam adducit.quia licet ſit affinitas finita,tñ adhuc remanẽt reliquiæ affinitatis.l.fi.C.de decu.

¶ Contrariam opi.ꝙ ſoluto matrimonio ſuperſtes non poſsit tanquam affinis agere virtute ſtatuti contra propinquos præmortui,etiam ſi in viduitate ,,& celibatu permanſerit.communiter ſcriben.tenẽt vt dicit Alexã. in.l.non tantum.§.j.in fi.ff.de re iud. dicens hanc eſſe opinionẽ communẽ, ad quã tenendã monetur primò per tex.in.l cui eorum.§.affinitates.ff.de poſtula.vbi dicit iuriſconſultus,quòd affinitates nõ eas accipere debemus, quæ quondã fuerunt,ſed præſentes. vnde per illũ text.dicebat Guiel.de cu.& Ange.quòd licet quis non poſſit teſtificari pro vxore fratris viuẽtis,vt probat ibi Guiliel. tamen ſecus eſt fratre mortuo quia diſſoluta eſt affinitas.

¶ Secundò facit glo.in.l.ſed hoc ita.ff. de re iudica.quę dicit,quod conſtante matrimonio durat affinitas in parẽtibus viri.quia affines ſunt vxori.& in parẽtibus vxoris,quia affines ſunt viro.ceterum vxore mortua.& ita ab vna parte affinitatis vinculo ſoluto, ſicut amoris vinculum,ita & priuilegij decreſcit beneficiũ.& ſic conſtat, quod cum ceſſet amor.& charitas inter hos, quod præcipuum in ſtatuto noſtro conſideratur, cùm ſit ad conſer-

seruandam pacem amorem inductũ, vt dictum est suprà in verb. naturalis. & per consequens dispositio nostra debet cessare iuxta regulam capi. cum cessante. de appella. & hoc comprobatur: quia non est eadem ratio compellendi ad cõpromissum eos, qui desierunt esse affines, sicut est in compellendo eos, quorum adhuc durat affinitas. Nam statutum voluit simpliciter, & absolutè prouidere, circa amputationes litiũ: quia non prouidet generaliter, ꝙ de omnibus quæstionibus inter quoscunque vertentibus fieret compromissum: sed solum de illis, quæ verterétur inter eos qui essent intra gradus cognationis, & affinitatis enumerati. Vnde quia compromissum est quædam compositio, & transactio partium per quã à lite discedítur, vt nota. in authẽ. vt differeo. iudi. iuxta princip. & in capitulo quintauallis per docto. de iureiuran. & in. l. societatem. §. Arbitrorum. ff. pro soc. & discedere à lite proprio consensu est officium pietatis, vt inquit text. in. l. fina. ff. fami. ercifcnn. & præstare officium pietatis magis conuenit inter coniunctos quàm inter eos, inter quos nulla est cõiunctio, vt. l. pietatis in prin. ibi. vt necessitudo. &c. C. de suspec. tu. ideo statutum magis inter cõiunctos, quã inter alios voluit cõpromissum fieri debere. ergo apparet quòd maior est ratio compromissi faciẽdi inter eos inter quos adhuc durat coniunctio, quàm inter eos. inter quos est finita: cum magis inter eos versari debeat officium pietatis. facit ꝙ dicit tex. in. l. cùm pater. §. dulcissimis. ff. de legatis. ij. ibi cum discordijs propinquorũ sedãdis. prospexerit &c. bene facit. l. congruẽtius. C. de pat. pote. & quod non sit omnino eadem ratio eorũ, inter quos est dissoluta affinitas, prout eorũ inter quos adhuc durat probatur in dicta. l. cui eorũ. §. affinitates, & in. d. l. sed hoc ita cum glo. vnde inquit Bal. in. l. j. C. qui accus. non poss. colũ. xj. versi. super tertio articulo de affinibus &c. quòd in casibus in quibus priuilegiũ conceditur alicui posse accusare, quãdo suorum iniuriam prosequitur iuxta. l. neganda. C. qui accusa. non po. & l. ij. ff. de accusa. non poterit affinis pro iniuria illata affini, accusare: si tempore illatæ iniuriæ erat dissoluta affinitas per nota. in. d. l. sed hoc ita, & per. l. quod ait ibi finita est &c. ff. de diuor. & d. l. cui eorũ, si ergo non est eadem ratio in ea quæ fuit quondam nouerca, quæ est in ea, quæ de presenti esset nouerca, ergo nõ debet fieri extẽsio de vno ad aliud vt l. inter stipulantẽ. §. sacrum. de verb. obli. versi. sed hæc dissimilia, & l. fi. ff. de calum. cum vulgaribus, confirmat hoc Alex. in consi. ccvij. infra allegando, per id quod dicit Salyc. in. l. ij. C. de noxa. circa. viij. colum. vbi voluit quod quando nõ apparet. an sit eadem ratio, vel non & sic sumus in dubio. tunc in dispositione, quæ est contra ius commune. prout est statutum de compromissis inter coniunctos, non fit extensio, etiam vbi aliàs quãdo constaret identitate rationis, debuisset fieri extensio. mouetur per id quod habetur in. l. præcipimus in fine. C. de appellationibus. Nemo ergo negaret. quod aut non est eadem ratio, aut saltem sumus in dubio. sed aduerte ad id quod dicit Alexand.

hic

hic arguendo ex dicto Saly. & inferendo quod statutum nostrum est contra ius commune nō bene sensit prout dicam infra.

¶ Tertiò facit secundum eundem Alexand. quòd quamuis statutum nostrū sit fauorabile. Tamen debent verba etiam accipi propriè, & non impropriè vt patet per not. per Bartolum, & Angelum in lege apud Iulianum. §. finali. ff. ex quibus causis in possessione eatur, vbi volunt, quòd verba statuti dicentis quòd mulier non possit contrahere, sine consensu propinquorum, debent accipi propriè, & comprehendat proprios contractus, non improprios: & tamen dispositio talis statuti est fauorabilis. l. qui exceptionem. ff. de condit. indeb: vt traditur per Bartol. in. l. cunctos populos. C. de summa trin. in ver. sexto videndum est, an statuta, & illa conclusio, quam Bartol. & Angel. firmant in dicta. l. apud iulianum. est magis cōmuniter approbata. vt per alios in. l. mutum. §. primo. ff. de acquirenda hæreditate. vbi hoc firmant Bald. Angel. Ioan. de imo. & Abba. in. c. qua fronte: de appellatio. & est de mente Bartol. in. l. omnes populi. in sexta quæstione principa. vbi vult quod in statutis non debemus recedere a propria significatione vocabuli, nisi quando alias resultaret iniquitas seu absurditas, vel nisi communis vsus loquendi aliter se haberet. vt ibi per eum, cum quo etiam transit. Petr. de anchar. in. c. primo. de constitutio. quæstio. xiiij. & Pau. de castro. in. l. scire leges, alias sup. l. in ambigua. ff. de legibus.

¶ Ratio hæc Alexand. quāuis fundet se in communi opinione. attamen non ita simpliciter procedit, sed quotienscunque statutum est fauorabile. tunc inspecta vi, & proprietate verborū statutum de contractu non habet locum in quasi contractu, sed per viam extensionis: quando omnimoda ratio militaret, statutum de contractu, bene porrigitur ad quasi contractum, & econtra & ita locum habet, quod not. Bald. in rubrica. C. de pactis. Barto. in. l. more. ff. de acquirenda hæreditate. quod ita intelligit ipsemet Alexand. in. l. mutū. ff. eodem. & Deci. qui late hoc pertractat, in dicto. c. qua fronte. in secunda columna, in versicu. dictum tamen in se, & sic in statuto nostro, si daretur omnimoda ratio, de vno, ad alium fit extensio, vt dictum est supra, in hac quæstio. in verb. emancipatus, & in verb. naturalis, in verb. sponsa vnde ratio Alexand. hic procedit eo respectu, quod non est eadem ratio, de affinitate soluta ad affinitatem permanētem, & ideo de vna ad aliam non fit extensio, vt supra dictum est.

¶ Quartò secundum eundem statutum loquitur de quæstione quæ vertitur inter affines, prout verba sonant, vnde requiritur, quod tempore quæstionis vertentis. de qua compromittenda agitur, fiat coniuncti. l. in delictis. §. si extraneus. ff. de noxa. & l. Titius. & quod ibi no. docto. ff. de testamen. milita. l. secunda. ff. de aur. & argen. leg. l. ex facto. §. si quis autem. ff. ad Trebellianum. sed ita est, quod per mortem dissoluta est affinitas præterquam, quod ad impedimentum matrimonij inter eos contrahendi, inst. de nupt. §. affinitatis. vsque ad. §. si vero vxor. & dicta lege cum eorum. §. affinitatis. & tertia

tia quæstio septima.§. affinitates. & ibi not. ergo altero mortuo non debet alteri vti affinis admitti. comprobatur hoc per textum, in.l. prima. cum glos.C. vnde vir & vxor, vbi probatur, quòd appellatione vxoris non venit illa, quæ non erat in matrimonio, sed erat vidua propter solutum matrimoniũ, & dicit vbi Ludoui. Roma. quòd licet mulier quæ est vidua censeatur esse in priori matrimonio.d.l. fin.C. de bon. mater. tamẽ secundum eum dispositio legis loquentis de vxore intelligitur de ea, quæ est verè in matrimonio, non de vidua, quæ fingitur esse in matrimonio, dicta.l. fina. adducit Barto.in.l. Titia Seio.§. vsuras.ff. de legatis secundo. vbi voluit ꝙ statutum disponens, quòd vxores rebelliũ non possint stare in ciuitate, nõ intelligitur de viduis quæ desierũt esse vxoris rebellium. Sic ergo videmus quod in statutis: & vbi verba accipiuntur propriȩ, si fit mentio de vxore, non venit vidua, quæ desijt esse vxor. ad idem text.in.l. viro atque vxore.ff. solu. matri. iuncta gloss. prima, quæ subaudit quondam, quia solutum erat matrimonium, & idem facit glos.in.l. diuortio. in verbo. vxoris.ff. de nego. gest. cùm etiam si in aliqua dispositione fit mentio de filio, talis intelligitur in dubio de eo filio, cuius pater viuit, sed patre mortuo, debet dici filius.q. talis.l. eius qui in prouincia. cũ glo. & ibi no. Bar. circa principium.ff. si cert. peta. & si dicitur filius talis, & non dicatur quondam, stat improprie. ibi per Bar. ita in proposito statutum faciens mentionem de vxore, vel nouerca, aut similibus nõ debet intelligi de ea quæ fuit quondam vxor, vel quondam nouerca, cùm in statutis verba proprie accipi debẽt, vt dictum est.

¶Quintò, facit dictũ Bald.in.l. fin.C. de verborũ. signifi. vbi quærit stante nostro statuto, nunquid socer quondam cum genero venit ad cõpromissum, & dicit quod videtur, quod sic, vt in dicta.l. fina. tenet tamen contrariũ dicens, quod hoc est quoddã priuilegium, & ideo videtur cessare, quia nõ proprie, & vere dicitur socer, & gener, cùm filia sit mortua. quæ erat radix istius affinitatis, & secundum eũ tenebant hoc antiqui aduocati Perusini. per glosam in dicta.l. sed hoc, ita & per dictam.l. cui eorum.§. affinitates, & pro hoc secundum eum facit dictum Oldra.in dicta.l. finali. qui opponit de dicta.l. cui eorum. & soluit, q̃d ibi volebat sub affinitatis velamine, contra ius commune admitti, in dicta vero.l. fina. ad actum fauorabilem sine alicuius iniuria in subsidium includi, quod ei permittitur, quia latissime verbum interpretatur, & maxime ne caduca fiat dispositio argumento. l. fundus qui locatus.ff. de fundo instruc. vnde dicebat Bald.in.c. in literis de testibus, quod famulus expulsus potest esse testis cognita causa expulsionis, & rationem reddit, quia postquam famulus est expulsus, non seruat amorem, quemadmodum affinis affinitate sopita. alleg. no. in dicta. l. sed hoc ita. ad idem facit, quod ipse Baldus voluit in.c. accedẽs. el secũdo, columna finali, in versiculo, venio ad glosam, vt lite non contestat. dicit, q̃d affinitas est in consideratione, nisi sit talis affinitas omnino sublata, quantũ ad effectionẽ. alleg. not. in.d.l. sed hoc

ita,& dicit ꝙ per illã gloſam, dicebãt antiqui aduocati Peruſini,vt ſuprà,ꝙ ſtante ſtatuto noſtro:& ſit quęſtio inter te,& me,qui quondam fuiſti marit⁹ ſororis meę,nõ debet inter nos ex tali ſtatuto cõpromitti,quia inter nos non durat affinitas,& amor, dicebat Bald.in.l.ſi matre.C.de ſuis & legitimis quod ſtante ſtatuto,quod mulier nupta extra territorium nõ ſuccedat, requiritur quod tempore ſucceſsionis ſit nupta extra territorium,alias ſi ſuccedat,& poſtea nubat, non ammittit iam ex ſucceſsione acquiſita: quia requiritur impedimentum tempore actus ſucceſsionis,& dicit Aret.in cap. ſignificauit.columna ſecunda de teſtibus,quòd facultas quæ conceditur alicui tanquam patrono,vt poſsit accuſare, ex quo deſijt eſſe patronus, non poteſt accuſare.

¶Ad adducta in contrarium, & ad primum poteſt dici, ſecundum quod ſupra dictum eſt, ex mente Oldrad. quod in dicta.l.finali.id fit, eo quia eſt quoddam fauorabile, ne teſtatoris voluntas ſit caduca. argumento. dictæ.l.fundus qui locatus.ff.de fundo inſtru.vel dic ſecundum Alexandrum,in dicto conſilio.ccvij.columna quarta,volumine ſeptimo,quòd ſufficit dicere,ꝙ ibi loquitur in diſpoſitione mere fauorabili, quæ non erat contra ius commune, & meritò reſtringenda ſunt in regula ea quæ cùm ſimilibus, ſed aduerte,quod Alexand.in dicto conſilio non eſt recordatus verbi, quod locutus eſt in.l.qui ſe patris. columna duodecima,numero vigeſimoſecundo.C.vnde liberi.& in rubrica, ſolu.matrimo.columna ſexta,numero vigeſimoſecundo.vbi dicit quod ſtatutum noſtrum non eſt correctorium, ſed limitatiuum iuris communis, ideo ex impropria ſignificatione extenditur ad alios caſus ſimiles non expreſsis,& ſic tãquã fauorabile extẽditur,de quo dictũ eſt in ſecũda quęſtione,primæ quæſtionis principa.vnde Alex.trãſit ad aliã ſolutioné,& dicit quod alio modo põt reſponderi,ꝙ in terminis dictæ.l.fi.ſufficit, ꝙ quis ſit cõiũctus tẽpore teſtamenti,vel tẽpore mortis teſtatoris ad hoc vt cõprehẽdatur ſub illa diſpoſitione de qua ibi fit mẽtio.l.ſi cognatis.ff.de rebus dubijs.l.cũ ita.§.an fideicõmiſſo.ff.de leg.ſecũdo,& vtrobiq; no.Cy.& Bar. ideo in terminis dictæ.l.fi.ſatis eſt ꝙ tẽpore teſtamenti vel mortis teſtatoris ille eſſet verè gener,vel nurus,licet tẽpore quo agit̃ de executione legati vel fideicõmiſsi deſierit eſſet ſocer,vel gener per diſſolutionem matrimonij, & hoc innuit ille textus,dũ dicit nullo etenim modo poſsit gener,vel nurus viuentibus filijs ad tale fideicommiſſum vocari,&c.& ſic ponderat textus.an filij viuãt tempore quo gener, vel nurus vult admitti ad fideicommiſſum.non autem dixit admittendum eſſe generum,vel nurum filijs teſtatoris præmortuis tempore teſtamẽti,& ſic diſſoluta tunc affinitate, hoc ſuadent gloſ.& doct. volentes quòd præterquam,quoad matrimoniũ dicatur diſſoluta affinitas.

¶Ad ſecundum dico, quòd verum eſt durare affinitatem illo reſpectu,vt ſciri poſsit, an liceat inter eos matrimonium contrahi,nõ autem quoad alios effectus,quo caſu procedit diſpoſitio noſtra,prout dicit Alexan.in.l.rei iudicatæ.§.j.in fine.ff.ſol.matrimonio.

& omnes ferè scribent.in dicta.l.fi.C. de verborum significatione.

¶Ad tertium Alexand.in dicto consilio respondet, quòd omisso eo, quòd aliqui, vt Ioan.de imo.in.l. prima.ff. soluto matrimonio. columna penultima, dicant contrarium per textū. in.l.si dictum.in.§.si compromisero. ff. de euictio.& per textum in.l.si minor vigintiquinque anno. filiofami. §. primo.ff. de mino. tamen posito, quod esset fauorabile, cùm sit contra ius commune, debet propriè intelligi in casu suo, vt prædictum est, sed vt dixit ista responsio nō est valida, quia est contra communem sententiam de qua in.l.qui se patris.C. vnde liberi, & dixi suprà in prima quæstione principali. Vnde Alexander in dicto loco dat aliam solutionem, quæ est magis vera, vt dixi suprà in deductione tertij argumenti, quòd diuersa est ratio, inter eas personas, inter quas nō militat affinitas, vnde ob eam diuersitatem extensio statuti non procedit, etiam si sit fauorabilis, vt prædixi.

¶Ad quartum potest responderi ex mente Alexand. quod licet censeatur quoad quendam esse in matrimonio, id est, in reliquijs matrimonij, adeo ꝙ non perdat lucra sibi obuenta ex conuentione præmortuo marito, tamen non per hoc venit appellatione vxoris, & pari ratione, nec appellatione affinis, vel aliter potest responderi secundum eum, prout dicit glosa in dicto.§.soluto.in authētica de nuptijs, in verbo perdurare, quod mulier in viduitate persistens dicitur in priori matrimonio perdurare, idest, dicitur ad secundum matrimonium non transire, & ita probat.d.l.cui eorū in §.affinitatis.&.d.l.sed hoc ita.

¶Ad quintum, dum allegatur text.in c.fraternitatis.& quod cōsuluit Pau. de castro.dici Alexand.in dicto consilio, quod in casu Paul.de castro concurrebat vnum statutum prouidens, quod inter affines debeat fieri compromissum.& qđ affines intelligerentur omnes illi inter quos non poterat contrahi matrimonium, sed constat, quod cum ea, cuius maritus est mortuus non potest contrahi matrimonium per propinquos mariti, nec econtra vt dicto.§.affinitatis.instituta de nuptijs, quod secus est in nostro statuto, in quo non consideratur prohibitio matrimonij, & ad textum, in in dicto capi.fraternitatis, respondet ipse, quod ille text.procedit indistinctè quoad matrimonium contrahendum, nec habet separationem, an remanserunt liberi ex illa nouerca, & patre prædefuncto.

¶Ad sextum dum dicitur, quòd si non verè saltem fictè est in matrimonio, quando est vidua, & quod statutum loquens in casu vero extenditur ad fictum, respondet Alexand. in dicto suo consilio præsupponendo primo, quod statutum de quo quæritur, non dicitur esse preter ius commune, sed contra ius commune, vt dixit suprà allegando.§.si compromisero. cū alijs concordantijs. vnde dicit quòd statutum contra ius commune dispo nens aliquid in casu vero non extenditur ad casum fictum capi.in nostra. de iureiurando &.l.tertia.§.hæc verba.ff. de negotijs gestis. ibi, de quo fuit necessarium edicere cum glos.in verbo hæredis, & ibi not.Barto. Bald. & Ange.& ita etiam affirmat Barto.

in

in dicta.l.omnes populi.in sexta quæstione principali. & notat Archydiaco.in.c.fina.de consuetudi. in sexto. vbi vult, quòd licet de iure communi aliqui absentes habeantur pro præsentibus, tamen dispositio noua cõtra ius commune loquens de præsentibus nõ comprehendet illos fictè præsentes, sed habebũtur pro præsentibus quoad ea in quibus ius commune habet eos pro præsentibus, & sic dato, quod in casu nostro iura communia quandoque velint priuilegiare viduam in retentione domicilij, & dignitatis maritalis, & in similib⁹ casibus, sicut erat priuilegiata constante matrimonio, tamen quoad ea quæ sunt inducta ex priuilegio statuti, contra ius commune, nõ gaudebit mulier vidua priuilegio concesso à statuto mulieribus in matrimonio extantibus, saltem cùm in casu nostro legem non habeamus, quæ per modum generalis regulæ dicat, mulier vidua sit priuilegiata, ac habeatur perinde, ac si esset in matrimonio, istud enim nõ dicit textus in.l.fi. C.de bonis maternis.aut alia.l.quæ ad istud propositum allegetur, adducit & multa alia pro comprobatione præmissorũ Alexand.in dicto cõsilio. Sed omittendo illud, quod considerat ipse Alexand. statutum nostrum esse contra ius commune, & odiosum, & restringi debere, qđ est contra omniũ communem opinionem (vt prædixi) potest vno verbo responderi, quòd casus verus, & fictus in omnibus, & per omnia non est æquiparatus à iure, & sic vidua in omnibus nõ est æquiparata ipsi vxoratæ, prout etiã sentit Alexand.in transcursu dictæ suæ solutionis, propter quod casus fictus nõ venit sub vero, cũ requiratur æquiparatio in omnib⁹, vt dixi suprà in verbo adoptiuus, per nota.in.l.prima.§.bonorum.ff.ad Trebellianum.

¶Ad septimum, dum dicitur quod statutum debeat extẽdi ad casus, qui ex larga significatione veniunt, nam prout dicit Alexand.in dicto consilio. Illud procederet, vbi esset per omnia eadẽ ratio, alias secus vt probatur in l.lege iulia.§.hoc capite in fi.ff.de ritu nup.no.glos.& docto.in clemẽ.auditor. in verbo beneficio, de rescript. sed in proposito nostro non est eadem ratio, ergo &c.vel alio modo secundum ipsum potest responderi, ꝙ appellatione vxoris etiam inspecta larga significatione vocabuli non venit vidua, & si quouis modo dici possit venire illam, quæ vidua est, hoc ideo est, quia fingitur durare in matrimonio, cùm verè non sit in matrimonio, vt de se patet, & supra dictum est, sed ita est quòd statutum loquens in casu vero contra ius commune non extenditur ad eum casum, qui per fictionem comprehenditur sub illo vt suprà dixit, sed prout posui, in præmissis, hæc solutio Alexandri non est bona, nec sequentem solutionem puto esse apprehendendam, dum dicit, quod statutum nostrum sit correctorium iuris communis, & sic non fiat extensio, quia falsum est prout prædixi, sed bene potest responderi, vt dicit ipse Alexander in prima solutione, quod non est eadem ratio, & ideo non extenditur subiungens quod quando in statuto non est expræssa ratio, vel non concurrit maioritas rationis in casu ad quem quis vellet extensionem facere, non fit

extensio, quod probatur ex decisione Bartoli, & sequacium in dicta.l. apud Iulianum.§.finali.ff.quibus ex causis in possessione eatur, iuncta lege omnium.ff.de iudicijs, & per dictam legem præcipuus.§. finali.C. de appellationi.iunctis maximè notatis p Bartolum in dicta.l. omnes populi. sexta quæstione, dum dicit, quòd debet attendi propria, & non impropria significatio verborum in statutis. Et hoc modo non obstabunt nota.per glosam in dicta authentica, vt hij qui oblig.in principio.& per Cynũ in .l. prima.C. quæ sit longa consuetudo, ad quæ etiã respondet latè Alber.de Ros.in prima parte statutorum.q.xj.

¶Ad octauum, dum dicitur, quod in æquiparatis à lege veteri lex noua inducens in vno inducit etiam in alio respondere potest, vt dicit Alexander in dicto consilio, quòd illud est verum, quãdo illa noua dispositio emanat propriè in illa materia, in qua erat facta æquiparatio à lege veteri, aliàs non vt in.c.primo cum glosa in verb. declaramus ne cleri.vel monac.libro sexto.& in.c.licet Canoñ.cum glos. de electio. in sexto.& ita intelligitur glosa. in .c. ea quæ de regulis iuris, in sexto. Quã ita intellexit Anto.de Butr. in.c.fina. de consuetudine, in tertia fallentia, quam ibi ponit in materia extensionis, sed in materia de qua loquitur dictum statutũ, nulla erat facta à iure communi æquiparatio de muliere vidua, & de nupta, ergo cessat extensio.

¶Ad nouum dum dicitur, quòd non possunt vocare in ius gener, vel nurus socerum etiam dissoluta affinitate, respondeo prout dicit Alexander in .l. generaliter.ff.de in ius vocando, quod illud procedit, quia respectu reuerentiæ inductum est, ne possint socerum in ius vocare: nam quãdo aliquid conceditur respectu reuerentiæ, durat illud etiam dissoluta affinitate, seu coniunctione, quod probatur in .l. alia.§. eleganter.ff. solut. matrimonio. in .l. vnica.§.cùm autem.C.de rei vxo.act. Secus autem est quotiescũque aliquid cõceditur affinibus alio respectu: nam tunc non durat morte interueniente.

¶Ad vltimum, dum allegatur dubia opinio Salycet. & decisio. Ioannis de Imola, & Barbat.dico quòd in contrarium est communis opinio scrib.quod imò si mors interuenerit dissoluatur affinitas, & superstes non comprehendatur sub statuto nostro, de affinibus loquente, quod dictum tenuit Bartolus, Bald.& Angelus in .l.cui eorum. §.affinitatis.ff.de postulando.sequitur Baldus in .l. affinitatis .C. commu.de succes. Bald.Salyce. Paulus de castro, & Alexander in.l.rei iudicatæ.ff.soluto matrimonio, Alexander Iason.in.l. non tantum.ff. de re iudicata, & ibi dicit Alexander, quod ista est communis opinio, Petrus de Ancharano in.c. primo, in decimaquarta quæstiõe principali in versiculo quæro vlterius de verbo consanguinei, de constitutio. Aret.in.c.super eo.columna prima, de testi. Maria.Soci.in tracta. de citat.columna.cxxx.versiculo quoniam ideo. Paul.de cast.in consilio octuagesimo, super primo dubio, seu quæsito, colũna secunda, volumine secundo, & in antiquis in consilio sexagesimooctauo, volumine primo. Alexander in dicto consilio.ccvij. volumine sexto. Crot. in tracta.de test.in secunda quęstione, sextæ quæstionis principalis, & faciũt ea

ea quæ dicam in proxima quæstione sequenti.

24 ¶ † Intellige prædicta adeò esse vera, vt etiam si supersint filij ex premortua, non compellantur illius coniuncti ad compromittendum ad instantiam mariti ex capite affinitatis. ita Bap. de san. Seue. in .l. omnes populi, numero. ccxxvij. colū. lxxx. ff. de iusti. & iure.

25 ¶ † Ex hoc patet, quod si viduus, vel vidua non admittuntur ad beneficiū statuti. tantò minus debent admitti illi qui transierunt ad secunda vota per tex. in .l. filij. in. §. vidua. ff. ad munici. per ea quæ not. in toto titulo. C. de secundis nuptijs. & istud est clari iuris.

26 ¶ † Ex præmissis autem patet solutio plurium quæstionum decisarum per scriben. & primò, si fuerit quæstio inter quondam socerum, & generum: nam tunc tanquā affines non veniunt sub nostro statuto, nec compelluntur ad inuicem compromittere. ita tenet Bald. in .l. fina. C. de verb. significatio. & Alexan. in .l. non tantum. ff. soluto matrimonio.

27 ¶ † Socer, & quondam nurus, nec eodem modo veniunt sub nostro statuto ita tenet Pau. de castro. & Ias. post ipsum in dicta .l. fina. C. de verborum significatione.

28 ¶ † Nouerca, & quondam priuignus non habent beneficium istius statuti, vt alter alterum compellat ad compromittendum, tenet Bal. in .l. affinitatis. C. commu. de suc. & Alex. in. d. consil. ccvij. volu. vij. & in fin. dicit, quòd ista est communis sententia.

29 ¶ † Relicta fratris non comprehenditur à statuto, nec cōpellere potest propinquos mariti prẹmortui ad compromittendum. ita tenet Bal. in .l. cui eorum. §. affinitatis. ff. de postul.

Affinis in secundo ge-
30 nere affinitatis † An veniat sub nostro statuto. Paul. de cast. in. d. l. qui se patris. colū. fin. C. vnde libe. dicit aliàs se consuluisse, quòd stante nostro statuto, duo affines in secundo genere affinitatis de iure canonico, quòd de iure ciuili non cognoscitur, & de iure canonico talis affinitas olim habebat prohibitionem matrimonij, hodie autem non, & tamen sunt affines, dicebat ipse, & quāuis sit affinitas sine effectu, tamen quia statutum est fauorabile, & sicut extēditur ad agnationem largo modo sumptam, ita potest extendi ad affinitatem prædictam Iaso. in .l. iiij. §. prætor ait. ff. de in ius voc. colū. ij. & in .l. venia. C. de in ius voc. simpliciter transit cum dicto Paul. de castr. sed ipsemet Iaso. in .d. l. qui se patris. improbat opinionem Pau. de cast. col. xxx. & .lix. dicit quod decisio Paul. de castr. non bene colligitur ex decisione Bald. in qua, dato quod emancipati, & eorum filij sint agnati impropriè, tamen talis agnatio non est sine effectu, imò est cum magno effectu, quoad legitimam tutelam & legitimas successiones: sed in isto secundo genere affinitatis, nedum tale secundum genus affinitatis est omnino impropriè, sed etiam sine vllo penit' effectu, & de eo nil penitus curatur, nō solùm in foro ciuili. sed etiam de iure canonico secundum glo. in .c. non debet. de affini. & consangui. hoc idem sensit idēmet Iaso. in .l. quod Seruius. in .j. colū. ff. de condi. ob cau.

¶ Circa hanc quæstionem duo puto es

se consideranda prout etiam sentit gl. in.d.c.non debet.de consan. & affini. aliquando enim contrahitur affinitas ex simplici copula,in qua vna persona tantùm cōcurrit,vt puta vxor fratris tui,cum qua sola est contractum, illa dicitur esse tecum in primo genere affinitatis,si frater tuus moriatur, & illa iterum nubat, eius maritus erit tibi in secundo genere affinitatis, & ita exemplificat glo.in.d.c.non debet.& Io. Andr.in arbore suo affinitatis colum. prima. Aliquando etiam & secūdo casu contrahitur affinitas ex duplici copula,vt puta si tu, & frater tuus vxores duxeritis, nam vxor tua, & vxor fratris tui adinuicem sunt in secundo genere affinitatis,eo quia vxor fratris tui tibi est in primo genere affinitatis, vxori autem tuæ est in secundo genere affinitatis, & econtra. Primo casu quādo est contracta affinitas ex vna copula tantū,tunc quia illa vxor ad hoc vt inducatur secundum genus affinitatis,necesse est, vt secundo nubat:& sic cùm moriatur frater tuus, illa desijt esse tibi affinis quoad statutum,& maximè quia transit ad secunda vota. Dicendum est, quòd si ipsa adhuc vidua non venit sub nostro statuto,& intelligitur esse dissoluta affinitas per mortem mariti,& beneficio statuti nostri non gaudet,vt dictum est suprà in proxima quæstione,tantò magis eius secundus maritus, non debet venire ad beneficium statuti nostri. Et intelligendo hoc modo dictum Pau.de castro,puto eum malè sensisse, & ita procedat opinio do. Iaso. supra allegata. Secūdo casu quādo contrahitur affinitas ex duplici copula, vt puta in vxoribus duorum fratrum, quæ adinuicem sunt in secundo genere affinitatis vt dicit glos. in dicto.c.non debet. & ibi nota.Abb.tunc dico, quòd si lis irritetur inter has duas vxores,vel inter duos maritos duarū sororum, qui sunt etiam in secundo genere affinitatis, tunc isti tales debent adinuicem compromittere, secundum formam nostri statuti. Et hoc, quia quamuis impropriè, & sine effectu, quoad matrimonia,& de iure canonico considerentur. Attamen attenta ratione nostri statuti habet effectum. Ratio namque statuti, vt sæpe dictum est suprà in secunda quæstione, primæ quæstionis principalis. & in hac quæstione in verbo naturalis, est illa vt pacificè,& quietè,& cū amore, & charitate, sine iurgio, & inimicitia lites tractentur, quæ ratio militat, & effectum habet in vxoribus duorum fratrum adinuicem litigantium, & si enim lis inter eas agitur,tamen mariti sunt illi, qui eam pertractāt,& cùm duo sint in carne vna,iniuria illata in personam vxoris intelligitur illata in personam mariti,& illis actio competit vt est tex. in l.j.§.item aut, & in.l.ij.ff. de iniur. ibi spectat enim ad vos iniuria quæ his fit.Vnde cū de facili duo fratres vxorio nomine litigantes possent venire ad arma,& rixas contra publicam vtilitatem,& honestatem,quæ cōsiderantur in casu nostro, dicendum est, ad euitandum scandala quæ possent oriri,quòd istæ duæ coniunctæ in secundo genere affinitatis veniant sub statuto nostro,& alia aliā astringere possit sit ad compromittendum,& ita posset intelligi dictum Paulus de castro in dicta.l.qui se patris.

¶In maritis autem duarum sororum super

super rebus proprijs adinuicem litigantibus, non autem vxorum, istud pro nunc non dicendo, sed sub dubio forte dicerem, quòd non veniant sub statuto nostro arg.tex.in.l.ij.ff.de iniurijs.

Affinis per fornicatio=
31 nem. † An ad illos extendatur statutum nostrum. & videbatur quòd sic. Nam per fornicationem, & coitum illicitum contrahitur affinitas, ita est tex.in.c.discretionem, & ibi no. Abb. de eo qui cogno.consang.vxo. suæ, & no.idem Abb. in .c. per tuas in secundo not.de probat. Dico tamen contrarium, quod imò talis affinitas non est considerabilis in statuto nostro. Nam affinitas, quæ contrahitur per coitum illicitum consideratur tantummodo secundum Canones quoad matrimonia prohibenda, non autem quoad alios effectus, ita no. Ioan. And.in arbore suo affinitatis. columna prima, & in.c.finali de consanguinitate, & affinitate. Vnde quoad statutū nostrum talis affinitas non est considerabilis, quemadmodum videmus in affinitate, quæ perdurat soluto matrimonio, quæ apprehenditur per Cano. sed in statuto nostro non comprehenditur, vt dixi suprà in verb. soluto matrimonio.ergo &c.

32 Clericus † An comprehendatur sub statuto nostro, vt si litigauerit cū aliquo agnato, cognato, vel affini teneatur compromittere in foro seculari, in hoc reperio duos clarissimos doctores tangendo hanc quæstionem contrarios sibi adinuicem fuisse. Nam .d. Petr. Philippus Corneus.in consilio.cxiiij. Quamuis primo aspectu. volumine secundo, tenuit partem affirmatiuam .d. autem Bartol.Soc.in consilio.lxxj. Circa præsentem consultationē volumine quarto, tenuit partem negatiuam. Rationes, quibus moti sunt ad consulēdum referam, & quid alij senserit proponam.

¶ Et pro parte affirmatiua primo loco adducitur, quòd statuta & leges alicuius fori respiciētia ordinaria ligant quoscunq; litigātes in illo foro etiam non subiectos argu.l.tertiæ. in fine.ff. de testi.& in .l. prima.C.de emancip. lib. & in .l. secunda.C. de iuramento calumniæ, iudex enim semper debet seruare consuetudines, & statuta sui fori circa ordinatoria iudicij, prout habetur in dictis iuribus, & per Spec. in titulo, de senten. prolat.§. qualiter post prin.& per Inn. in.c. conquæstus de fer.&.d. Petr. de Ancha. Anto. de But.& Imo.in rub. de consuet. & per consequens, si clericus agit contra laicum debet seruari statutum, & consuetudo secularis circa ista ordinatoria. glo.est communiter approbata, & ibi omnes scribentes, & in c.quod clericis de foro competenti, & glo.in Clemen.dispēdiosam in verb.vsuris de iudi.& tenet Bart. & reliqui post ipsum cōmuniter in.l.prima.C.de sum. Tri. & fide catho. & in .l.omnes populi.ff. de iusti. & iure. Et omnes Cano.in.c. ecclesia sanctæ Mariæ de consti. sed tale statutum, quòd fiat compromissum respicit modum procedendi, & sic ordinatoria: ergo debet ligare clericos, quòd respiciat modum procedendi patet. Nam licet compromissum ordinetur ad litem decidendam, sicut quodlibet iudicium.l.j.ff.de arbi.non autem

ordinatur ad modū decidēdi ad partem ſcilicet abſolutoriam,& cōdemnatoriam,nec etiam arbiter informatur ex compromiſſo,quam ſentētiam ferre debeat,imo ſi informaretur non valeret.ita dicit Pau.de caſtro.in con ſilio.cccxx.quòd in cauſa appellatiōis volumine primo & per illud dictum, quòd petitio compromiſsi ſit ordinatoria , & ſtatutum noſtrum ſpectat ad modum procedendi.dicit in dicto conſilio.quod ſi duo piſtorienſes litigarent Florentiæ vbi eſt ſtatutū,idem cum noſtro dato,quod piſtori non eſt ſtatutum quòd debeat compromitti, quòd illo in caſu piſtorienſes tenentur compromittere,ſicut in ſimili no. Barto.de ſtatuto,quòd poſsit procedi per inquiſitionem,in.l.j.C.de ſumma trinita.dicens quòd quantum ad modum procedendi,debet inſpici ſtatutum loci,vbi delictū eſt commiſſum, & ſic vbi agitur de modo procedendi, ſcilicet an debeat ꝓcedi ordinarie coram iudice,vel coram arbitro ſeruāda ſunt ſtatuta loci , ſed cum agitur per quem modum ſententietur,& terminetur,tunc ſtatuta loci cōtractus,patet:ergo dicit ipſe ſtatutum de cōpromiſsis pertinere ad ordinem iudicij, ſeu modum procedendi,non autē ad terminationē negotij,ſcilicet per quē modū terminetur , licet ordinetur vt terminetur,& ita dicit ipſe,vidiſſe teneri,& obſeruari , & eſſe veriſsimum apud quēcunq; intelligentem , & ita aliàs (vt dicit Socinus) fuit in forenſe conſultum per ſolennem doctorem dominum Ioānem de monte Sperel. vbi refert Ioannem Baptiſtā de ſancto Seuerino in.l.omni nouatione.C. de ſacroſanctis eccleſijs.& faciunt bene nota.per Bartolum & Baldum in l.prima.C.vbi in rem actio.facit etiā quòd dicit fuiſſe conſultum per Ricar.de Salyce.in conſilio incipi.quæſtione vertente inter.d.Regem Cipri, quòd ſtante ſtatuto ianuæ,quòd magiſtratus ad petitionem partis tenentur cauſam cōmittere bonis viris cognoſcendam,& terminandam:ligatur forenſis litigās in illo loco,quia reſpicit ordinatoria,& ſic idem in clerico, qui (vt dictū eſt) ligatur ſtatutis mo dum procedendi reſpicientibus.

¶ Secundò facit,quia ſi adhuc dictum ſtatutū non reſpiceret ſimpliciter ordinatoria,ſed deciſoria,vt per Bald.in l.prima in fin.C.que ſit long.conſue. tamen quia clericus agit contra laicū in foro ſeculari etiam hoc caſu,& in dicta cauſa debet ſeruari ſtatutum ſeculare,non ſolum in præiudiciū laici, ſed etiam in præiudiciū clerici,& iſta eſt communis opinio docto.ſecundū Corne.in dicto conſilio & ſecundum ipſum firmat hoc Barto.in lege.j.C. de ſumma trini.dans generalē theoricam.quòd illa ſtatuta non militant in clericis quæ ſunt cōtra libertatē eccleſiaſticam vel contra perſonas clericorum capitu.nouerit.de ſenten.excom muni.& auct.caſſa.C.de ſacroſanctis eccleſijs.alia vero ſtatuta ligant etiam clericos,non ſolum litigantes in foro ſeculari,ſed etiā ſi litigāt in foro eccleſiaſtico,& licet quando litigant in foro eccleſiaſtico Barto . ipſum impugnat ibi Bald. tamen non impugnat quando litigat in foro ſeculari,imo videtur idem velle,ſi ſtatutum non eſt odioſum.quod etiā velle videtur Ioā. And.in addi.Specu.in tit.de conſtitu. in.§.j.ver.& nota.vbi diſputat generaliter

raliter tenendo quòd in foro seculari etiam contra clericum seruanda sunt iura municipalia laicorum,& allegat plures rationes,quæ respiciunt decisoria causarum,ideo etiam in decisorijs videtur hoc firmare,& idẽ voluit Hostien.in titu.de testa.§.qualiter versicu.verum.& de consuetu.§.fina.versicu.pone,quod & volunt domi.Anto. Imo.in dicto capitu.quod clericis.ꝙ & videtur voluisse Cardina.in capit. cum venissent.de eo qui mit.in poss. dicens quòd per illum text.in decisorijs seruari debet ius illius contra quẽ agitur, & idem firmat Rapha.Ful.in d.l.omni nouatione.C. de sacrosanctis ecclesijs.loquens de statuto inducente præscriptionem,& ideo hæc videtur magis communis opinio.& per consequens in decisiuis seruanda iuxta notata per glo.in l.omnis diffinitio.ff.de regulis iuris & per doctores in capitu.ne initaris.de constitu.& in l.cum prolatis.ff.de re iudicata.& per Baldum in.l.precibus.C.de impuber. & per consequens siue dicamus,quod istud statutum respiciat ordinatoria causæ,prout principaliter respicit,qa disponit,quòd de causa non cognoscat iudex aditus,sed cognoscant arbitri,qui censentur habere iurisdictionem delegatam, siue ordinatoriã iuxta ea que habentur in capitu.ab arbitris de offic.delegati libro sexto.& in l.fina.C.de iudi.& in.l.arbitro.ff.qui satisdare cogantur & dicam infrà in sexta quæstio.principa.siue dicamus, quòd concernat decisoria causæ.idem videtur respondendum,scilicet quòd seruari debeat in iuria seculari,ius seculare siue commune,siue principale, per prædicta.

¶ Tertiò,facit quod quamuis in statuto nostro dicatur quòd arbitri iudicent de iure,& de facto, quod videtur respicere decisionem causæ,dicit tamen Corneus in dicto cõsilio quod & adhuc includuntur clerici per id ꝙ notat Innocentius in capitulo nouerit.de sententia excommunicationis. & Bartolus & Baldus in authentica cassa.& irrita.C.de sacrosanctis ecclesijs.volentes quod statuta,quæ auferunt clericis,ius commune non sunt inualida tanquã contra libertatẽ ecclesiasticam,sed illa quæ auferunt priuilegia clericorum,& consequenter videntur velle quòd ius commune,ciuile possit clericis auferre ꝑ iura municipalia:quanto fortius si non auferunt clericis solis,sed pariter clericis, & laicis. ponamus enim (dicit ipse) quòd causa agitetur in ciuitate Venetiarum vbi non seruatur in aliquo ius ciuile.dicet enim quispiam,quod clericus Venetus agens in foro Veneto seculari,posset intentare beneficiũ mere inductum à iure ciuili.certe non ex quo ius ciuile ibi non viget.nec secularis potestas.tũc aliquid disponit circa clericos,sed tollit (vt ita dixerim) quod erat suum scilicet ius dependẽs à seculari potestate.& ꝓpterea applicando ad propositum nostrũ statutũ istud de quo agitur respicit decisionẽ causæ quatenus mandat compromitti de facto:itaque non solũ de facto procedi potest per arbitros sed etiam terminari,quod clare constat in statuto nostro.dum dicitur de iure,& de facto vt sibi melius,& æquius videbitur procedere,& terminare.quæ verba secũdum Corne.nil aliud importãt nisi ꝙ arbitri non sint astricti in iudicãdo

seruare

seruare iura positiua:nam obseruãtia iuris naturalis primæui, vel secundarij (hoc est iuris gentium) non tollitur per concessionem huiusmodi latæ potestatis.per ea quæ habẽtur p Bartolum in extrauagan.ad reprimen.in verb.figura,& in verb.videbitur,& in l.filiusfamilias.ff.de donat.& in.l.prima.ff.de militaribus testamẽtis.& ibi per Angel.& doctor.& dixi suprà in prima quæst.principa.in verbo.de facto.¶ Quartò facit secundum eundẽ, nostrum statutum principaliter respicit ordinatoria causę,quia disponit de iudicibus q habent cognoscere,& iudicare.hoc quidẽ negari non potest,ꝙ est de foro seculari, & ad statuta secularia pertinet.item ꝙ procedatur coram arbitris simpliciter,& de plano, & de facto:& quòd determinẽt de facto.istud enim respicit solennitatẽ sen tentiæ,& ꝓcedendi ad executionem, lata sententia,nam manus regia non obseruabat ordinẽ.l.prima.C.de execu.rei iudic.&.l.nullam.ff.de reg.iur. argu.capit.afferte de præsump.prout not. Barto.in.d.extrauagan.in verb. videbitur,omnia hæc concernunt ordinatoria,& parum respiciunt decisoria,ex quo arbitri non possunt ledere iura partium (vt premissum est) ideo decet,quòd obseruetur istud statutũ, saltem tanquam concernens ordinatoria,tanquam in eo magis incalescens. argumento.l.cũ quæritur.ff. de statu hominũ.&.l.quæ exceptionem. ff. de conditione indebiti,& in.l.si quis nec causam in principio.ff.si certum petatur.vnde dato ꝙ circa decisoria esset dubium,ex quo sunt opiniones,& rationes hinciride , tamen ordinatorie omnes concordent.& istud statutum principaliter,respiciat ordinatoria,seruetur.hoc casu ne offendatur id quod est clarum in iure:scilicet quòd causa quæ debet ordinari secundum statuta laicorum ordinetur secundũ iura clericorum,& quòd statutũ,quod principaliter,& quoad plura respicit ordinatoria,tollatur in causa clerici: ex eo quia in aliquo respicit decisoria.iuxta illud vulgarũ,quod de duobus malis minus est eligendum.

¶ Quintò facit secundum eundem: quia licet laici non habent iurisdictionem in clericos,& propterea nõ possunt clericos directo astringere eorũ statutis. tamen habent iurisdictionẽ, & potestatem statuendi circa concernentia suum forum,& non solũ qualiter causæ haberent in suo foro ordinari,sed etiam qualiter decidi debeãt, nec potest negari quin iudex secularis coram quo clericus agit non habeat (respectu illius causæ) iurisdictionem in ipsum clericum ipsum citandi,& monendi,quòd respõdeat litem contestetur assignãdo terminum in quem probet,& absoluendo,& absolutione liberando reum ab ipso clerico actore : quinimo , & ipsum clericum condemnando in expensis,hæc omnia sunt actus iurisdictionales qui astringunt clericum,& tamen non est dubium quòd fieri possunt per laicũ: quia veniunt in cõsequentiam ratione causæ vertentis in suo foro.ita & dicamus,quòd ratione causæ vertentis in foro seculari.& sic in foro spectã te ad ipsos statuentes:possint statuere astringendo clericum in eorũ (vt ita dixerim) foro litigantem.

¶ Sextò adducitur pro hac parte illud forum sortiri,& statuto ligari.procedunt

dunt à pari vt notat gloss.& docto.in capitu.quod clericis de foro competen.& est gl.in.l.ij.ff.de eo quod cert. lo.& notat Barto. & docto. in.l. prima.C.de summa trinita.sed clericus in casu nostro sortitur forum seculare agendo contra laicum.vt in capitulo cum sit generale,& in capitulo. si quis contra clericum extra de foro competenti. ergo ligatur statutis secularium.

¶ Septimò statutum generaliter loquens,honestum quod non est contra libertatem ecclesiasticam,ligat etiam clericos,ita concludit Ioan.Andre.in additione.Specu. in titu.de constitu. versicu.& not.& probatur in capitu. cum causam de re iudi.& in capitu. cum venissent de eo qui mit.in posses. cau.rei ser.per quæ iura hanc theoricam ponit Bar.in.l.prima.C.de summa trinita.& fide catho.sed statutum de quo agimus est huiusmodi quia generaliter loquitur,& non est cōtra libertatem ecclesiasticam vt de se patet, & videtur esse honestum cum dicatur esse remedium per quod lite discedi- tur,vnde dicunt Bart.& docto.in. pe. C.quod habétes auctoritatem super pacifico statu ciuitatis possunt facere statutum per quod partes compellantur ad compromissum,& Barto.in l.ambitiosa.C.de decr.ab ord.fa. ergo debent clericos comprehendere,nam vt dicit Ioan.Andr.in additio.clerici agentes in foro seculari videntur consentire legi fori in quo causa est agitanda.

¶ Octauò in iudicijs seruari debet equalitas.l.fina.C.de fruct.& lit.expen.non debet.ff.de regulis iuris. sed clericus vti potest beneficio statuti,& petere compromissum cōtra laicum.v.distinctio.capitu.si in adiutorium.bene facit text.in capitu.fina.de vit.& hone.cle.tradit nota.Oldra.in suo consilio. xxxiij.incipien.quæstio est.vtrum sacerdotes,ergo eodé modo laicus poterit petere compromissum contra clericum.bene facit quod tradunt Lau.& Archidia.in capi.non ita.ij.quæ.vj.qui dicunt,quod sicut clericus qui reconuenitur coram seculari, potest à sententia appellare:ita laicus litigās corā iudice ecclesiastico ratione seruandæ æqualitatis.

¶ In contrariū quod imo statutū nostrū non includit clericos adducit per Soc. in.d.consi.primo statuta laicorū inferiorū à principe nō ligant clericos licet generaliter loquantur vt habetur in capitu.fin.de vi.& hone.cleri.& in capitu.finali.de re.eccle.non alie.in capitu.quæ in ecclesiarum,& in capitu. ecclesia sanctæ Mariæ de constit.& licet Barto.in dicta.l.cunctos populos tenuerit opinionem de qua suprà cuius opinionem sequutus est Domi.de sancto Gemi.in capitu.primo.in prima colūna.per illū text.de iureiu.lib. vj.tamen præfatus.d.Domi.tenet cōtrariū,quòd etiam si statutum generaliter loquatur,& sit honestum:non includit clericos.quia quantuncūque sit bonum, & honestum: deficit tamen auctoritas statuendi.vt habetur in iuribus præallega.& in capitu.primo & ita tenent Anto.Abb.& Imo.in capitu.quòd clericus.& Ioan.calder. in titu.de constitu.consil.xj.& Abba. in capit.tua.ad fin.el.j.per illum tex. & Cardi.in.d.capitu.cum causam.de re iudi.& idem Cardi.in.d.capit.cum venissent.de eo qui mit.in pos.cau. rei ser.

rei ser.& Bald.in.d.l.cunctos populos in vlti.colum.C.de sum.tri.& fid. catho.& sic illa opinio Bartol.communiter improbatur, subdens statutum hoc esse odiosum, & irrationabile . & per consequens non includens clericos.

¶ Secundò facit secundum eundem, statutū dictat ꝙ iudex debet cogere, & compellere partes ad cōpromittēdum.& sic respicit coactionē personæ quo casu licet generaliter loquatur,& sit honestū non includit clericos, vt est casus in capitulo ecclesia sanctæ mariæ de consti.secundū vnū modum quem ponit Abba.& ita disputando ponit Ioan.calder.in quadam disputatione,quem refert & sequitur Abba in.d.capitulo quod clericis facit quod notat Bartol.in dicta.l.cunctos populos,vbi dicit quod statutum concernens personam non extenditur ad forenses.faciunt not. per Ioan.Andre.in addit.Spec.in tit. de empt.& vendi.§.fina.in.ij.q.vnde dicit ipse.quòd posito ꝙ ipsum statutum respiceret ordinatoria,tamen nō includit clericos,ex quo statutum respicit coactionem personalem,vt cogantur litigantes compromittere.nā videmus ꝙ licet ratione rei suæ quis posit conueniri in aliquo loco,tamē nō potest ibi personaliter distringi.vt concludunt Ioan.andr.& communiter doct.in capitu.sanè de for.compe. & tamen clarum est,quod tenetur ibi seruare ordinem procedendi illius fori.vt in.d.capitu.quòd clericis, & ex quo infert ibi not.Ioan.de imo.ꝙ licet ex forma statuti inter consanguineos, vel certas personas debet fieri compromissum, tamen si habens alibi domicilium conueniatur ratione suæ in loco dicti statuti non potest compelli ad faciendum compromissum nisi ibi reperiatur,quia regulariter per solum iudicem domicilij potest fieri districtio psonalis,& ita dicit se consuluisse,& respondisse in.q. facti.& hanc opinionem referr,& sequitur genitor suus in.d.capi.sanè in xiiij.declarat.ita dicamus in casu nostro,ex quo iudex secularis non pōt personaliter clericū distringere iuxta not.in.c.j.de obligat.ad ratioci.& in capitu.j.de cler.coniug.in.vj.non includitur clericus.

¶Tertio facit secundum eundē,quia dictum statutum de litibus compromittendis non tamen apparet,quod tantum tendat ad litis contestationē ordinandam,quam ad litis decisionē, cùm tale cōpromissum dicatur trāsactio quædā vt in auct.vt differ.indi. §.si verò contingerit.& ibi not.colla. ix.& plene per Innocen.in capitulo. quintauallis de iureiuran.quæ transactio est litis finitæ exceptio ad litis finitionem ordinata.l. fratris . C.de trāsac.ꝑterea cōstat ꝙ nō tēdit ad litis ordinationem,cùm per ipsum discedatur à lite.vnde dicimus quòd ta lia arbitramenta fieri possunt etiam die feriata.prout habetur in.l.finali. C.de feri.& in hanc partem potissimè dicit se inclinare,quia per ipsum statutum tolluntur iuris remedia necessaria ad arbitrorum iniquitatem corrigendam,iuxta id quod habetur in.l.j.ff.de appella.& in.l.si societatē. §.arbitrorum.ff.pro soc.& sic cùm sit odiosum,meritò ad restringendum, & non extendendum,non excluduntur,nec includūtur exempti.l.decurio.C.

rio.C.de filent.libr.xij.

¶ Quartò facit secundum eundem, statutum nostrum dictat, quælibet partium eligat suum arbitrũ sub pœna librarũ vigintiquinque paruarũ. statutum autem laicornm non potest dare auctoritatem seu potestaté puniendi clericos, cùm in illos nullam habeant iurisditionem vt in.d.c. ecclesia sanctæ Mariæ.cùm ergo non pôt in clerico verificari in pœna imposita statuto non vendicat sibi locũ statutũ.gl.est no.per quã hãc theoricam ponunt ibi Iac.but.Ful.& Pau. de cast.in.l.mãcipia in verbo ad vocãdum.C.de ser.fugi.

¶ Et in specie dicit Soci.in.d.consil. alia statuta non includunt clericos, decidit Bal.in.c.si clericus laicum de for.comp.Vbi dicit.quod statutũ disponens quòd causa cõpromittatur. quod in parte respicit ordinatoria,& in parte decisoria,ex quo est iniquũ: non ligat clericum etiam agentem in foro seculari, est enim iniquum vt quis compellatur transigere,& sic cõpromittere.l.interpositas.C.de trãsactio.& ita eum refert & sequitur Bened.capra in.c.quod clericis de so. competen.ideo decidit Bal.in.d.c.cũ venissent de eo qui mit.in pos.cau.rei ser.quod statuta laicorum non includunt clericos per.d.ca.ecclesia sanctæ Mariæ & ideo inferens,quod statutum de compromissis non ligat clericos,etiam in minoribus constitutos. idem etiam decidit Bal.in repe.l.cũctos populos in.xij.columna.C.de sum.trinita.& fide catho.vbi dicens statutum,quòd causa debeat compromitti,cũ per compromissum ledatur compromittés.l.minoribus.xxv.an. subuenitur.ff. de minori.non includit clericos,quia hoc nõ potest facere statutum cõtra clericos.allegatur etiã Bald.in quodã suo consi.quid incipit quæritur an statutũ.aliàs incipit Venatius, qui dicit tale statutum esse odiosum.est etiã in alio cõsil.incipié. punctus super quo,vbi dicit formaliter quòd in dicto statuto clericus non includitur per se, nec contra se,quia statuta laicorum non ligant clericos, nec includuntur.

¶ Adde,quòd istud dictum sequitur Alexand.in cõsil.xij.ponderatis hijs omnibus,versi.ex quo infert Bal.volumi.ij.& And.sicu.in rub.C.qui admit.colũ.iiij.versicu.nono.aduco, & Lanfr.in tract de arb.q.xviij.Fely.in d.c.ecclesia sanctæ Mariæ col.fi.in fi. nu.cxliiij.& Hipoli.de marsil.in.l.si quis viduam colum.v.numero.xx.ff. de quæst.in.l.circũcidere.§.seruo.ff. de sica.vbi allegat dictum Bal.in cõsi.cvij.dictat statutum.in volumi.vj. vbi dixit secundum eum.quòd sicut statutum laicorum volés quòd inter affines fiat cõpromissum,nõ cõprehédit clericos:qa nõ poterũt vigore talis statuti astringi ab affinibus suis ad faciendũ compromissum cũ eis: ita nec ipsi clerici poterunt vigore talis statuti cogere affines suos ad faciendum secũ cõpromissum.sed Bal.in cõsilio,mihi, quinto nunquid clericus agés.vo.ij.dicebat distinguédo.quòd aut litigat clericus de bonis ecclesiæ, & tũc,nec inuitus cogitur,nec volens pôt cõpromittere de iure,& de facto iura ecclesiæ,aut litigat de ꝓprio patrimonio,& tũc potest cõpromittere si vult, sed an compellatur dicit ipse est quæstio nostra,& tunc aut statu-

tum

tum dicit quòd compromittatur de iure.itaque est cõpromissum iustitiæ, & compellitur causatiuè & fit translatio instantiæ,quasi in quendam iudicem delegatum,sicut si ipse ordinarius delegaret quod posset etiam inuito clerico,& sicut compellitur clericus agens coram arbitro eligere arbitros in causa suspitionis,vt in.l.fin. C.de iudi.aut compromitti iubet de facto,& ad transigendum tendit, & non potest compelli,nec valet ad hoc statutum : quia est contra libertatem clericorũ,& multo magis in generali statuto non includitur aliquid vel indirecte contra iustitiam ecclesiarum, vel clericorum vt nota per Bartolum in.l.si quis sub conditione.ff.de condi.insti.imò si dubitatur,an sit contra libertatem in dubio tali statuto non includuntur clerici propter anceps periculũ.ad ꝙ statuentes nõ videntur se astrinxisse.predicta etiam tenet Hypol.de marsil.in rubrica.ff. de fideiussor.colum.vigesima quarta, numero.cxix.

¶ In hac quæstione puto id posse dici, & optima ratione.quod clerici sint comprehensi per statutum nostrum, & litigantes compellantur arbitros ex forma statuti eligere.& pro fundamento assumo mihi dictum Abba. in dicto capitulo ecclesia sanctæ Mariæ.columna finali.versiculo secũdus casus,vbi dicit.quòd si statutum iniecit vinculum ante clericatum, quod tunc clericus factus post iniectũ vinculum ligatur statuto, inferendo ad statutum de primogenito,preferẽdo, si secundo genitus tempore statuti laicus reperitur, ligatur à statuto, quamuis postea clericus efficiatur,ꝙ etiam decisum est in moniali,stante statuto,quod fœminæ excludantur. quod si tempore statuti non erat monialis, sed secularis excluditur postea,si ingrediatur monasterium,in ꝙ ingreditur cũ ligamine statuti.quod dictum Abba.ponit ante Ioan.andr. c.sine culpa, de regulis iuris,& Anto.de butr.& Imo.in dicto.c.ecclesia sanctæ Mariæ, & idem Abba.& alij post ipsum in capitu.quod clericis de fo.cõpe.& Cald.in sua disputat.Statuto ciuitatis cauetur,& Salyc.in authenti.cassa.C.de sacrosanctis ecclesijs.& Cardina.in.c.perpendimus.in decima quæstione,de sententia excõmunicationis & Roma.in.l.stipulatio hoc modo concepta, octaua columna.ff.de verborum obligationibus.sed sic est, ꝙ in casu statuti nostri quilibet ante clericatũ habet iniectum vinculum, quia agnatus, & cõsanguineus est.vt de se patet, per consequens dicendum est,quod ligetur a natiuitatè per statutum cũ quo ligamine transit etiam in clericatum, & eo maximè quia iura sanguinis dispositione iuris positiui non mutantur.l.ius autẽ agnationis.ff.de pactis. vnde clericus,qui statum non mutat, sed transit in melius.per ascensum dignitatis,propter quod non amittitur ciuilitas,vel agnatio.l.penulti.ff. de senat.l.filij.ff.ad municipal.& nota.in.l.deo nobis. C.de episcopis & clericis.debet comprehendi. Ex quo dicebat Lap.alleg.centesima prima columna finali.quod quando statutũ precedit monachatum,quia iura,quę inhabilitant fœminã eam excludebãt ante professionẽ,excludũt,& afficiũt eam puellam tãquam preuentã,vnde

transit

trāſit in monaſterium cum onere ſuo, & cum obnoxitate ſuæ regulæ authen ti.quæ ſit cum mo.C. de epiſcopis & cleri.& alleg. Lapus,dictum Bartol.in l.fi.C.de iure fiſci vbi vult ſecundum eum quod ſtatutum inhabilitans monachum a ſucceſsione prevenit eū ante monachatum,& valet, & debet obſeruari etiam poſt monachatum.quod idem dicendum eſt in clerico, cùm ſit affectus a ſtatuto,per ius ſanguinis ad compromittendum ,vt cum tali onere tranſeat in clericatum.vnde in propoſitum dicebat Pau.de caſtro in conſilio ſuo.ccciiij. Primum dubium de quo quæritur ſatis tritum.columna tertia,in fine.volumine primo, quòd ſtante ſtatuto ,quòd fœminæ non ſuccedant ſtante maſculo.tale ſtatutum comprehendit moniales tali ratione, quia eo ipſo, quòd mulier naſcitur, in ſligitur ſibi hæc potentia ſuccedendi. videlicet ab ipſo ſtatuto ſcilicet in totum,ſi non extiterit maſculus,& in nihilum,ſi extiterit.tranſeundo igitur, in monaſterium, tranſit cum illa potentia ſic limitata ,& ſic conditionata: & non cum illa ,quam mulieres habent a iure communi.ſubijcit poſtea in dicto conſil o, quòd non obſtat, quod vulgariter poteſt allegari in contrarium videlicet, quòd ſtatutum non poteſt moniales ligare, vel impotentes efficere ad ſuccedendum, quia dicit quod non ligauit moniales, nec eas impotentes effecit, ſed effecit dubium ante ſcilicet tempore ſuæ natiuitatis, & ſic antequam de ingreſſu eſſet cogitatum, ex quo dicendum eſt etiā in materia ſtatuti noſtri, quod cum tempore natiuitatis iſte talis per ſtatutum ſtante agnatione ligetur, perduret etiam iſtud eo effecto clerico. nec obſtat quod poteſt obijci,quod tempore natiuitatis non erat lis, vnde ſi poſt clericatum lis oriatur,non dicatur habere vinculum ex tempore præcedenti, quia idem dicendum eſſet in ſtatuto de ſucceſsione mulierum, & primogenitura, vt ſtatutum non extenderetur ad bona acquiſita etiam poſt clericatum,cum tamen nullibi ſcribētes de hac re faciant difficultatem,ſiue enim bona ſint acquiſita ante clericatum ſiue poſt,ſiue ante monachatum, ſiue poſt, non eſt ius cum ſtatutum afficiat perſonas non autem res, nec actiones,prout patet etiam in ſtatuto noſtro.

¶ Præterea iſti tales arbitri electi ex forma ſtatuti noſtri ſunt iudices ordinarij, prout dicit Angel. & Paul. de caſtro. in lege apertiſſimi .C. de iudi. & Salyce. & Iaſo.in.l.finali.C.eodem. Anton.de butri.in.c.ſuſpitionis de officio delegati. nam iſti arbitri habent iuriſdictionem a ſtatuto. ergo ordinariam,quia lex ordinariam iuriſdictionem,& non delegatam tribuit.l.more. &.l.& quia.ff. de iuriſdictione omnium iudicum, & ſic cum habeant iuriſdictionem ordinariam, debent iudicare ipſos clericos agentes in iudicio: quia ſequi debent forum rei, & eius iudicem.vel dicamus:quod iſti arbitri habeāt vim delegatorū,& ſint delegati, prout tenuit Bartolus in dicta lege fin.C.de iudi.& Bald.in lege prima,in ſecunda col.C.de peri. & commo.rei vend.prout etiam dicam infra in quæſtione ſexta principali. tunc ſi ſunt delegati poterunt cognoſcere de cauſis clericorū,quia ſit tranſlatio inſtantiæ in iudicē delegatū,ſicut ſi ipſe ordina-

non occurrit ratio, quare iudex, super calumnia tali non possit ferre sententiam, postquam constat de ipso crimine iudici, vt iudici. Nam si potest laicum condemnare de crimine, quare non clericum pecunialiter? Et super eius calumnia ferre sententiam reseruata pœna, Nec debet secundũ eum processus calumniæ accusatoris separari, vel diuidi à processu principali, vt sic qui est competens in principali, sit competens in dependentibus, & connexis.l.secũda.ff.de iurisdictione omniũ iudicum capi. præterea de officio delega. Ex quo ergo videtur, quòd de qua re iudex cognoscit de ea pronuntiabit .c. cum super. de cau.pos.exequutione tamen suo iudici reseruata. dictum hoc Federi.refert & sequitur Maria.soci.in.c.postulasti, in.xviij. quæstio. de foro competen. & refert Abba.in capi.verum, columna quarta, eodẽ titul.& idem Soci.in capi.primo, in.xxij. quæstio. de foro competen.

¶Et facit quod adducit ipse, in dicto c.primo, in.xxj.quæstio.quòd si clericus fideiussit apud acta de iudicato soluendo pro aliquo laico, sententia lata contra principalem mandabitur exequutioni per iudicem laicum contra ipsum clericum, iuxta nota.in.l.fina.C.de vsur.rei iudica.& facit etiã pro hoc dictum Bald.in.l. acceptam, in prima columna, in versicu.in text. ibi actione vtili, quòd etiam clericus depositarius potest cogi ad restitutionem depositi per officium iudicis secularis, quia (dicit ipse) non procedetur propriè contra eum per modũ iudicij: sed executiuè. & ex consequẽtia officij suscepti. Facit etiam pro hoc. quia laicus potest reconuenire clericum coram iudice seculari, & iudex laicus ferret sententiam contra clericum, quæ etiã respicit, & personã si modo est causa ciuilis prout tenent Barto.& Alberi.in authenti.& cõsequenter.C.de senten.& dicit Deci.in cap.at si clerici, col.xij.de iudic.quòd ista est communis sententia. vnde dicebat Imol.in dicto.c.at si clerici, q͞d si clericus agat coram iudice seculari, & succumbat, clarum erit, quòd iste iudex condemnabit eum clericũ in expensis, iuxta .c. finem litibus de dol.& contuma. & .l. properandum. §.si autem alterutra. C. de iudi. Et sic ex his patet, quòd quãuis statutũ nostrum respiciat personam, & pœnam etiã in se contineret, clericos tamen potest cõprehendere, & comprehendit per suprà notata.

¶Et reperio, quòd nouissimè hanc sententiã tenuit Dec.in.d.c.ecclesia sanctæ Mariæ, colũ. xviij. versiculo tertio inferri potest.motus quia cõpromittere est de processu litis, vt not.dicit Bald.in.l.fratris.C. de transactio. Ergo videtur (dicit) quod clericus teneatur ad compromissum, quia in respicientibus ordinẽ, & processum clericus litigans in foro seculari obligatur, prout etiã forensis litigans in foro alieno, prout supra dictũ est in prin cip.quæstionis. idem videtur sensisse Bapti. de sancto Seuerino.in.l.omnes populi, colũ.clxxiij.nu.lxvij.ff.de iusti.& iu.

33 ¶ † Intellige tamen hoc maximè procedere, quando clericus in iudicio seculari intentaret remediũ iuris ciuilis, aut statutarij. Nam tunc non debet, nec potest in parte amplecti iu-

ra ciuilia aliorũ, & illa reijcere quatenus sibi displicent. vt notat Bal. in l. omni nouatione. C. de sacrosanctis ecclesijs, exemplificando, prout exẽplificat Corne. in. d. consilio. cxiiij. in secundo volumine, in litera. i. Quoties clericus intentat remedium. l. edicto. C. de edic. diu. adri. tol.

34 ¶ † Intellige etiam secundo, vt istud magis procedat, si in statuto diceretur, quòd si non potest quis cõpelli ad compromittendum, sibi ius non fiat, & iustitia ei denegetur. quã dicit Corne. in dicto consilio. cxliij. columna penultima, quòd in hac parte dictum statutum respicit iurisdictionẽ suorum iurium, & cognitionem causæ antequam decidatur. Et ideo non potest negari quin respiciat ordinaria iudicij seruetur itaque istud statutũ, quod est validum, vt not. per Iacob. butrig. in authentica cassa. C. de sacro sanctis ecclesijs. Dicens, quòd statutũ quod potestas non reddat ius clerico declinanti eius iurisdictionem valet, nam limitat iurisdictionem datã potestati à statuto. & Bal. ibi dicit, quod ita obseruatur, & faciunt nota. per Bartol. in. l. cunctos populos, & in. l. omnes populi. ff. de iusti. & iure. De statuto denegante audientiam quærelanti, post decem annos, sed si iudex non potest cognoscere de causa petito compromisso, cùm sint sibi ligatæ manus per statutum. si clericus vult, quod de causa cognoscatur, habet necessario facere compromissum: quia saltem cõpromittendum est, ne ei denegetur iurisdictio.

35 ¶ † Limita hanc conclusionem, quod clericus comprehendatur per statutum nostrum non procedere quotiescunque per statutũ vlterius procederetur, vt quia in eo dicatur, quòd laudum sequutum ex tali compromisso habeat paratam exequutionẽ. vel quòd reductio ad arbitrium boni viri peti non possit. Nam tali casu, cum tollantur remedia iuris contra iniquitatem arbitrorũ. statutũ videtur decisionem respicere, prout est de statuto prohibente appellationem à sententia diffinitiua, vt not. voluit Aretinus. in ca. quod clericis, in tertia colũna, de foro cõpetenti. quod idem est de statuto, quod contra instrumentum nulla exceptio opponatur, vt dicatur respicere decisionẽ, ita limitat Deci. in dicto capi. ecclesia sanctæ Mariæ, dicto versicu. Tertio inferri potest, & subijcit, quod hoc voluit in terminis Bald. in cõsilio, incipien. Punctus super quo consiliũ petitur, talis est. Dicit statutũ, vbi secũdum eũ loquitur in statuto prohibẽte reductionem, & alia iuris remedia contra laudum, & cõcludit tale statutũ nõ habere locum in clericis litigantibus in foro seculari. Hoc idem secundum eũ tenet Baldus in. c. fi. vt lite pendẽte vbi inquit, quod statutum de causis cõpromittendis (vt suprà dixi) magis respicit ordinem procedendi, idest coram quo, & qualiter procedatur, quã decisionem causæ, nisi forte alterata sit dispositio per potestatem arbitris attributam, & hoc idem videtur sensisse Soci. in prællegato consilio. lxxj. volumine quarto. Vbi nititur fundare intentionem suam, quod statutum super quo consuluit, prohibeat appellationem, & videbatur odiosum, vt dictum est suprà adducendo eius dicta, & videri potest in. d. consi.

Fœminæ

36 Fœminæ †An comprehendantur sub nostro statuto, cùm loquatur de masculis & in masculino genere. Dum dicitur inter aliquos propinquos, seu coniunctos iuxta.l.quisquis.ff.de verborum significatione,&.l.penultima, in fine.C. de præpos.sacri.cub.libro duodecimo,cũ alijs simili.in hac quæstione. Alexand. in consilio.cxxv. Viso processu,volumine septimo. concludit, quod fœminæ comprehendantur, & ipse,quẽadmodum,& masculi,teneantur compromittere.motus ex pluribus, quorum aliqua ad materiam nostrã faciẽtia subnectam.

¶Et dicit,quòd attento eo,quod statutum nostrũ loquitur per adiectiuum, seu per terminũ cõmunem,vt patet in ver.cõiunctos,ideo ex propria significatione cõprehenditur fœmina etiam in statutis.l.si quis id quod.ff.de iurisdictio.omnium iudicũ.l. prima, cum ibi nota. per Bartolum.ff.de verborum significatione.etiam non obstante relatiuo,qui,vt in dicta.l.prima, in versicul.si quis,& ibi per Bartolum. dum dicit quod hæc dictio quisquis, vel quicunque comprehendit ex propria significatione fœminam.& nota. Bartolus,in.l.si quis in tantã.C.vnde vi(dicit ipse) hoc habet locũ in materia indifferenti,vt declarat Bartolus, in.l.j.in fine princip.ff.de pecul.& in l.iura.ff.de legib. & Cynus, in.l.quicunque .C. de seruis fugitiuis, & ibi Bald.vbi dicunt,ꝙ si statutum disponat,ꝙ nullus vadat de nocte sub tali pœna comprehenditur etiam fœmina,vnde dicit Baldus,in.l.in multis. ff.de statu hominũ,ꝙ si statutũ dicit. quòd nullus audiatur volens opponere exceptionẽ,quod pactũ sit nullum cõprehendetur etiam fœmina. Et hoc casu secundum eum in statutis masculinum concipit fœmininum, quia statutum loquitur in materia, quæ est par maribus,& fœminis,& in qua est eadẽ ratio per text.in.l.fina.C.de indic.vid.tol.

¶Quinimò(ipse dicit)etiã si dictum statutum solũ loqueretur in masculino,secundum Hostiensem,in.c.Raynaldus de testa.& Archidiacon⁹.xvij. quæstione quarta. Si quis suadente cõprehendit effectualiter fœminam, si agitur de fauore,licet secus sit,si agatur de odio, per.l.primam.§.sed si.ff. de ven.in posses.mittẽ.&.l. cùm quidam .ff. de liberis, & posthumis, & ita intelligunt.l.primam, cum similibus.ff. de verborũ significatio. Sed ita est,quod statutũ prædictũ,qđ fieri debeat compromissum inter coniunctos,& affines, dicitur fauorabile, vt inquit Bald.in.l.qui se patris,in vltima colũna.C.vnde liberi. suprà in secunda quæstione,primæ quæstionis principa. & in hac quæstione, suprà in verb.emancipatus, & in ver.vir,& vxor,ergo comprehenditur fœmina.

¶Facit etiam secundum eũ glosam, in.l.Gallus,in principio,in verb. neptis.ff.de liberis, & posthumis, quæ probat,ꝙ dispositio legis correctoriẽ, vt est dispositio illius legis, si loquatur in masculino, concipiet fœmininũ ex idemptitate rationis,saltẽ in materia fauorabili,& ad hoc illã glo.ponderat ibi Rapha.cuma.maximè, quia loquitur statutum per adiectiuũ non substantiuum in masculino genere,& etiã loquitur per terminũ commu-nem,ex quo cõcludit,ꝙ comprehen-

datur fœmina, prout se habet magis communis opinio. saltem quando est eadem ratio indifferenter, vt in statuto nostro.

¶ Pro præmissorum confirmatione facit dictum Bald. in consi. xlvij. factum tale statuto communis, volu. v. vbi dicitur, quòd quotiescunq; statutū considerat agnationē, prout est statutum nostrum, frater ostendit sororem, & sic masculinum comprehendit fœmininum. facit etiam dictum Alexan. in consi. cxv. circa dubitationem, colū. fi. volu. secundo, vbi dicit, quòd adiectiuum coniuncti prolatum sine alio termino, comprehēdit etiam ex proprio significato, tam masculinum quā fœmininum. allegat Bart. in .l. prima. per illum tex. ff. de verb. signific. cum alijs superius adductis. Dictum hoc refert, & sequitur Ias. in. d. l. si quis id quod. in secunda col. in versicu. quarto prædicta, vbi concludit, quòd in materia statutaria masculinum comprehendit in se fœmininum allegando dictum Alex. in. d. cōsi. cxv. hoc etiam dictum Alexan. refert, & sequitur Deci. in cō sil. ccxxiiij. in casu proposito, in prima colū. in secundo volu. Vbi dicit, quòd sub nomine coniunctorum veniunt, tam fœminæ, quàm masculi. idem est (dicit ipse) appellatione posterorum, & appellatione proximorum, & appellatione propinquorum, idē etiam vult ipse Dec. in. l. fœminæ, col. xviij. num. cxij. ff. de regu. iur. Concludens, quòd in materia fauorabili masculinum cōprehendit fœmininū. Et sic firma est conclusio, quòd stante eo, quòd statutum nostrū est fauorabile, fœmina sub eo comprehendatur.

37 ¶ † Amplia hanc cōclusionē, vt etiam procedat in fœmina nupta, vt & ipsa cū suis propinquis teneatur compromittere. secundū quod cōcludit Alex. in. d. consil. cxxv. volu. vij. & inter alia adducit dictum Bald. in .l. cum quædam puella in princi. ff. de iurisdictio. om. iudic. vbi quærit Bald. An. in pœnis maleficiorum, & similibus mulier nobilis, nupta populari, erit popularis vel nobilis, & distinguit, quòd aut ratio statuti ponderat accidens, & inspicietur qualitas accidentalis, aut dubitatur quid consideret, & tunc attendi debet ratio magis fauorabilis argu. l. quod traditum. ff. de conditio. & demonstra. Sed in proposito nostro ratio statuti ponderat naturam, vt dixi suprà in verbo naturalis, & in verbo, Spuri*, vel posito, (vt dicit ipse) quod essemus in dubio. tamen, quia magis fauorabilis est illa ratio quæ operatur compromissum fieri debere. Ergo debet inspici qualitas naturalis, per quā magis fauetur compromisso, vt colligitur ex dicta distinctione Bald. pro qua etiam (dicit ipse) bene faciunt nota per Bartol. in. l. finali. §. penulti. ff. ad municipa. Pro hoc etiam adduci possunt ea quæ dicta sunt suprà, in verbo, vir, & vxor. vbi cōclusimus vxorem comprehendi sub statuto nostro.

38 ¶ † Limita prædicta non procedere, si extaret statutum, quòd mulier non posit cōtrahere, nisi sub certa forma, vt puta cum præsentia duorum propinquorum, vel cum decreto iudicis. nam tunc sine illa solennitate non poterit cōpromissum facere. vt concludit Ang. in. l. fi. §. necessitatē. C. de bonis. que lib. & sequitur Lanfran. in tracta. de arbitris. §. iuxta. quæstio. iiij. Sed aduerte, ꝙ ista limitatio non videtur procedere,

procedere, nec habere locum in materia statuti nostri: in quo dicitur esse compromissum necessarium. Et minores possunt de bonis suis compromittere sine aliqua solennitate iuxta formam statuti nostri, prout dicam infrà in verb. Minor. & tamen isti minores non contrahunt, neq; alienant, sine solennitate. Præterea statutũ nostrum loquitur de iudicio, & de dando iudicem, ex necessitate legis, vnde non potest dici, quod mulier contrahat, sed in iudicio stet, & successiuè sine vlla solennitate possit compromittere. bene autem posset procedere dicta limitatio, si haberemus respectũ ad ius commune, in quo nullus compromittere compellitur.

19 Minor † An cõprehendatur sub statuto nostro, vt & ipse teneatur compromittere insimul cum suo tutore, seu curatore intelligendo minorem infrà.xiiij.annum, & sic in pupillari ætate, & suprà.xiiij. vsque ad.xxv. Barto.in consil. Quæritur an statutum de cõpromissis, quod est.xl. in secundo volu. Dicebat, quòd pupillus non comprehenditur sub statuto nostro. Primo quia si statutum generaliter loquitur referendum, & intelligendum est, non obstante sua generalitate ad habiles in materia in qua disponit.l.prima.C.de sacro sanctis ecclc.vt.l.vt gradatim.§.& si lege.ff. de mune.& hono. Sed constat, quòd pupilli non sunt habiles ad compromissum faciendum: & si compromittant, ipso iure non tenet, vt.l. si pupillus.ff. de arbit. Præterea statuta debent sic intelligi, vt non inducant, absurdum, & omnis absurditas à iure municipali videtur esse excepta, vt.l.pomponius. ff.de nego.gest.&.l.scire oportet.§.illud.sed si nos diceremus pupillũ comprehendi sub lege municipali induceretur duplex absurditas. vna quæ allegationibus suprà proximis probatur. Secundò quia per illud statutum grauis læsio infertur pupillis. ꝙ autem ex hoc lædantur probatur in.l. si minor. §. minores.ff. de minor. Itẽ reperitur in alio læsio: quia si corã iudice litigaret: & iudex malam ferret sententiam iudex litem suam faceret. quod nõ est in arbitro: & in alijs multis posset reperiri læsio. Nec obstat secundum ipsum.l. si sine hærede.§.lucius.ff.de admini.tuto. Vbi dicitur, quòd consuetudo, quæ respicit rem, sicut ligat maiorẽ, ita ligat minorẽ. & glo.C. quæ sit long.consue.in.l.secunda. Nec etiam quia pupillus potest transigere, vbi dubium est ius ipsius, vt not.in.l.præses. C.de transactionibus. Et potest etiam iusiurandum deferre, vt.l.tutor, &.l. iusiurandũ, quòd ex conuentione.§. primo, &.§.secũdo. Et hoc vbi est dubium, ius pupilli, vel probationes aliæ deficiunt, quia hæc omnia sunt intelligenda in compromisso facto in arbitratorem. secus in arbitro. tunc enim eo ipso non læditur. potest tamen esse, quòd eius interest, quia habet causam dubiam, sicut interest, quãdo iuramentum defertur, vt.d.l. tutor de iureiurando.

¶Secundo istud dictũ Barto. sequitur Alexand.in consil.lxij.in causa, & lite vertente, colũ. tertia. volu.vij. vbi dicit, quòd statutum de compromissis non ligat minores, potissimè per .l. si minor.xxv.ann.filiofa.§. minores.ff. de mino. Et maximè (dicit ipse) quando statutũ arctaret ad cõpromittendũ

de iure,& de facto: quia tunc nunquã curator minoris potest cõpelli ad tale cõpromissum. allega. Ange. in. l. imperatores. ff. de pactis. Et dicit, quòd ex eo, quia arbiter in quem cõpromittitur de iure, & de facto, habet potestatem auferendi de iure vnius, & dandi alteri, vt not. in. l. si de meis. §. recepisse, & in. l. sed si in seruum. §. si iudex. ff. de arbitris, & nota. Barto. in. l. si societatem. §. arbitrorum. ff. pro soc. & Cano. in. c. quintauallis, de iureiuran. Sed curator, vel alius administrator non potest remittere, aut donare, sed concedere potestatem donandi, vt no. in. d. l. imperatores, & in. l. tutoris. ff. de pac. & plene in. l. præses. C. de transactio. ergo &c. Præterea quando statutũ tractaret de auferendo iure quæsito ipsi minori, seu de inferendo ei damnum: nunquã statutum cõprehẽdit minorem, vt egregiè decidit Bart. in. l. si. in fine. C. in quib. cau. in integ. resti. non est necess. & Anto. de butri. in. c. constitutus de resti. in integ. Sed per talem potestatem cognoscendi de iure, & de facto, de qua in nostro statuto tractatur, de auferendo iure ipsius minoris, & de inferendo sibi dãnum. & isto modo (dicit ipse) limitantur iura, quæ dicunt, quòd statuta, vel consuetudines ligant minores.

¶Tertiò comprobatur, quia videmus, quòd minor non potest compromittere super rebus quæ non possunt alienari sine decreto iudicis, & auctoritate tutoris, & curatoris. nã ipsum compromissum est quædam transactio in arbitrium boni viri collata, & boni viri arbitrio moderanda: & ideo requiritur decretum, ita dicit Bald. in. l. prima, in secunda oppositio. C. si aduer. transac. & idẽ Bald. in simili. in. l. præses. C. de transactio. Vbi vult, quòd si fit cõpromissum per minorẽ, vel prelatũ super re immobili, quæ sine solennitate non potest alienari, de qua in. l. magis puto. §. non possunt. ff. de reb. eo. & in. c. sine exceptione, duodecima quæstio. secunda, non potest fieri sine illis solennitatibus. non tamen requirunt postea dictæ solẽnitates, in prolatione laudi, seu in ratificatione. ita tenet Socinus in consilio quinquagesimo secundo, viso instrumento sindicatus. colũna prima, volumine quarto. Et videtur sensisse Lanfran. in tractatu de arbitris. §. iuxta. in principio. Qui subiungit, quòd istud est verum siue res immobilis, super qua debet fieri transactio, vel cõpromissum, sit penes minorem qui petit, siue apud aduersariũ à quo petitur per minorem. alleg. gloss. in. l. non solum. C. de pred. mino. vnde ad prædicta facit dictum Ludo. bolog. in consilio. vj. in. ij. colũ. Vbi dicit quod procuratores, tutores, & curatores pupillorũ, vel minorum compromittere non possunt: quia cõpromissum est quædam alienatio. l. imperatores. ff. de pactis, & Bar. in. d. l. nõ solũ, quod etiã ponit Ias. in. l. ij. in prima colũ. ff. de officio eius, & sequitur Deci. in consil. xxxix. iuridicam, colũ. prima, volu. primo.

¶Pro alia parte, quod minor teneatur & ipse compromittere, adducũtur cõplura.

¶Et primo tex. in. l. si plures. ff. de pac. vbi de re pupilli ex necessitate legis, & de eius credito pactum fieri debet debitori, vnde infert Angel. ibi quod eadem ratione poterit tutor in causa pupilli cõpromittere de iure, & de facto, si

cto, si ex forma statuti arctatur ad cōpromittendum, & ita dicit ipse, quòd obseruatur.

¶Secundò facit text. in l. fina. C. de in integ. restitu. mino. vbi dicit imperator, quòd non videtur circūscriptus, qui iure communi vsus est. vnde dicit ibi Pau. de castr. quòd ille text. potest ibi exéplificari (si dicit statutū) quòd causæ inter consanguineos debeant compromitti. minor litigat cū consanguineo, fuit coactus cōpromittere (dicit ipse) iste vtitur iure communi, quia facit id quod habet necesse facere, si postea lædatur: quia feratur contra ipsum sententia, non læditur casu fortuito, & non restituitur propter hoc quòd compromisit. secus si non fuisset arctatus per statutum quoniam eo ipso, quod cōpromitti, læderetur. l. si minor. §. minores. ff. de minoribus, & tunc dicit ipse, lex illa si deberet sic exponi. minor, qui iure cōmuni vsus est, aliqué actū faciendo non propter hoc videtur circūscriptus.

¶Tertio facit quod voluit Bald. in d. l. fina. inferendo ex gl. vbi dicit, quod ille tex. potest exemplificari in iure cōsuetudinario, seu municipali. & ideo facit ad quæstioné statuti nostri, quod omnes causæ inter affines, & consanguineos debeant cōpromitti, quod si minor fecit istud cōpromissum, & vult in integrum restitui, quod non possit, quia istud est compromissum necessarium vnde minor vtitur iure cōmuni, id est municipali, quod ligat minores sicut maiores. ff. de administra. tuto. l. sine hærede. §. lucius, & ibi not. Iaco. de are. & dicit minorem contra consuetudiné non restitui quę verba sunt glo. & Odofre.

¶Quarto facit dictū Pau. de ca. in. l. nam, & postea. §. si minor. ff. de iureiuran. Vbi dicit, quod dato, quod minor non possit efficaciter cōpromittere in arbitrū, attento, quod si cōpromittit incōtinenti læditur. Ex eo quia tollitur facultas appellandi, tamen bene potest cōpromittere in arbitratorem; quia ab eius sententia potest peti reductio ad arbitriū boni viri. l. societatem. §. arbitrorū. ff. pro socio. & d. c. quintauallis, de iureiurā. Vnde cū per statutū nostrum detur facultas appellandi, certum est, quod minor poterit compromittere, & erit validum, prout infert Alexan. in d. consi. cliiij. col. secunda.

¶Quinto facit dictum Barto. secundū Alexan. in consi. xlvij. nunquid tutor, vbi dicit, quod stante statuto nostro, aut pupillus cōpromisit in eū qui ex iurisdictione poterat de causa cognoscere, & tunc quia à sententia ex sua iurisdictione poterat appellari nō à lata ex compromisso, vt. l. prima. C. de arbitris, tunc dicitur læsus, vt in d. §. minores, & in sui præiudicium non tenet, vt. ff. de arbitris. l. sed si in serū. sed si compromisit in eum qui ex iurisdictione non poterat cognoscere, & sic tanquam in amicabilem compositorem, & tunc compromissum factum cum authoritate tutoris tenet, & non dicitur lęsus, nisi doceatur de lęsione, vt dicta. l. si pupillus. ff. de arbitris, & l. diem proferre. §. penul. eo. tit. Et sic constat, quòd quando pupillus potest appellare, certum est, quod venit sub statuto nostro, vt innuit Bartol. in d. consi. vnde cū detur facultas appellandi per statutū nostrū clara est dispositio, quod in eo comprehendatur.

¶ Sed aduerte ad vnum, quod Petr. de anchara.in capitu.primo,de consti. in.xij.quæstio.quasi in fine,in versic. circa istos minores,dicit.quòd Barto. in.d.consil.Nunquid tutor.distinguit hoc modo,quòd aut minor compromisit in eũ qui poterat ex iurisdictione cognoscere,& hoc ipso læditur,aut compromitti in alium,& tunc aut cũ auctoritate tutoris,& de re dubia,& incerta,& tunc potest,aut de re nõ dubia,& nõ potest.Quia dico,quòd iste modus,& intellectus non fuit de mente Barto.sed Bart.ibi facit duas quęstiones,& quærit an stante statuto,pupillus cum auctoritate tutoris possit compromittere,& tunc distingit.si cõpromisit in eum qui habet iurisdictionem,aut in eum qui nõ habet,postea respondet alteri quæstioni, quæ est, an tutor solus possit cõpromittere de re pupilli.& tunc distinguit,si est res dubia,aut si est res certa,& ita intelligit illud consil.Barto.facientis duas quæstiones.Alexan.in.d.consil.ccliiij. in prima colũ.in fine,volumi.vj.nec est differentia,dicit Alexan.quòd pupillus petat cõpromissum,vel quod ab eo petatur,cum sit eadẽ ratio in vtroq; casu.

¶ Sextò facit statuta generaliter disponentia.etiam minores comprehendũt capitu.constitutus.de restitu.in integrũ.& dicta.l. fine hærede.§.Lucius, & declarat Barto.in.l.prima.C.si aduer.dot.& in.l.si mater.C.ne de stat. defunct.& Roma.in sing. suo vlti.& Alexand.late in consilio.lv.quoniam omne datũ,colũ.vij.volu.vj. Propter quod clare apparet,quod minor comprehenditur in statuto nostro.Et cõpromittere tenetur insimul cum eius tutore,seu curatore,cum hæc sit communis opinio.

¶ Et per prædicta hanc conclusionẽ, quod minor in statuto nostro cõprehendatur,ponit Bald. Salyce . Areti. Pau.de cast.& Alexand.qui dicit.hãc opinionẽ esse veram,in dicta.l.fin.C. de in integrũ restitu.tenuit etiã Ange. Paulus de castro.& Alexand.in.d. l.si plures.ff.de pactis,& Ias.in.l.si plures,quã legit in.l.& suũ in.§.hodie.ff. de pactis,& Alexand.in.l.iusiurandi. ff.de iureiuran.vbi simpliciter trãsit, & idem Alexand.pro ista parte consuluit in consilio.ccliiij.abunde satis, volu.vj.vbi late loquitur.& de hoc cõsilio facit mentionẽ ipse Alexand.in dicta.l.si plures,vbi dicit,quod secundum istã opinionẽ consuluit,& obtinuit,& ponit etiam Bald.in consilio cccl viij. super eo,quod quæritur,volu.iij.& Ludo.bologni.in addi.ad cõsi.Ioan.de ana.in consilio.xlviij.circa præsentem causam.

¶ Ad adducta pro parte contraria,& ad consi.Barto.incipien.quæritur respondet Alexand.in.d.consilio.ccliiij. colũ.penulti.volu.vj. Et dicit,ꝙ non obstat primo,quod statutum generale debeat referri ad ꝑsonas habiles.&c. Quia respõsio est euidens,cũ licet dictus pupillus non sit habilis ad cõpromittendũ:tamen cũ auctoritate tutoris est habilis.d.l.si pupillus.Non obstat,ꝙ statutũ prædictũ cõtinet absurdum ex eo,ꝙ grauis iactura infertur pupillo,quia per cõpromissum priuatur beneficio appellandi,vt probatur in dicto.§.minores,quia duobus modis respondet,& primo,ꝙ tex.in.d.§. minores loquitur de iure communi, quo iure nullus cogitur ad cõpromittendum.

tendum.vt not.per glo.& latius Bar. in.l.qui furti.§.quod iussu.ff.de insa. Sed nos loquimur in casu, in quo ius municipale arctat generaliter coniunctos, vsq; ad quartũ gradũ ad compromissũ, vnde minores vti debẽt eo iure communi, quo vtuntur alij cõiuncti in loco illo.d.l.fina.de in integ.restit.&.d.l.fine hære.§.lucius.alias sequeretur, ꝙ nunquã statutum ligaret minores contra illum textum.

¶ Item tollitur absurdum. quia si contingeret contra pupillum iniuste iudicari per arbitros, poterit se tueri implorando restitutionem in integr. aduersus sententiã, per id quod not.in.l. secunda, & per to.tit.C.si aduer.rem iudi.&.l. minoribus.xxv.annis, cũ.l. sequen.&.l.si ex causa in fine.ff.de mino. Et sic licet non posſit restitui aduersus statutũ, vel compromissum factum, ex necessitate statuti: tamen poterit restitui aduersus effectum statuti & aduersus sententiam sequutã ex compromisso facto ex necessitate statuti.ita declarat Bald.in.l.prima.C.si aduer.dot.in principio.

¶ Item respondet, ꝙ text.in.d.§. minores loquitur quando fuerit cõpromissum in aliquem qui ex ordinaria iurisdictione poterat de causa cognoscere, tunc enim læditur minor: quia à sententia illa potuisset appellare: sed vbi compromittitur in alium non læditur, vt expresse firmat Bart.in præallegato consil.incipien.nunquid tutor.&c.& Petr.de ancha.in.d.c.canonum statuta, tunc ipsemet Barto.in proximo allega.consil.limitat, & declarat ea quæ dixerat in alio consilio incipien. quæritur an statutum.&c. ꝙ debeat distingui, an compromittat in eum qui poterat ex sua iurisdictione cognoscere, aut in alium.

¶ Præterea secundũ ipsum alio modo potest responderi, quòd scilicet à sentẽtia talium arbitrorũ necessario electorũ ex forma statuti liceat appellare per nota.per Barto.& Bald.in.l.fi. C.de interdict.& alios per eũ ibi adductos, de quo dicam infra in quæstione decima principa. & per hoc minor non grauatur, cum posſit appellare.

¶ Sed potest etiã responderi ad prædicta per statutum nostrũ, in quo datur facultas appellandi. vnde cũ nõ in alio fundentur rationes Barto. nisi ꝙ minor læditur ex inhabilitate appellandi: & sequuntur absurditates de quibus per eum, quæ omnia cessant cum per statutũ nostrum de casu appellationis prouideatur.

¶ Ad aliud, quod dicitur in dicto consil. Barto. quòd minor læditur: quia si iudex inique iudicauerit, facit litem suam. quòd secus est in arbitro, respõdet Alexand. tribus modis. Et primò quòd in hoc minor non læditur compromittendo: quia vtitur iure cõmuni, idest municipali, quod in loco pro lege seruatur. vnde non dicitur læsus, vt prædictũ est. Secundo, q̃a si iniquè iudicabitur contra eũ per arbitros, habet remediũ restitutionis in integ. ergo sibi succurritur, vt dictũ est, Tertiò respondet quòd imo arbiter facit litem suam, si male iudicat. vt est text. in.l.si quis in conscribendo.C.de pac. cum alijs de quibus dicã infra in quæstione.ix.principali.

¶ Ad secundũ dum dicitur ex mente Alexand.in.d.consilio.lxij.volu.vij.ꝙ tutor non potest cõpromittere de iure, &

re,& de facto:quia non poteſt remittere,aut donare.Reſpondetur ꝙ illud habet locum de iure communi,& attenta eius diſpoſitiõe.ſecus autem in caſu noſtro,vbi eſt ius municipale,& neceſsitas compromittendi.quo ſtante poſſunt compelli minores ad compromittendũ cum auctoritate ſuorũ tutorum,& ita reſpondet Alexand.& Paul.de caſt.in.d.l.ſi plures,& omnes alij ſuperius nominati tenentes hanc partẽ,& ex hoc,reſponſum datur tertio fundamento,vel dicas ꝙ tutor nõ poteſt ſolus compromittere.ſecus autem pupillus cum tutore,prout dicã infrà in ver.tutor.diſtinguẽdo vt ibi, vel dicas quò arbitri habentes poteſtatem iudicandi de iure,& de facto nõ tamen poſſunt auferre de iure vni,& dare alteri,nec dãnũ inferre , vt dixi ſuprà in prima quæſtio.princi.in verbo.de facto.

¶ Nec obſtat doctrina.Bart.alleg.per Alexand.in.d.conſilio.lxij.in.l.fina.in fin.C.in quib.cau.reſtitu.in integ.nõ eſt neceſſ.quòd ſub ſtatuto,in quo minor damnũ patitur,non cõprehendatur,quia dico,quòd ipſemet Alexand. in conſilio.lxv.quoniam omne datũ. colũna.vij.volu.vij. tenuit contrariũ, & dicit.quòd minor comprehenditur per ſtatutũ per text.in.d.l.ſine hærede,& dicto.c.conſtitutus.& ſubiũgit, quòd dictũ Barto.ſuprà appoſitum in d.l.fin.C.de in integ.reſtitu.doct.communiter reprehendunt. quia text.in d.l.fina.non facit differentiam,an tractetur de lucro,vel de damno.& dictũ Barto.videtur,contra text.in.§.pupillus in auct.de hæredi.& fal.Ex quo patet quòd Alexand.aſſumpſit fundamentũ ex dicto Barto.cõmuniter improbato,& contrarium cõſuluerit in præallega.conſi.lxv.quod idem tenet. & Barto.opinionẽ improbat in.d.conſil.quæritur,in.d.l.ſi plures in fin.ſed poſſet excuſari Alexand.de eo,quod dixit in.d.conſil.lxij.quòd illud conſi. fecit ſtudendo in libris alienis,vt dicit in.d.conſil.in fi.

40 ¶ † Intellige prædicta,vt minor cõpromittat,cũ auctoritate tutoris,ſeu curatoris.vt dicit Specu.in titu.de arbitr.§.reſtat.ver.ſed quid in minore, vbi pupillus ſine auctoritate tutoris compromittens non obligatur ciuiliter,naturaliter autem ſic.fideiuſſor tamen efficaciter tenetur,vt.l.ſi pupillus.ff. de arbitr. in iudicio vero dato etiam fideiuſſore nõ poteſt eſſe ſine tutoris auctoritate.l.diem proferre.§.coram.ff.eo.vbi de hoc.l.cum & minores.C.ſi aduer.rem iudi.l.clarum. C. de auctoritate præſtanda.l.acta.§.fin. ff.de re iudi.niſi (dicit ipſe) in momentanea poſſeſsione,vt.l.fina.C. qui legit.per.ha.ſtan.in iudi. Hoc idẽ dicit Azo in ſumma de arbitr.in.ij.colũ. verſi.quid de minoribus,& Hoſtien. in ſumma eo.tit.in.§.de qua re verſi. quid de minore.

41 Sed quid. † Si adultus nõ habet curatorẽ,& cõpromittit ſecundũ formam ſtatuti,an compromiſſum teneat?Specu.in.d.§. reſtat.d.verſi.ſed quid de minore.dicit ꝙ quidã tenebant,quòd poteſt cõpromittere.argu.d.l.ſi pupillus,& in hoc differt iudicium ab arbitrio,vt in l.ſi curatorem.C.de integ.reſti.mino. Alij ſecundũ ipſum dicunt ꝙ non poteſt cõpromittere:& ſi compromiſerit ſimpliciter expectabitur,donec pater conſentiat,vel curatorem habeat.l.ij.

C.qui

C.qui legit.perso.ha.stan.in iudi.l.cũ & minores.C.si aduer.rem iudi.Nec etiã tenet compromissum.argu.x. distinctio.capitu.vides,&.l. Pędius.&.l. sequé.ff.de arbi.& hoc videtur tutius ita dicit Specu.Sed Lanfr.in tracta.de arbi.in dicto.§.iuxta in versi.sed quęro,dicit quòd tale compromissum valet,cũ posit ceteros contractus celebrare,vt dicta.l.curatoré haben.C.de in integrum restitutione mino.Tamé dicit ipse postea litigãdo debet interuenire curatoris auctoritas,vt not.Ange.in simili.in.l.fina.§.necessitaté. C. de bonisque liberis.& Hostié.in summa.de arbit.in dicto.§.de qua re.versi.impeditur.vbi dicunt ꝙ filiussami. potest facere cõpromissum sine cõsensu patris,per text.in.l.licet.§.filius.ff. de pecu.tamen postea litigãdo debet interuenire consensus patris.vt notat Ange.in dicto.§.necessitatem.

¶Sed puto ꝙ in casu statuti cõpromissum nõ teneat.nã arbitri electi,ex forma statuti nostri,secũdũ aliquos sunt loco ordinariorũ,& secundũ aliquos sunt loco delegatorũ,vt dicã infrà in secunda quæst.sextæ quæstionis principalis.ex quo cũ coram eis ordinariè procedatur,& secundũ formã iuris,& secundũ formã etiã statuti nostri.nõ potest negari,quin non dicatur talis adultus compromittens,& agens esse iudicio,& eo maximè quia compromissa quãuis fieri possint etiam sine eo quòd sit cæptũ iudicium.attamen à cõmuniter accidẽtibus,prout quotidie versatur in practica ex forma statuti nostri.fiunt iam cæpto iudicio & sententia de compromittendo est interlocutoria habens vim diffinitiuè, vt dixi infrà in prima quęstione principali in verbo,appellare,& presertim quia quemadmodum iudicium infertur in inuitum.l.inter stipulantem §.primo.ff.de verborum obligatione: ita & arbitrium resultans ex statuto nostro,cum compellantur compromittere,ꝙ in hoc parificatur cum iudicio.

¶ Nec obstat simile adductũ per Lanfran.quòd posit à principio compromittere.& ex post facto interueniat cõsensus:quia si non interuenit à principio,& litem agendo interueniat,actus est nullus.prout dicit Barto.in.l.contra pupillum post Dyn ff.de re iudicata.& in.l.cum minores.C.si aduersus rem iudicatam.vbi dicit loquendo in minore,qui non sit defensus à principio.licet in fine sic sententia est nulla:quia legitimè nõ fuit inchoata, cũ sua persona.vnde si adultus compromiserit à principio sine curatore actus est nullus.

42 ¶ † Sed quid si cõpromissum est per aliquem (nulla facta mentione etatis) ille talis præsumitur maior.prout no. Ioan.Andreæ in additio.ad Specu.in tractatu de arbitr.§.restat versi.quid de minore:ꝗa qlibet præsumitur idoneus.nisi cõtrariũ probetur.l.ab ea.§. fi.ff.de probatio.& consuluit Capr.cõsil.lxix.col.j.

43 Filiussfamilias. † An veniat sub statuto nostro vt posit compromittere sine consensu & licentia patris.Hostien.in summa in titu.de arbitr.in.§.de qua re.in versicu.impeditur.dicit simpliciter quòd filiussfamilias.potest facere compromissum, allegat textum in.l. licet.in.§. si seruus. & in.§. sed filius. ff. de pecu. Bartol. in. l. finali in. §. necessi

necessitatem.C.de bon.quę libe.formando quæstionem.an corã arbitro possit esse filius sine consensu patris. dicit.ꝙ gl.in.d.§.necessitaté.dicit,ꝙ sic per text.in.l.iij.in.§.si filius.ff.de pecu.ipse auté Bar.distinguendo dicit,aut queris.an filius ipse possit cõpromittere,& certè potest:quia compromissum est cõtractus ita intelligatur gl.aut queris.an acta p eũ valeãt, ita ꝙ sortiantur effectum ac si essent facta corã iudice,vt.l.cũ antea.C.de arbit.& tũc dicit ipse tenẽdo opinionem glosæ,ꝙ filius nõ est integer homo.nec valét acta per ipsum,sicut nec corã iudice,vt.l.j.ff.de arb.intelligẽdo secũdũ distinctionẽ per eun.in.d.§.necessitaté datam,in illis causis,in quibus filius non põt esse in iudicio sine consensu patris.

¶Sed Bald.in.d.§.necessitatem,trãsit cum opinione glo.& tenet filiusfam.potest esse corã arbitro sine cõsensu patris, & mouetur.Nam cum in compromisso non contineatur pater.ergo non habet iudicium validare,vel inualidare. Prætereа dicit ipse text.in.d.§.necessitaté.non loquitur in compromisso,sed loquitur in iudicio.quod apparet:quia in eo tex.dicitur necessitate per officiũ iudicis imponenda cõsentire filio:sed hoc non põt arbiter,quia pater est extra personas cõpromittẽtium . Prætereа(dicit ipse)processus arbitri nõ est auctorizabilis.l.j.C.de arbi.ergo &c.

¶Vnde ex præmissis infert ad quæstionem,pone sunt duo statuta in ciuitate. vnum quòd filiusfamilias non possit se obligare sine consensu patris. Aliud quòd omnes causæ debeãt cõpromitti. nunquid filiusfamilias poterit cõpromittere sine consensu patris?& respondet Bald.quòd sic:quia statututum de compromissis est magis speciale . Item quia compromissum potest fieri his verbis compromittimus in talem nulla obligatione intercedente,sicut mandatũ,& prorogatio iurisdictionis.& hoc est quod vocatur compromissum nudo pacto, vt in.l.penultima.C.de arbitris , ita Bal.& hanc illationem Bald.de duobus statutis ponit Alex.in.l.quæsitũ. §.si quis fundũ in addi.Bar.in verbo, tractatus.ff.de liber.leg.& idem Alexander in consilio.xxviij. Quoniam abundè,& eleganter volumine.j.columna secunda.

¶In hac quæstione puto id magis verum esse:ꝙ ex forma statuti nostri,si compromittatur per filium:debet interuenire consensus patris.Intelligẽdo hoc regulariter in illis causis . in quibus filiusfam.nõ potest esse in iudicio sine consensu patris,prout ponit Barto.& alij in dicto.§.necessitatem,& Socinus qui dicit quòd hoc est regulare.ꝙ filiusfami.non potest esse in iudicio sine cõsensu patris.& dantur,multæ limitationes per eũ in sua regu.cxcv.in verb.filiusfa.& ad hoc tenendum moueor per superius adducta.in verbo,minor in fine. Nam isti arbitri electi sunt.aut ordinarij, aut delegati.& sic ordinariè proceditur coram eis(stante forma statuti nostri)quemadmodũ proceditur coram iudice (& vt prædixi) ferè semper cõpromissum ex forma statuti nostri fit ,cæpto iã iudicio.& dicitur esse quædam portio iudici iam cæpti. Nam si isti arbitri sunt iudices ordinarij,clarum est,ꝙ portio primi iudicij:&

cij: & ex prorogatione partiū transfertur in arbitros. Aut sunt delegati: & eodem modo portio est. cùm iurisdictio, quæ erat penes ordinariū, trāsfertur in arbitrium, vt in eius delegatum (prout dixi supra) in verbo. clericus ex mente Bal. in consi. v. volumine secundo. Et ijs stantibus succedit dictum Bartoli in dicto. §. sed si filius in fine dicentis formando hanc quæstionem, ꝙ aut agitur ex sententia arbitri tanquam ex iudicio, & tūc pater debet consentire. l. cùm antea. & l. ne in arbitris. C. de arbitris. aut agitur ex contractu, & tunc secus. ꝙ not. (dicit ipse)

¶ Præterea dicebat Rapha. Fulgo. in d. §. sed si filius. quòd ille textus non concludit, quòd filius possit compromittere sine cōsensu patris: quia ille. §. loquitur in his casibus, in quibus filius potest esse in iudicio, sine patris voluntate, vt in. l. tertia. § sed vtrū. ff. de minor. & ideo sequitur de adiudicati actio. In causis autem, in quibus olim non poterat esse in iudicio sine voluntate patris, quòd in illis nō possit agere compromissum sine patris consensu. vt dicit ille. §. vnde si quis admitteret illam sententiam, ex generalitate. l. primæ. ff. de arbitris, ꝙ in causis in qbus patri defertur vsusfructus: in his sicut non pōt filius esse in iudicio sine patris volūtate, ita nec compromittere nō peccat mortaliter. ita Fulgosius in. d. §. sed si filius.

¶ Non obstat secundum Corneum in dicto. §. necessitatem, quod dicitur per Baldum, quòd arbiter non potest cogere patrem. sed sit cogendus per officium iudicis. nam tex. in dicto §. necessitatem. non dicit, quod compellatur per iudicē causæ magis quā per alium iudicem. Ideo licet arbiter non compellat, tamen compelli posset per iudicem. Et pro hoc etiam facit (quod dictum est suprà) in verb. clericus, vbi pœna quæ imponitur clerico per arbitrū potest exequi per iudicem ordinarium.

¶ Et prædictam opinionē Bar. tenent Ange. Salyce. Petr. Cyn. & Corne. in d. §. necessitatē, & Lanfr. in tracta. de arbi. §. iuxta. qō. ij.

44 ¶ † Quæro, stantibus præmissis si filius agit contra patrem in casu, in quo lis inter patrem, & filiū esse potest de quo in. l. lis nulla. ff. de iudicijs. & ibi gloss. & Bartol. & alij, & in capitu. finali. de iudi. & contra patris voluntatem est in iudicio, cùm iudicium sit inuitū, & filius petat à patre vt sibi assignet aliquam portionem, aut aliqua bona, vt de illis ipse filius possit disponere ab libitū, vel saltem de fructibus. an pater possit compelli ad faciendum compromissum secundum formam statuti nostri. Baptista de sancto Seuerino in. l. frater à fratre. ff. de conditione indebiti, in quæstione vigesimatertia, & vigesimaquarta. Tangit hanc quæstionem, & dicit ꝙ nō. Nam pater nō tenetur ad dandum, nec ad assignandum aliquā partē ipsi filio. & licet dicatur, quòd hæreditas parentum debeatur filijs, & ipsis competat ius quoddam succedendi. l. in suis. ff. de liber. & posthumis, cum alijs. Tamen pater nihil debet in vita præstare (sola est enim spes succedendi post mortem parentum) quæ spes non habet ius causatum de præsenti, vt declarat Bartolus in. l. is potest. ff. de acquirendā hæredit. ponunt.

nunt.glo.& Bart.in.l.si emancipata. C.de iur.& fac.ignoran.& ex pluribus alijs concludit,quòd filij hæc non possunt petere.& in dicta quæstione vigesimaquarta inferendo non teneri patrem ad compromittendum in tali causa, ex forma statuti nostri, cum filio ita petente, cùm constet, q. dicta petitio est notoriè iniusta,& calumniosa, neque competit actio, igitur laceranda secundum doctores, in.l. prima. ff. de offic.assessor.item quia hoc esset contra mentem statuentium qui voluerunt minuere lites nõ augere,nec per indirectum fauere calumnijs.

¶ Item quia videtur hoc etiam decidi ex textu nota.in.l.fina.patronus liber.ff.de iureiurando.vbi doctores colligunt quod super actione non cõpetenti contra personam cõuentam, non cogitur contestari litem. ergo impeditur litis ingressus,tunc succedit pulchra doctrina,quecunque exceptio impedit litis ingressum, eadẽ impedit compromissum, secundum Bald.in.l.si iudex nutriri.ff.de his qui sunt sui, vel alieni iuris.& in.l. fratres.C.de transaction.& ita vidit consulendo teneri per doctos viros in proprijs terminis nostris, pro quorum comprobatione,vide quæ dicam infrà in quæstione sequenti.in verbo, causa clara,& in verbo exceptio,& in verbo,exceptio actionis non competentis.

45 Forensis † An ligetur statuto nostro, Paulus de castro, in consilio trecentesimovigesimo. Quod in causa appellationis.columna finali,volumine primo,prout dixi suprà in verbo, clericus & hic repetam,quia est locus suus, dicebat quod ex eo quia statutum nostrum magis respicit ad ordinem procedendi quàm ad modum pronunciandi ligat forenses, & exemplificat in casu.si sunt duo pistorienses consanguinei, qui litigant florentię,vbi est statutum de causis inter consanguineos compromittendis, pistorij vero non est. si alter peteret compromissum deberet concedi,attento statuto Florentiæ quod est seruandum in concernentibus modum procedendi. non autem esset attendendum statutum pistorij, quod solum attendi debet in concernẽtibus decisionem. quia statutum tale de compromissis licet ordinetur, vt causa decidatur, non tamen per quem modum decidatur.& ita dicit ipse,vidi teneri,& est verissimum apud quemcunque intelligentem, sicut in simili notat Bartolus, de statuto, quod possit procedi per inquisitionem.l.cunctos populos.C.de summa trinitate. vbi quantum ad modum procedendi per inquisitionem vel accusationem dicit inspiciendum statutum loci, vbi delictum est commissum.sic vbi agitur de modo procedendi.sed an debeat procedi ordinariè coram iudice, vel coram arbitro seruanda sunt statuta loci, vbi agitur.sed cum agitur per quem modum sententietur, & terminetur.tunc statuta loci contractus.

¶Hoc idem dicit ipse Paulus de cast. in consilio octuagesimo,super primo dubio, seu quæsito, columna secunda,volumine secundo,vbi ponit quęstionem suprà tactam, an soluta affinitate vigeat dispositio statuti nostri,

& dicit

& dicit quòd si duraret affinitas, videretur ꝙ statutum de compromissis ligaret mulierem ibi agentem, licet sit de alio territorio: quasi concernat modum & ordinem procedendi. & constat, quòd quantum ad hoc seruantur statuta loci, vbi iudicium agitur. l. tertia. ff. de testibus. l. cum clericis. C. de episcopis & clericis. & ibi per Cynum Baldus, in. l. prima. C. quæ sit longa consuetudo. videtur tangere hanc quæstionem, sed reliquit indecisam. dicit tamen, ꝙ hoc statutum, ꝙ cōpromittatur de iure, & de facto respicit coniunctim ordinatoria, & decisoria.

¶Circa hanc quæstionem, clara est omnium conclusio post Bart. in. l. prima. C. de summa trinita. ꝙ in ordine procedendi statuta loci, in quo proceditur, ligant forenses, & sic quantum ad hoc, certum est, quòd forenses ligantur per statutum nostrum in ea parte in qua respicit ordinatoria, quoad illud autem, quòd respiciat decisoria, vt dixit Baldus & alij scriben. quos posuit supra in hac quæstione, in verbo clericus. dico quòd non potest negari statutum nostrum continere in se quoddam mixtum partim ordinatorium, & partim decisorium. vnde succedit dictum Abbatis, in. c. super quæstionum. §. si vero. de officio delegati. determinans. quod quotienscunque est aliquod compositū ex diuersis speciebus, non habens per se certam naturam, seu determinationem, tunc id totum compositum assumit naturam alterius speciei, secundum quod iuri minus derogatur. sed certum est quod si volumus dicere ꝙ statutum nostrū respiciat totam partem ordinatoriam minus derogatur iuri communi, illius loci. & sic iuri statutario, vbi causa agitur. & per consequens ordinatoriū debemus nominare. Præterea possumus dicere vt dicit Abbas in dicto. §. si vero quod compositum assumit eam partem, in qua est minor absurditas, sed minor est, quod causæ inter coniunctos pacificè, & quietè tractentur, quàm quod amarè in iudicijs versentur. prout dictum est supra in prima quæstione principali. ergo &c. Vel possumus dicere quod mixtum, & connexum sit decisorium ordinatorio. & sic in ea parte in qua statutum potest habere respectum ad decisionem, veniat tanquam accessorium ad illam partem ordinatorij. cùm principaliter statutum consideret modum procedendi inter coniunctos, & affines, & det formam ordinatoriam eligendi arbitros, & procedendi, quamuis postea coniungat aliqua quæ videntur respicere modum decidendi. prout est, quod de iure, & de facto, & de æquitate, & sola veritate iudicent. Cùm itaque statutum nostrum principaliter sit ordinatorium, tunc decisorium connexum (quamuis dici possit magis dignum) debet sequi naturam sui principalis. & illud principale debet esse in consideratione lege & si non sint. §. perueniamus in fine lege cum aurum. §. finali. ff. de auro & argento legato. & in. §. cùm ex aliena versiculo si tamen. instituta de rerum diuisione. Et hoc pro singulari tradit Romanus. in not. cccccc-xvij. lego mulieri. Et ponit Decius in capit. quanto in secundo nota. de iudic. propter quod dicēdum est quod statutum nostrum tanquam respiciēs ordinatoria principaliter includat foren-

forenses quæ omnia possunt adduci ad cõfirmationem eorum quæ dicta sunt superius in verbo clericis, in eo, in quo conclusum est clericum ligari per statutum nostrum, & secundum istam sententiam, quòd forensis ligetur statuto nostro. Consuluit Ioan. de mon. sperel. (prout refert Bapti. de sancto Seuerino) in. l. omni innouatiõe. C. de sacro sanctis ecclesijs. Vnde Ricar. de Salyce. in consil. incipien. in quæstione vertente inter regem Cypri, consuluit quòd stante statuto ianuæ, quod magistratus ad partis petitionem teneatur causas committere bonis viris cognoscendam, & terminandam. Etiã forensis litigans in tali loco ligatur: quia respicit ordinatoria, quod dictum refert Socinus in consilio septuagesimoprimo. circa præsentem consultationem. columna secunda, volumine quarto. & idẽ sentit Decius in. c. ecclesia sanctę Mariæ columna decimaseptima, numero quinquagesimo de cõstitutio. & dixi suprà in verbo clericus.

46 ¶ † Limita prædictam conclusionẽ non habere locum in cõsanguineo forensi, vel habenti alibi domicilium, qui conuenitur (ratione rei sitę in Padua, vel in territorio, à consanguineo suo) extra Paduam. Nam talis cõuentus non potest compelli ad faciendum compromissum nisi in loco iudicij si Paduæ reperiatur, eo quia regulariter per solum iudicem domicilij potest fieri distractio personalis. ita dicit Ioannes de imo. in. c. sanè. de foro competenti. Et secundum istud dictum consuluisse, & respondisse in quæstione facti. allegat not. per dominum Antonium de butr. in cap. finali, eodem tit. Ita ponit Maria. Soci. in dicto capi. sanè, istud idem tenet Feli. in dicto capi. sanè. & tenet Alexand. in. l. nõ distinguemus. §. de liberali. in addit. Bart. in verb. nõ porrigitur. ff. de arbi. & Lanfrã. in suo tracta. de arbi. q. xlij. versic. quæro. An petito cõpromisso. Soc. in cõsi. lxxj. Circa præsentem cõsultationem, columna tertia, volumine quarto.

47 Hæbrei † Litigantes an teneãtur compromittere ex forma statuti nostri, & videbatur dicendum quòd non: eò quia statuta nõ habent locum in Hębreis nec illos cõprehendunt.

¶ Et primò videtur illud facere quod dici solet quòd Iudęi sunt de alio grege, & nihil ad nos de ijs qui foris sunt, vt in capitu. gaudemus de diuor. & in capi. qui sincera. secũda quæstione prima, ergo videtur quod statuentes nõ cognouerint de ijs, qui nõ sunt de eorum grege. & quia sint diuersæ sectæ videtur quod per verba statuti non comprehendantur: sed tantummodo debeat referri ad Christianos, cùm cõditores statuti fuerint christiani & pro hoc facit quod voluit Bald. in. l. prima. C. qui bon. ced. possunt. vbi dixit quod statutum editum in terris papæ, concordat cum iure canonico, editum in terris imperij concordat cum iure ciuili, & in l. fina. C. de successio. edic. dixit quod lex ciuilis loquens de gradu intelligitur, prout capitur à. l. ciuili, & in. l. si quando. C. de inofficioso testamento. dixit Papa concedit monacho potestatem testandi. intelligitur secundum ius canonicum & in. l. si nondum. C. de furt. dixit quod statutum populi

populi loquens de sacrilegio intelligitur, prout capitur à lege ciuili. si vero exprimitur à statuto episcopi, capitur prout sumitur à lege canonica.

¶Secundo hæc opinio videbatur confirmari, nam in beneficijs generaliter concessis non videntur comprehendi personæ odiosæ, text. est in.l. lucius.§.lucius titius.ff.de legatis secundo.quem textũ.ita summat Barto. post Iacob.de areti.ergo dictũ statutum nostrum non videtur comprehendere iudæos qui dicuntur personæ infames, & propterea ab omnibus honoribus & dignitatibus, & officijs repelluntur.l.finali.C.de iudæis vbi text.appellat ipsos insultantes fidei nostræ.

¶Tertio, hæc conclusio videtur probari, nam vbicunque sunt duæ leges, vna quæ procedit de æquitate, alia de rigore, lex quæ loquitur de æquitate corregit legem, quæ loquitur de rigore, vt habetur in.l. placuit.C. de iudic.& in.l.finali.de transactione, & tamen habetur, quod contra iudæum seruatur rigor scripturę, & non æquitas scripta.glos.est sing.quam ibi ponderat domi.Antonius.in ca.primo.de iudæis.ergo quantumcunq; lex magis rigorosa corrigatur à lege minus rigorosa, quæ continet æquitatem, tamen lex magis rigorosa correcta contra iudæos seruatur, ergo pari ratione, idem videtur dicendum in casu nostro, vt contra iudæos seruetur ius cõmune, & nõ ius municipale, quod minus rigorosè procedit.

¶Quarto facit, nam Hæbreus in successionibus non ligatur statutis, sed lege Mosaica.vt ponit Calderi.in cõsilio.xj.sub titulo, de testamentis, & Iaso.in.l.qui se patris, qui multa adducit, columna sexta, numero vigesimo quarto.C.vnde liberi. & Albert. brun.in titulo, de success.mul. artic. sexto, quæstione tertia, vbi latè loquitur, ergo eodem modo, non debent ligari statuto nostro, & maximè quia dicit Fely.post. Abba.in capi.primo.de constitutione, columna decima, numero vigesimo quarto, quod dispositio illius.c.quod canones ab omnib⁹ obseruentur, non habet locum in iudæis per adducta per eum.

¶Tu dicas, quod Hæbrei ligãtur à statuto nostro, prout etiam vidimus superius in secunda quæstione, in verbo iudæi ex mente Corne. in consilio sexagesimoquinto, licet in hac consultatione.volumine.ij.vbi etiam conclusum fuit magis eligi debere iudæos arbitros, quàm alios in causis ipsorum hæbreorum, & pro ista sentẽtia adduci potest hoc primò, quia Iudæi dicuntur de populo, vt concludunt doctor.in.c.Iudæi de iudę. per textũ sing.in authẽti. de quæstio.dũ tex.dicit ciuitas nostra populosa, turbis diuersorum hominũ, &c.& ꝙ per illum textum not.Bal.in.c.j.de fo.fidel.& in titulo de pac.consti.in versiculo nos romanorum vbi dicit, quod nomine popularium, continentur oẽs aduenæ habitantes in loco, quod dicit esse bene notandum ad multa, & illum textũ etiam ad hoc alleg. Bald. in.l.iij.§.hęc verba.ff.de nego.gest.dicens ꝙ aliud est dicere ciuis, & aliud est dicere popularis, qa appellatione populariũ veniunt forenses habitãtes in populo, & alleg.dictã authẽ.de quęstio.& plus etiam sentit ibi Bal.ꝙ appellatione populi, seu popularium ve-

niunt Iudęi,secus appellatione ciuiũ. vnde inquit statutũ disponit:quod offendẽs ciuẽ puniat certa pœna, ꝙ non comprehẽditur Iudæus effectus ciuis ex priuilegio: nisi aliter exprimet statutũ sed bene venit appellatiõe popularium.cum ergo statutũ populi liget omnes de populo, vt.l.omnes populi ff.de iust.,& iure.l.j.C.de sum.tri.sequitur ꝙ cõprehendit iudæos,& illũ textum etiam allegauit Bal.in.c.Rodulphus.de rescriptis in.j.col.dicens hoc nomen populus cõprehendit aduenas habitantes in loco.alleg.d.authen.de quæsto.& ideo dicunt docto. in.d.c.iudæi ꝙ statutum, ꝙ stantibus masculis fœmina non succedat,habet locum etiã in iudæis,pro his facit tex. in.l.christianus,& quod ibi per Barr. no.C.de pag.& templ.& eor.sacrifi.

¶Secundò pro hac parte, facit quia iudæi existentes in locis in quibus seruatur ius ciuile romanorum dicuntur esse de populo romano, quantum ad hoc.vt illis legibus viuant,vt est casus in.l.Iudæi.C.de Iudę.& not.in.c.ius quiritum.dis.j.not. plenè Innocen.in c.super his de vot.& Ioan.andr.in.c. gaudemus de diuor.vnde habent filios in potestate:vt not.glos.in.c. iudæorum.xxviij.q.j. Bald.in.l.nam & ciuium.ff.de his qui sunt sui.vel alie. iur.& firmat Cardi.in clementi.ij.de Iudæ.& est magis communis opinio (dicit ipse) quicquid dixerit Archi. in cap.qui sincera.ij.quæ.i.quòd habere filios in potestate est proprium ciuium Romanorum,vt insti.de patr. potest.in princip.vbi dixit glos.quòd Francigenæ,qui non sunt subiecti Romano imperio, non habent filios in potestate,quam Bald.dicit esse singularem in cap.j.an.mar.fuc.vxo.in benefi.& in capi.ij.de frat.de no.benefi. inuest.Quemadmodum ergo si Iudæi sunt in loco in quo seruatur ius ciuile in eis seruari debet,eadem ratione,quando sunt in alio loco,in quo seruatur ius proprium ciuitatis, tale ius eis seruari debet argu.l.omnes populi.ff.de iustitia.& iure.

¶Tertiò prædicta conclusio videtur cõfirmari per textum,& quod ibi no. Bald.in.l.spadonem.§.iam autem.ff. de excus.& temp.ea.vbi dicit quòd in humanis actibus Iudęi nobiscũ participant,& ꝙ Iudæus põt esse procurator Christiani.& ideo dicit quòd immunitas concessa hominibus certi loci extenditur ad iudęos,ita dicit se habuisse de facto.

¶Quartò ꝑ hac parte facit quod not. Angel.in.l.vtimur.ff.de sepul.viol.& in.l.j.ff.ad legẽ Iuliam maiest.in qui. locis dixit,ꝙ si est cõcessa securitas vni cũ socijs suis,includeretur etiam Hæbræus,quia licitũ est nobis cũ eis habere societatẽ,vt in.l.quicunq;.C.de Iudæ.sed melius probat tex.in.c.postulati,& in.c.& si Iudæos de Iudæ.

¶Quartò facit dictũ Fely.in.c.Iudęi. el.ij.de Iud.vbi dicit,q͏̃d gñaliter Iudęi ligantur statutis municipalibus in materia proportionabili,alleg. Bal.in d.l.Spadonẽ.§.iam aũt.ff.de excu.& temp.ea.cum alijs superius adductis.

¶Quintò facit text.de cons.dist.iij. c.rogationes versic.serui & ancillę ab opere relaxentur,quo magis plebs vniuersa conueniat,& glos.fi.ibi dicit ita serui sunt de plebe.& sic est ibi casus singularis, quod appellatione plebis veniunt serui, & ancillæ,& multo fortius Iudæi,ergo sequitur quod statutum

tum loquens generaliter per verba si quis comprehendit seruos,& Iudęos habitantes in loco.& per consequens tale statutum comprehendit ipsos Iudæos.

¶Sextò illud quod statuentes possunt facere in specie loquendo, generaliter faciũt in genere,hoc decidit Bart. in.l.si quis sub conditione.ff.de condi. insti.istud retulit Bal.in.l.omnes populi.ff.de iusti.& iure cũ alijs,sed clarum est,quòd statutum municipij potest specialiter statuere de Iudæis, ex quo sunt subditi legibus Romanis, vt.l.Iudæi.C.de Iudæ.&.d.c.ius quiritum.prima dist.sequitur necessario, ꝙ generaliter statuendo videĩ de ipsis Iudæis statuere,& per consequens tale statutum comprehendit Iudęos.qa ex quo verba ipsius statuti adaptantur ad hunc casum:& mens statuentis ad hunc concurrit.Ergo ad eum casum,ad quem adaptantur verba,adaptatur dispositio, vt probatur.l.j.§. loquitur.ff.de mag.conue. & in.l.iiij. §.toties .ff. de damno infecto.Et per consequens cùm verba ipsius statuti hoc patiantur,& etiam potestas ipsorum statuentium,sequitur quòd comprehenditur sub tali statuto Iudæus.

¶Septimò pro præmisis facit text.in c.postulasti,& in.c.& si Iudęos de Iudæ.& per prętmissa consuluit Soci.in consi.lxij.col.iiij.vol.j.& dicebat Barba.in cõsi.lxiij.licet in mediũ,vol.iiij. ex prędictis ꝙ statutũ per quod debet condemnari adulter in libris ducentis comprehendit Hæbreum.

¶Octauò facit quod voluit Petr.de ancha.in suo consilio.cclx.Vbi habuit quæstionem de facto, constitutio disponebat ꝙ nullus posset eligi ad officium, nisi esset fidelis,& deuotus ecclesia. Ro. Quidam elegit ad officium Iudæum fuit dubitatum vtrum eligens inciderit in pœnam constitutionis, quasi non elegerit hominem fidelem, & deuotum eccle. Ro.& consuluit ibi domi. Pet. quòd non inciderit in pœnam,& mouetur in tertia colum.illius consilij.versiculo quarto.Quia Iudæi,& saraceni,& alię sectæ reprobatæ possunt dici fideles, & deuoti sanc.ro.eccles.si nobiscum pacificè conuersantur,& viuunt.& hoc est quod ecclesia,in suis ritibus,& cærimonijs tollerat eos.l.die sabbati.C. de Iudæ,& quod no.in.c.quòd super his de vot.per Inno.& alios.potest ergo Iudæus esse deuotus,& fidelis roma.ecclesi.quia sub eius protectiõe se subijciens misericorditer ab ea substinetur:& contumelias eis inferri inhibet.& tuetur.c. sicut de Iudæ.Vnde statutum loquens de deuoto,& fideli ecclesie.dicit se intelligere de ecclesia militante, quæ suscipit infideles.non autem de ecclesia triumphante, quæ est in cœlis,de qua statutum verisimiliter non sentit.Ex hoc ergo capite,ꝙ Iudæus posit esse deuotus, & fidelis sanctæ Romanæ ecclesiæ,nõ videĩ ab eius officijs prohiberi,licet sit prohibitus Iudęus de iure cõmuni habere publica officia.& ideo conclùdit domi. Pet.in suo consi.ꝙ ille eligens Iudęũ nõ poterit puniri pœna illius cõstitutionis:ex eo quia eligẽdo Iudæum nõ videtur venisse contra constitutioné.

¶Ad adducta autem in contrarium & ad illud quòd sint diuersæ sectę dicas non propter hoc excluditur,ꝙ nõ veniant,sub statuto,cùm veniat appellatione Romanorum,& populi,vt in

c.ius quiritum.j.d.& ibi glo. præterea clerici,& laici sunt diuersæ professionis tex.in.c.duo sunt genera.xij. quæstione prima,& tamé appellatione Pa tauinorum veniunt clerici habitantes Pataui j,vt est text.in.c. dilecti.de foro compe,& facit quod voluit Bald. in.l.j.ff. ad munici. C.de incol,l. omnis.libro decimo, & quod dicit Petr. de anchara.& Domi.in.c.finali.de officio.delega.libro sexto. ergo sequitur quòd statutũ istud generaliter loqués comprehendit Iudæos.

¶Ad alias,dicas,quòd procedunt, quã do materia subiecta, & legis dispositio nó est proportionabilis, & pro hoc facit in simili,quod dixit Barto. in ru brica.ff.de iusti.& iur. dũ dicit. quod licet Iudæus posit esse tutor,secundũ iura antiqua,vt in.d.l.spadoné.§. primo,hodie secundũ iura noua.non potest,quia tutor debet iurare ad sancta Dei Euangelia,vt in authé. vt hij qui obli.§.finali,quod iuramentũ non pre stant Judæi, vt in.c.sicut.de Iudæ.& in .c.& si Christus. de iureiurã.& sic, quia materia non est proportionabilis non cóprehenditur Iudæus. & sentit Dec.in.c.j.in.vij. colũ. nume.xxij. de constitu.in.j. lectura, qui dicit quod in censuris ecclesiasticis, & in alijs respicientibus animã Hæbrei non comprehenduntur.secus auté in alijs proportionalibus,vt in statuto nostro.

48 Amicus †An veniat sub statuto nostro, Iaso.in.l.exi gendi.in secunda colũ.C.de procura. dicit, quod ista est nona quæstio, quã ponit Alexand.in.l.j.§. lex falcidia.ff. ad legem falcidiam. & pro parte affirmatiua.quod statutum nostrũ ad ami cos extendatur, adducitur quod in simili habetur, & nonnulli posuerunt quod iura exorbitantia & permittentia coniunctos seu affines agere fine mandato, extenduntur ad amicos.vt not.Guliel.de cun.l.sed & hæ in prin cipio de procuratoribus.Dy. Salyc. in d.l.exigendi.& Bart.in.l. non solum. §.qui alieno.ff.de procuratori. Specu. in titu.de aduoca.§.obijcitur.versicu. extat quartus ordo,& Ioan,andr.in.c. fi.de postulationibus.

¶Præterea facit,l. cum allegas.C. de castren.pec.libro duodecimo, vbi dici tur.quod amicitia æquipollet affinitati.pro quo est text. in .l. secunda.ff. qui pet,tut.in verb.amici.& facit tex. in.c.requisisti iuncta gloss.in verb.nec est,de test.quæ vult quod dispositio il lius text. habens locum in propinquo habeat locum etiam in amico, & ibi not. Abb. inferendo ad nota. per glossam in .c. secundo de test.in sexto vbi dicit, quod si quis reliquerit exequutorem testamenti amicum suum sub nomine dignitatis ratione amicitie in telligitur in persona illius tantùm & hoc maxime debet habere locum dicit Alexã.in statuto nostro in quo tractatur de statuto fauorabili & extendibili. nam statutum de causis compromittendis est fauorabile, & extenditur ad casus qui sub larga significatione vocabuli possunt comprehendi. allega. Bald.& alios in.l. qui se patris. C.vnde libe. & quæ posui supra in secunda quæstione, primæ quæstionis principalis.

¶Præterea statutum de causis compromittendis respicit publicam vtilitatem,vt per Barto.in prima constitutione. C.circa principium,ita Alexan. arguendo pro hac parte in dicto.§.lex falcidia

falcidia.

¶Sed vltra superius posita potest adduci pro comprobatione huius dicti id quod ponit glos.& ibi Bald. in .l. si iure.C. de testamen. manu. vbi dicit quod ardor liciti amoris operatur vim clausulæ codicillaris,vt si in testamento instituta sit persona valde dilecta testatori : & non affuerint nisi quinq; testes,talis dilectio personę habet vim clausulæ codicillaris , tamen Bald. ibi dicit quod non adeo licet hoc extendere:sed restringere ad casum libertatis,& ad alia relicta pietatem continétia.sed Roma.in consilio.clxxix.amplissime doctor.columna finali,firmat hoc dictum gloss.in.d.l. si iure. & plus dicit quòd ardor liciti amoris habet vim reuocationis clausulæ derogatoriæ appositæ in primo testamento.

¶Facit insuper , quia videmus , quòd propter magnã amicitiam repellitur quis à testimonio,secundum Specu.in titulo de testib.§. primo. in principio Bartol.& Bald. in.l. eos.C. de testi.& idem Bald.in.l.si quis in vltima colũ. eodem titulo. Angel.in.§. fina. per illum text.in authen.de nup.& in .§.cogitãdum.in authen.de monach.Alex. in consi.lxxviij. in causa , & lite vertente in.ij.&.iij.colum. in primo volumine.

¶Adduci etiã potest quod ponit Barba. in repet.l. cum acutissimi in.xiiij. colũ. & seq.C. de fideicom. vbi tenet. quod dispositio.d.l. acutissimi.l. cum auus.ff.de condi.& demon.&.l. generaliter.§.cum autem.C.de inst.& sub. habent locum etiam in persona valde dilecta à testatore,& ideo si testator in testamento instituit hæredem vnum amicum,valde sibi dilectum , & simpliciter grauauit , quòd post mortem suam restitueret talem hæreditatem Titio. quòd si iste amicus procrearet sibi filios , tales filij excludunt substitutum. mouetur precipuè per gloss. quam ad hoc dicit esse auream in .l.ij. C.in quib.causis colũ .censi.lib.xj.vbi dicit glo.secundum eum quod appellatione suorum venit persona valde dilecta.

¶Vltimò facit quod ponit Hipo. de marsi.in sing. suo.cccli. & in .l.prima. C.de rap.virg.nu.ccvij.vbi dicit quod amicitia magna idem operatur, quod coniunctio sanguinis.& adducit multa ex præmissis.& infert ad vnum singulare secundũ ipsum,videlicet.quòd sicut ego impunè possum occidere illum.qui fecit insultum cũ armis contra consanguineum , vel affiné meum pro defensióe sua, & sicut ego possem pro me tali casu,talem insultãtem impunè occidere , vt dixit Bald. in.l.raptores in.ij.no.C.de episcopis,& clericis.Ita etiam potero impunè occidere insultantem cum armis amicum meum maxima amicitia coniunctum. quod audacius affirmat:quia hoc expressè voluit Bal.in.l.vt vim in.ij. col. versicu. Quintò,quæritur.ff.de iusti. & iure , & quod amicus æquiparetur consanguineo tenet Iaso.in.l. quæ dotis.colũ.xij.nume. lxxiiij.ff.soluto matrimo.& Barba.in consil.lxxv.sapienter.colũ.iiij.nu.viij.& in consi.lxxvij. preclarè colum.ij.nu.iiij.volu.iiij.

¶Contrarium , quòd amicus non veniat sub statuto nostro tenuit Alexan. in.d.§.lex.falc. mouetur quia amicus non potest agere sine mandato , ad instar coniuncti,vt per Ray.in .d.l. exigendi,& Bald.in.l.prima, in.xxij. co-

ibi not.docto.de stat.mona.

¶ Nec obstat dictum Bald. in.d.l. si iure.quia Bal. ibi restringit se ad casum libertatis,& ad casum piũ, & per consequens in alijs non vendicat sibi locum,& extensionem quam facit Roma.vt affectio habeat vim clausulæ derogatoriæ.improbat Iaso.in.l. non dubium.C. de testa. vbi dicit quod non est vera illa doctrina Roma.in.d.consil.cùm Bald.in.d.l.si iure. nihil dicat de ea.

¶ Nec obstat quòd amicus maxima amicitia coniunctus repellatur à testimonio. quia ibi est ratio suspitionis, quæ insurgit ex amicitia, vt dicit tex. in.l.iij.ff.de testibus.quæ ratio nõ militat in statuto nostro.cùm ob sedanda iurgia,& pacem retinendam, & conseruandam, propinquitatem sit inductum,vt suprà dictum est.

¶ Non obstat illatio facta per Barba. in.l.cum acutissimi,& maximè fundamentum glo.in.d.l.ij.C. in quib.cau. colo.lib.xj.quia(prout dicit Ias. in.d. l.exigendi.) Bald.in.l.j.colum.xvj.C. qui accusa.nõ possunt. reprobat illam gloss. & dicit quòd illud, quòd dicit gloss.quòd appellatione suorum venit amicus singularis, non probetur iure. & per consequens in .d.l. exigendi.improbat conclusionem Barbat. quia gl. loquitur abusiuè,& non propriè.illud idem,quòd Barba.malè senserit,in sua pradicta conclusione ponit Soci.in .l. cum auus.in.iij.col.nu.xj.ff.de condi. & demon.vbi tenet eam opinionem.ꝙ in dispositione illarum legum non venit amicus,per multa quæ adducit.

¶ Nec obstat quòd dicitur, inferendo per Hypo.de marsi. quòd amicus maxima amicitia defendendo,potest impune occidere aggressoré. per dictum Bald.in.d.l.vt vim.in versicu. quinto quæro:quia Bald.ibi. quod decidit in amico maxima amicitia coniuncto, determinatur etiam in leui amico, & etiam in extraneo: & rationé reddit. nam aggressor (dicit ipse) facit iniuriam etiam reipu. ergo.quilibet de populo potest propulsare etiam contradicéte offenso. & hac ratione & suum capitalem inimicum licet defendere ab alio insultante, quod idé dicit Flo. in.l.scientiam. in.§. qui cum aliter.ff. ad leg. Aquil.vbi vult quod extraneus etiam excusetur,si defendit quempiã: quia videtur sibi permissum.arg.l.iij. §.cùm igitur.ff.de vi & vi arma.& sic non videt particulare in amico. prout etiã ponit Ang.in trac. malefic.in ver. se defendendo, vbi multa accumulat.

Assumens iudiciũ pro

49 alio.† An possit compellere agentem si propinquus erit ad compromittendum secundũ statutum. pone Titius vendidit fundum Sempronio, frater Titij,mouit litem Sempronio, super fundo per eum empto.Sempronius intimauit Titio, qui de euictione tenetur,vt veniret ad eum defendendũ,Titius obligatus defendere iudicium assumpsit.petitq; fratré agentem cõpelli ad compromittendum secundũ statutũ nostrũ.quæritur,an possit.Batt. in.qõ.ij.quæ incipit Pisanæ ciuitatis. disputat hanc.q. ad partes & tandem residet in hac opinione, quod cõpromissum fieri debeat in hac causa,secũdum statutũ. & inter cetera in tertio fundamento huius partis adducit illud quod hic Titius assumens iudiciũ dicit ꝓpriã causam & ré suã agere, &

defendere.nam ille dicitur propriam causam defendere, ad quem eius rei pertinet cōmodū & incōmodū.l.qui stipendia.&.l.procurator.C.de procu ra.l.j.§.in propria.ff.quan.appel.sit. sed ad hunc fratré defensoré pertinet cōmodū,& incōmodū: quia tenetur de euictione etiā si non promiserit.l. ij.ff.de euictio.l.non dubium.C.eo.si ergo ipse frater suā propriam rem & causam agit inter coniunctos vertitur lis & per consequens alter frater cōpelli poterit ad cōpromittendum. & ibidem cū plura alia deducit eandem opinioné consulendo tenuit idé Barto.in consilio.xxx.Pisanæ ciuitatis volu.secundo.& sensit in consil.ccxix. agitur volumi.primo.& remittit se ad eā.quæstio.in.l.venditor.ff.de iudic. & in.l.j.C.vbi in ré act.& in.l.procurator ad exhibendū.ff.rem ratā habere.& Alexand.ad eandé se remittit in l.si post diuortiū.ff.solu.matri.Angel. in.l.j.C.vbi in ré act.Simpliciter refert opinioné Barto.& videtur eā sequi Paulus de castro,in dicta.l.j.relata opinione Barto. Dicit quòd semper teneret eius sententiā vti veriore quāuis Bald.tenuerit contrariū,plus studio contradicendi quā pro veritate, Rapha.fulg.in dicta.l.venditor tenet eandé opinioné Ange.areti.in rubrica.de exceptio.colū.x.nu.xvj.apprehendit eandé determinationé Barto.& dicit bis secūdū eā determinasse dū asideret Romæ & in ciuitate castelli.Maria.Soci.in capitu.quoniam frequenter.§.quod si super colū.decimaoctaua.versicu.octauo quero.vt lite non contesta.dicit opinioné Barto. æquioré & sequendā.idem voluit Iacob.de sanct.Georg.in dicta.l.venditor in fin.& Lranfra.in tracta.de arbit.quæst.xlvij.qō.princip.

¶ Contrariū quòd imo cōpromissum peti non possit tenuerunt Bald.Salyce.in dicta.l.prima.C.vbi in rem act. mouentur ad ita tenendū ea ratione: quia si venditor non potest transferre forum:multominus perimere,sed ista exceptio cōpromissi est peréptoria fori.ergo non poterit opponi.dicta.l.prima & dicta.l.venditor.item quia ille dicitur rectè defendere, qui facit id quod faceret defensor.l.hoc autem.§. rectè defendi.ff.quib.ex cau.in possessio.ea.nec detractat iudicium.l.ait pretor.§.finali.ff.ex quib.ex cau.maio.sed iste detractat iudici in qua per hęc cogitur actor transigere.ergo &c. Item quia per compromissum fieret nouatio:qa ex laudo liberaretur defensor:& actor incideret in nonā obligationé,quod esse non debet.ité per compromissum in arbitrū declinatur forū.l.apertissimi &.l.cū specialis.C. de iudi.Ité quia executio non est facienda contra fratrem.ergo non est causa cōiunctorū immediatè,sed causatiue.quia tenetur de euictione.Angelus in.l.emptori.C.de eui.sequitur hanc opinioné.& idé Ange.in dicta.l. venditor tenet eandé opinionem,dicens.quòd Barto.ita disputauit.idem etiam dicit Bald.in dicta.l.venditor. Paulus de castro.in consilio.clxxvij. Super eo vero quòd quęritur volu.secundo.in fin.videtur sequi hanc sententiā,& Alexand. in consilio.lxv.in in causa & lite vertente colum.j.volumi.vij.tenet istā sentétiā dicens,quòd cōmunis opinio est contra Barto.cum istud Bald.Ange.Salyce.tenuerint in locis suprà scriptis,& Paph.in dicta.l. prócur.

procur.ad exhibédũ & Paul.de cast. in dicto consilio.clxxij. ¶ Vt vides in hac quæstione Docto.non tantũ contrariantur adinuicem sed & sibijpsis ideo in tanta difficultate semper tenerem opinionem Barto.vti æquiorem & probabiliorem ac magis communi opinione doctorum approbata,vt videre potes ex dinumeratione ipsorũ cũ opinio Angel.& Paulus de castro, sit pro sententia. Barto.& ipse Paulus de castro in dicto consilio dicat tantũ Bald.tenuisse contra Bald. tamen in dicta.l.j.dicit.quòd semp teneret opinionem Barto.vti veriorẽ. Præsuppo sito enim vt dicit Barto.quòd totum incommodum huius causæ spectet ad fratrem cum teneatur suis sumptibus causam defendere.& quãuis ab eo res non auferatur (cum sit penes emptorem) tamen tenetur ad precij restitutionem & ad expẽsas,eo modo vt emptor nullũ damnũ patiatur.vt.l.ij.ff. de euictio. sequitur ex hoc quòd & verba & ratio statuti locum habeãt in casu isto. Lis enim est inter fratrem & fratrem cũ in hoc iudicio effectualiter aliũ non defendat nisi seipsum.vt iam dixi & est text.in.l.empti.C.de euict. Item & ratio statuti militat inter hos cum enim inductum sit statutum ad euitãda iurgia & rixas quæ oriri possent inter coniunctos & ne amarè lites inter eos tractẽt sed pacifice & qetè, vt dixi suprà in secũda quæstione,primæ quæstionis principalis,quæ ratio habet locum & inter istos fratres, cũ lis inter eos tractetur.& hac ratione vtuntur Angelus Aretinus.& Marianus Socin.in locis vbi suprà. Prçterea certũest hunc fratrẽ eũ iudiciũ intentare ad actionem quç sibi competebat tempore eo quo alter frater possidebat.alias autẽ alter frater de euictione non teneretur: nec obligatus esset iudicium suscipere.si enim esset obligatio orta ex persona possessoris,frater non teneretur iudicium assumere.l.j.&.ij.ff.de euictione. Cum itaq; iudiciũ oriatur ex persona fratris obligati, merito principaliter ad ipsum spectat ex quo i. nullo frater agens fraudatur.nam si assumens iudicium possideret,& ab ipso fratre conueniretur (qui nunc agit) compromissum fieri deberet. ergo & in hoc casu faciendũ est,cũ & eadem res & eædem personæ & eadem actio tractentur & interueniãt.dato quòd iudicium fuerit cum alia persona cœptum:non ob venditionẽ factã per fratrem,iudiciũ habuit principium cũ possessore.& si non vendidisset cœptũ.fuisset iudiciũ cũ fratre.ideo ex principio iudicij nõ debet fieri alteratio,cũ idem effectus resultet.

¶ Non obstat,quod dicitur per compromissum forum transferri,& iudicium detractari:quia dico.quòd frater petens cõpromissum non mutat forum,sed illi stat:& statuti in eo vigentis executionem petit.siue dicamus, quòd statutum hoc respiciat ordinatoria, siue decisoria,vt dixi suprà in hac quæstione,in verbo clericus,& in verbo forensis.nam ob statutũ,quod est in ciuitate,petit frater cõpromissum in eodem foro,in quo litigant & iurisdictio, que erat penes iudicem, transfertur in arbitrũ:siue volumus, quòd hic arbiter sit delegatus,vt per Barto.in.l.fina.C.de iudicijs.siue sit ordinarius,vt per Antonium de butrio, & alios in capitu.suspitionis.de officio

officio delegati.quo casu subintrat locum ordinarij iudicis,corã quo causa vertitur,vt dicam in secunda quæstio.sextæ q̃stionis principalis,ex quo non mutatur forum.

¶ Non obstat,quod dicatur per compromissum transigi.& per cõsequens mutari actionem,quia dico id nõ esse verum cum existentes coram hoc arbitro dicantur esse in iudicio,vt dixi in hac quæstio.in verbo filiussa.quod secus esset in arbitro voluntario,cum & hic arbiter habeat iurisdictioné,vt dixi in sexta quæstione principali.in princip.

¶ Intellige prædicta,quãdo ex necessitate assumptũ est iudiciũ,nam tunc procedit quæstio nostra,& ita intelligit Barto.in sua quæstione,& reliqui scribentes post ipsum.secus esset si ex voluntate assumpsisset.

50 Cesśionarius. † Fratris,seu cõsanguinei,vel alterius affinis,an lite cœpta possit compellere alterum fratré consanguineũ, vel affinem ad compromittendum secundũ formam statuti nostri.Bald.in l.si post diuortium.ff.soluto matrimonio.dicit quòd non:quia mutata persona auctoris mutatur priuilegiũ per illum text.Angelus aretinus.in rubri. institu.de exceptio.colum.x. numero xvj.dicit,quòd opinio.Bal. ibi placet Roma.quia hoc est introductũ:quòd coniunctus cõpellat coniunctũ ad cõpromissum ratiõe sanguinis,& parentellæ:& ratio fundamentalis huius statuti ponitur in textu nota.in.l.congruentius in principio.C.de patria potestate.& cum hoc,sic beneficium personale.igitur in personam singulorũ successorum,vel cesśionarij non transit.l.sed si restituatur.§. primo, ff. de iudicijs.l. licitatio.§. finali.ff.de publicanis.l. si maritus.ff. soluto matrimonio.dictum hoc Baldi . pro. nota. refert & sequitur Iason,in.l.si sic legatum.§.si quis ita columna secunda,numero septimo.ff de leg.j.

51 Quid † Econtra,si cesśionarius ageret,& frater vel affinis petat compromissum,nunquid poterit compelli Raphael cuma.in dicta.l. si post diuortium tenet,quòd sic.quia reus non debet effici deterioris conditionis.per talem cesśionem.per illum textum. nam quemadmodum frater poterat compelli,pari modo cesśionarius est compellendus.& hoc dictum refert ꝑ singulari Hypolitus de marsilis,in singulari suo.cétesimotrigesimoquinto.cõmuniter in ciuitatibus, Alexand.in dicta.l.si post diuortium. in hac materia distinguit,quod puto verius.aut enim statutum loquitur per hæc verba de lite inter fratres vertente,prout statutum nostrum , quod dicit,si lis,vel quæstio fuerit inter aliquos coniunctos,& tunc cesśionarius non potest compelli quia lis,non est inter coniunctos : sed dicitur esse inter cesśionarium agentem vtili actione.iuxta.l. emptor.C. de hæredi. vel actio.venditio.&.l.plane.cum similibus.ff.familiæ erciscundæ,& fratrem cedentis.aut statutũ loquitur in rem, vt puta,quod de re fratris,vel affinis cõpromittatur:& tũc iste talis cesśionarius poterit cõpelli.nec obstat primo membro text.in dicta.l.si post diuortium,quia dicit Alexand.ibi . iam quæsitum erat priuilegium reo conuento,antequam conueniretur:sed in casu statuti ante litem motã nullum erat

erat priuilegium quæsitum, ergo, &c. Et bene facit secundum cum. l. prima. C. de priuileg. dot.

¶ Sed pone, egi cum Sempronio: dubitat in causa succumbere, cessit is tales actiones suas Titio propinquo meo, & fecit eum procuratorem in rem suam. quæritur si Titius nouando iudicium, mecum egerit. an ego possim compelli ad cõpromittendum ratione propinquitatis, Iacobus butri. in. l. Plautius. ff. de procurato. qué refert, & sequitur Albericus de rosa. in quæstio. ducentesimasecunda. [in secunda parte. determinant, quòd ille talis titius potest compellere me ad compromissum faciendum, secundũ formam nostri statuti. & dicunt, quòd cautela est pro eo qui dubitat succumbere, vt inueniat propinquum agentis, & eum constituat procuratorem in rem suã, vt petat compromissum, & ad hæc faciunt quæ ponit Bartol. in sua quæstione, Pisanę Ciuitatis, relata supra in proxima quæstione.

52 Pater † Litem habẽs, de re filij, an possit compromittere. Bald. in. l. de re filiorum. ff. de transactio. dicit, quòd in compromisso necessario, prout ex forma statuti. pater potest compromittere: quia ipsa necessitas probabilem facit conuentionem, vt. ff. de manu. testa. l. qui potuerunt, & argumen. ff. de fideicommis. liber. l. cũ fidei, & pro hoc facit quod dicit idem Bald. in dicta. l. de re filiorum. quòd pater, cũ sit legitimus administrator, potest transigere sine decreto, super re immobili filij. allegat dictum pro singulari Azo. in sum. C. de bon. que libe. in versicu. & pro conseruatione. qui dicit se non putare, ꝙ exigatur à patre decretum, cum ipse alienat, licet exigatur à tutore. Nec enim est absurdum. si patria potestas quæ naturalis est, & primitiua: plus possit. quã tutoria. tutoria autem est ad imitationem patriæ potestatis. C. de sen. pas. l. vltima, quod dictum sequitur Fulgosius, Paulus de castro. Alexand. & Iason qui late disputat in l. præses. C. de transactio. Ex quo constat, quòd si tutor (vt dicam) cõpromittit, tanto magis pater, quod etiam ponit Lanfran. in suo tracta. de arbit. in. §. iuxta, versicu. quinto quæro.

53 Tutor † Solus, an possit compromittere de causa pupilli secũdum formam statuti nostri. Barto. in consilio quadragesimoseptimo. incipien. Nũquid tutor ponit hãc quæstionem, & postquàm decisit illã quæstionem, an pupillus cum tutore possit compromittere, vt dixi suprà in hac quæstione in verb. Minor distinguit in casu nostro quòd, aut iura pupilli sunt obscura, & prosequutio rei pupillaris non potest fieri de facili: & tunc sicut in dictis casibus potest tutor transigere, & de iure pupilli remittere, & arbiter de iure pupilli etiã põt accipere, & dare alteri, vt sentit gloss. in. l. pactum curatoris. C. de pactis. pro quo est textus in. d. l. interdũ. §. qui tutelã. ff. de furt. aut prosequutio rei pupillaris potest fieri de facili, & ipsius iura sunt clara. & tunc illo casu nõ poterit cõpromittere, quia nec posset iura pupilli minuere, vel donare, nec iusiurandum deferre. ff. de iureiurando. l. tutor. in princip. & not. & ibi gloss.

¶ Quam distinctionem sequitur Alexand. in consilio. ccliiij. abundè satis in. iij.

in.iij.col.in sexto volu. Et hanc conclusionem comprobando dicit, videmus ꝙ tutor solus non potest deferre iuramentum aduersario pupilli, nisi deficiẽtibus omnibus probationibus pupillo. l. tutor. ff. de iureiuran. & tamen pupillus cum auctoritate tutoris deferre potest iusiurãdum licet (si lædatur) possit restitui in integrum. hæc habentur in. l. iusiurãdum, quod ex cõuentione. §. pupillus, & ibi glo. & docto. ff. de iureiuran. & in. l. j. §. j. ff. qua. re. ac. non det. & idem probatur in. l. penultima. C. de iure delibe-randi, & in. l. pupillus. ff. de acquirenda hæreditate. vbi solus tutor sine pupillo non potest hæreditatẽ adire, & tamen pupillus cũ auctoritate tutoris potest, vt ibi magis specialiter. probatur etiam in. l. tutor, cũ ibi not. ff. de bono. posses. iunct. l. prima. §. tutor. ff. de succes. edic. & in. l. si pupillorum. C. de repudiatio. hæredit. Vbi solus tutor non potest repudiare hæreditatem, seu bonorum possessionem: & tamen pupillus cum auctoritate tutoris potest, vt ibi, quæ omnia dicta ponit etiam in. l. si plures. ff. de pactis, & idem videtur sensisse Lanfran. in dicto. §. iuxta, in versic. quinto quæro, in tractatu, de arbitris, & facis ad hoc dictum Ange. in. l. imperatores. ff. de pactis, Vbi dicit, quòd tutor potest remittere in arbitratorem, & cõpromittere si fiat propter bonum pacis, & concordiæ quã habere expedit pupillo quia forsan intendit cum potentiori: & vtile est sibi talem cognitionẽ fieri per arbitratorem, & ideo videmus, ꝙ ob hanc causam licitũ est tutori facere pacẽ de morte patris pupilli.

¶ Et ex his constat, quòd tutor de re minoris, si causa non est ita clara, potest cõpromissum facere. & hoc quia facit ex necessitate statuti, vnde si nõ extaret tale statutum, tutor nõ posset compromittere de re minoris, Iaso. in dicta. l. si plures, quam legit, in l. & suum. §. hodie. ff. de pactis. dicebat, quòd ista ratio sibi non placet. & posset impugnari eo quia procurator, qui habet mandatum generale cum libera, potest facere tale compromissum in arbitratorem, ita tenẽt Bartol. & alij in. l. mandato generali. ff. de procura. Bald. Salyce. & modernio. in. l. transactionis, per illum textum. C. de trãsactio. & est bonus textus, in capitulo per tuas de arbitris, & in capitulo qui ad agẽdum in fine, de procu. in. vj. sed sic est, quòd tutor habet generale mandatum cum libera, vt est glo. in dicta. l. mandato generali. & gloss. Bald. & ibi Bartol. & textus, in. l. inter, & ibi not. Bartol. ff. de administratione tutorũ, nec per hoc dicitur lædi minor, vt declarat Bart. in. l. si minor. §. minores, per illũ textum. ff. de mino. Ange. & Paulus de castro. in. l. nam, & postea. §. si minor. ff. de iureiurando. Sed ad prędicta respondet ipsemet Iason dupliciter, & primo quia cõtraria loquuntur in habente mandatum generale cum libera ab homine. secus si solum habeat à lege, vt tutor. nam minus potest, vt probatur in. l. prima. §. deniq;. & ibi ad hoc no. Bal. in. c. contingit circa finem. de trãsactio. & dixit, in. l. preses, C. eod. Secundò, respõdet, ꝙ cõtraria loquuntur, quãdo cõpromissum fit in arbitratorẽ simpliciter: sed hic loquitur quando, arbitrari datur potestas termi-

terminādi de iure & de facto.cogita: tamē(dicit ipse)circa prædicta.Deci. in.l.pactū curatoris,in versi.secundò limitatur.C.de pactis,simpliciter,trā sit.ꝙ stante necessitate statuti tutor possit compromittere.

¶ Sed ad vnum aduerte,dum in præmissa distinctione Bart.dicitur,quòd si res est clara tutor non compromitti: quia dico,quòd etiam si esset tutor, & pupillus,& quilibet alius cōprehensus,per statutū non cōpelleretur ad cōpromissum secundū formā statuti,prout dicā.ī.in seq.q.princip. in verb.res clara.Vbi apparet ex mēte scriben.ꝙ si res est clara casus ille non comprehenditur per statutum nostrum. Sed possemus dicere,quòd quæstio nostra est quando ipse tutor petit compromissum.nam tunc etiā si sit res clara.videbatur,quod posśit cō promittere: quia illud, quod de re clara nō cōpromittatur est inductum in fauorē illius qui habet causam claram: vt nō cogatur de illa cōpromittere.iuxta.l.j.&.l.post rē.ff.de transactioni. quod nota.Barto.in.l.ambitiosa in tertia regula.ff. de decreto ab ordin.fac.& in prima consti.C.ex quo cū in fauorē illius habentis rem clarā fuit in hoc inductū.potest ipse renūtiare,& petere cōpromissum.l.si quis in conscribendo.C,de pactis.c.si diligēti de fo.cōpe.ꝙ vtiq;:& si cōcedatur alijs passim:non tamen concedendum est ipsi tutori,vt petat compromissum in re clara.secūdum ꝙ distinguit,& ita posset procedere distinctio Bart.

54 ¶ † Amplia prædicta,& ita intellige, quòd tutor stante necessitate statuti, poterit cōpromittere cum illa clausula consueta:quod arbiter posśit accipere de iure vnius, & dare alteri: quia hoc fit ex necessitate statuti.ita Bal.in.l.si plures,lectu.j.in.iiij.notabili.ff.de pactis.Intellige prædicta in tutore solo, vt dixi.secus si esset pupillus,& tutor.nam tunc dic,vt posui supra in verbo minor.

55 Curator † Datus hæreditati, an posśit compelli ad compromittendum & compromissum facere:ac petere secundum formam statuti nostri.Angelus in consilio centesimo nonagesimo secundo. Quæritur an de iure tāgit hanc quæstionem & prius proposito eo, quòd talis curator poterit ex causa vtili,& ad conseruandum bona hæreditatis voluntariè compromittere in arbitratorem. tamen dicit ipse sine dubio si esset compromissum necessarium ex forma statuti, vel voluntarium subrogatum loco necessarij, scilicet ad quod,(si notet)compelleretur per iudicem pręcisè,poterit compromittere ex tali curationis natura: quia est ad necessarios actus prouocatus, non prouocans. Hoc idem tenet idem Ange.in consilio sequen.pro decisione,columna fi.Vbi dicit,quòd in materia nostra ipsius curatoris potestas est satis ampla:quia habet administrationem legitimā,vt.l.ij.ff.de cura.bo.dan.in glo.mag.in fine.Et iste bene intentat actiones perituras, & non perituras actiuè,& passiuè,vt dicta l. secunda,ibi,& ei actiones,&c.& etiā distrahit peritura si necessitas vrget. vt dicta.l.secunda,in gloss.prædicta. Et ideo si dictus curator fuisset legitimè ordinatus actiuè:& passiuè potuisset actiones intentare,& compromissum

missum facere secundum formã statuti: quia arbitri iudices sunt, & in loco primi iudicis sunt.C.de iudi.l. apertissimi,per quæ clara constat decisio: ꝙ in casu statuti nostri potest compromittere,& ipse cõpromissum petere.quod etiã firmat Deci.& pro constanti,tenet in consil.xxiij.& pro tenui facultate mea.volu.j.vbi etiam respondet ad quædam obiecta, quæ possent fieri ad dicta Ange.quæ multum non vrgent: cum dicta Angeli sint clara.cùm etiam idem Deci.sequatur hanc opinionem in capitulo cum. M. colum.penultima.numero trigesimo primo de cõstitu.& possent comprobari per ea quæ dicta sunt suprà in verbo minor,& in verbo clericus,& in verbo forensis.

56 Procurator † Coniuncti, seu affinis habens mãdatum ad agendum,an posit cõpelli ad compromittendum?ex forma statuti nostri.Ita quod cõpromissum per ipsum factum valeat,Iaso.in.l.transactionis.C.de transac.in prima columna dicit,ꝙ tale cõpromissum valet,& procurator potest illud facere. & mouetur,quia cẽsetur habere mãdatũ,ad omnia necessaria cõsequẽtia. l.ad rem mobilem,&.l.ad legatũ.ff. de procur.item quia tales cõpromissarij.qui ea necessitate statuti eligũtur, sunt loco iudicis ordinarij secundũ Bart.& alios,in.l.cum specialis.C.de iudic.Bald.in.l.cum iudex. ff.de his qui sunt sui,vel alie.iur.Ad idem facit, quia in generali mãdato procuraroris, venit omne illud,ad ꝙ dominus de iure,vel de consuetudine posset compelli secundùm Bald. & Angelum in. l.bene a Zenone. C.de quadri.prescript.ad idem facit, quia per interuentum procuratoris nõ debet fieri deterior conditio aduersarij. l.ij.§.defendi.ff.quib.ex cau.in poss. ea.Vltimò,facit qaia aliàs excluderetur dispositio statuti si comparendo per procuratorẽ nõ posset procurator cogi ad compromissum.

¶ Possent prædicta cõprobari,vt dicit Deci.in.d.l.transactionis:quia compromittere est de processu.vt no.Bal. in.l.si iudex,in fine.ff.de his qui sunt sui.Ergo videtur,quòd iste qui habet madatum ad procesum posit compromittere:& hoc saltem in compromisso necessario.& ad hoc bene facit: quia curator datus hæreditati iacenti potest facere compromissum I necessarium ex forma statuti.vt tradit Ang.in consilio.cxcij.quæritur an de iure.& not.Bald.in.l.si plures in ver. & curatores.in.iiij.not.ff.de pactis,& tradit idem Dec.in consi.xxij.& in.l. pactum curatoris.C.de pactis,& dixi supra proximè.

¶ Deci.tamen in.d.l.transactionis tenet cõtrarium,& dicit quòd illa opinio est magis verior.& adducit rationem illius.l.quæ est.quod iste procurator constitutus ad lites videtur habere limitatã potestatẽ ad litem prosequendã: & limitata causa limitatũ producit effectum.l.in agris.ff.de acquirenda re.domi.& mandatum diligenter debet obseruari.l.diligenter. ff.manda.capitu.cũ dilecta.de rescriptis.& non solũ mandatũ,sed etiam qualitas mandati attenditur, vt not. Anto.de butr.in.c. Pisanis.in.viij.no. de restitu.spoliato.& Bal.in.c.cũ venissent,col.tertia,in versicu.itẽ noto de eo qui mitti.in possesionem.bene facit

facit text.in.l.si itaq;.ff. de iureiur. & in.l.procurator ad vnam speciem .C. de procura. Quæ ratio videtur milita re in compromisso necessario:quia pro curator limitatam habet potestatẽ ad litigandum: & compromissum tollit litem,et videtur alterius speciei,per ea quæ supra dicta sunt.& licet compro-missum a statuto requiratur, illud est respectu domini:& non apparet ꝙ do minus voluerit talem potestatẽ procu ratoribus tribuere,quia verba materie dati nõ cõueniũt.potuit enĩ dominus cogitare ꝙ forte tale compromissum non peteretur: & in tali compromisso faciendo tractatur de preiudicio domini, in eligendo arbitros,vel arbitratores,de quibus confidere posit.

¶ Ad contraria respondet Deci.& dicit,quòd ad primmum . dum dicitur, hoc venire in consequentiã. quòd hoc non videtur verum:quia actus sunt se parati,mandatũ enim fuit ad agendũ, & litigandũ: & per compromissum à lite disceditur.

¶ Nec obstat, quod dicitur de consue tudine,quæ respiceret ipsum mãdatũ, sed consuetudo, vel statutũ, quòd fiat compromissum,non respicit procuratorem,sed ipsum dominum.

¶ Non obstat,quod statutum redderetur elusorium: quia semper quis constitueret procuratorem. nam ratio ista fragilis est,& bene elusoria: quia si ab altera parte petatur fieri compromissum secundum formam statuti, procu rator repelleretur,qui non habet speciale mandatum: sicut in alijs casibus contingit,in quibus speciale mandatũ requiritur.

¶ Non obstat,quod dicebatur compro missum respicere processum, quia est alius processus, qui fit coram ordinario,de quo loquitur mandatum, alius est processus, qui debet fieri virtute cõpromissi,& quia cõpromissum quan docunque sequuto laudo in effectu cõ tinet decisionem.vt not.Bald.in.c. finali de lite penden.cum simili. sed ad uerte,quòd idem Deci.in .c. ecclesia sanctæ Mariæ de constit.sensit contrarium, vt retulit suprà in verbo clericus,in fine.

¶ Nec obstat quod suprà dictum est de tutore,& curatore,qui possuntface re cõpromissum necessarium:quia ipsi liberam habent administrationem.nõ sic videtur in procuratore simplici qui habet limitatam potestatem.

¶ In hac quæstione pro concordia dici posset, quòd aut querimus an procurator posset conueniri ad hunc actum, ꝙ pronuncietur, quod compromittatur.& an posset interesse huic actui. & dicendum est,quod sic.& ita procedãt rationes Ias.quod sit de processu,& si milia,cùm sententia hæc, ꝙ compromittatur sit emergens causæ,& interloquutoria:habens tamen vim diffini tiue,vt dixi in .iiij. quæstio. princip. in verbo causa emergens: & in.v.quę stione principali. in verbo appellari. Quo casu poterit contra ipsum sententiari,compromittendum esse,aut querimus an facta hac declaratione, quod compromittatur, possit procurator venire ad electionem arbitrorũ: & tunc dicendum est, quod non.quia ista requirunt speciale mandatum. & ita procedant dicta Decij.

Nam arbitri qui eliguntur per partes, eliguntur, tanquam amici, & personæ, in quibus habetur affectio, prout dicam infra in septima q.prin-

q.principali in verbo morte, ex quo procurator nõ poteſt venire ad talem electionem cũ ignoret affectiões principalis, nec habeat poteſtatẽ eligendi magis vnũ, quàm alium.

57 Quæro †Stante ſtatuto noſtro propinquus promiſit ꝓpinquo ex neceſsitate ſtare iuri corã aſſeſſore, & dedit fideiuſſorẽ de tali ꝓmiſsione, an talis propinquus poterit petere cauſam cõpromitti debere ſecũdũ formã ſtatuti noſtri, nõ obſtãte promiſsione, Areti. in cõſil. lxxxvij. in præmiſſa conſultatione, ponit hanc quæſtionẽ. & determinat, quòd iſte propinquus poteſt petere cõpromiſſum, & inter cætera dicit quod idẽ eſt dicere de ſtando iuri coram aſſeſſore quod eſt de iudicio ſiſti. allegat Bart. in. l. j. circa princip. ff. ſi quis iuſdi. non obtẽpe. Vnde per illam promiſsionem, non videtur renuntiaſſe alicui exceptioni declinatoriæ, ſicut eſt facultas petendi cõpromiſſum per regulam quã ponit Barto. in. l. quidã conſulebat ad fi. ff. de re iudica. & Cyñ. in l. fi. C. de ſponſa. vbi dicunt, quòd pro ſatiſdatione de iudicio ſiſti, non videtur renuntiari exceptioni declinatoriæ. per text. in authẽti. offeratur. C. de lite. cõteſtata. quinimo (dicit ipſe) etiã ſi promittatur de iudicio ſiſti, & iudicato ſoluendo, idẽ erit. dũmodo iſta ſatiſdatio de iudicio ſiſti præſtetur de neceſsitate, & nõ voluntariè, vt not. Anto. de butr. in. c. j. de iudi. Et probatur ſecũdũ eũ ratione, quia nũquã per actũ neceſſarium introducitur renũtiatio declinatoriæ, exceptionis, vt patet ex not. in ca. expoſuit. de dilat. per Ioan. andr. & in. l. non videtur. ff. de iudi. & hanc regulã tradit Bald. in. l. cum ſpecialis. C. de iudi. & clarius tenet Anto. de butr. quòd per promiſsionem de ſtando iuri nõ tollatur exceptio declinatoria in cap. inter monaſterium in ſecunda colum. de re iudi.

¶Adde circa hoc, dictum Angel. in. l. ſed & ſi ſuſceperit. ff. de iudi. vbi dicit, quod actus factus ex neceſsitate, qualis eſt de iudicio ſiſti, & datio ſportularum non infert conſenſum in iudicem, idem etiam voluit Bald. in. c. j. de iudi. & l. ij. in princip. in. iij. col. ff. ſi quis in ius vocat. nõ ier. & in l. ij. C. de bo. auct. iudi. poſſ. qui dicit, quòd ille, qui ſatiſdat de parendo mãdato iudicis, non renuntiat priuilegio fori: quia ſubintelligitur cõditio, ſi de iure tenetur, & ponit Iaſo. poſt. Bart. in. l. ſi conuenerit in. vj. colũ. nu. xxxij. ff. de iuriſdic. om. iudi. & Fely. in. c. d. inter monaſterium, colũ. v. nu. xiij. Ioã. de Imo. in. d. l. quidam conſulebat in. ix. col. reducẽdo in hac materia dictũ Innocẽ. in. d. c. inter monaſterium dicẽtis. hoc debere intelligi, quãdo quis ſatiſdat iuſſus à iudice, & ſic neceſſario, vt præmiſi, quaſi, ſecus, ſi ſponte, ad concordium cum dicto Bartol. in. d. l. ſi conuenerit dicebat, quod autem præſtans illam cautionẽ ſciebat ſe non teneri, & tunc procedit opi. Innoc. quia nõ videtur bene poſſe capi alia coniectura, quare tunc præſtiterit niſi vt cõſentiret in iudicem, ideo tũc videatur conſenſiſſe arg. no. in ſimi. in. l. cum aurum. ff. de ſolu. & quod habetur in. l. ſi quãdo. ff. de leg. primo. ſi autem putabat ſe teneri, tũc poſsit procedere opi. Bar. quia errans nõ videtur cõſentire. l. ſi per errorẽ. ff. de iuriſdi. om. iu. in dubio aũt præſumitur

mitur scientia, ꝓ quilibet præsumatur scire iura .l. leges .C. de legi. nisi forte fuerit minor, mulier, vel rusticus, vel similis persona, in qua præsumitur iuris ignorãtia. l. cum de indebito in princ. ff. de proba. quod dictum Inno. sequitur Alex. in d. l. quidam consulebat in .v. col. nu. xxiiij. sed Ias. in dicta l. si cõuenerit in fine ponit vnũ dictum post Bal. & alios in .l. iuris ignorantia. C. qui admit. quod rustici, & mulieres non excusantur in ignorantia iuris, cùm sit reg. qđ talibus errãtibus in iure nõ succurrit nisi in casibus à iure expressis. l. fi. cũ alijs. C. de iur. & fac. igno. vnde (dicit ipse) ex mente Bal. ꝓ sicut rustici vadũt ad nemus pro lignis, & mulieres vadunt ad indulgentias, ita debent ire ad aduocatos pro habendis consilijs.

¶ Præterea dicit Areti. in d. consi. qđ iste talis potest petere compromissum, eo quia isti arbitri electi ex forma statuti dicuntur esse iudices delegati, & cognoscere vice illius qui prius cognoscere debebat, secundum Bart. in .l. fina. C. de iudi. quem ibi sequitur Bald. & glos. in capitu. suspitionis de officio deleg. vnde dicit Bal. secundum ipsum in .l. prima. C. si quacun. prędi. pet. quod in arbitros electos ex forma statuti transfunditur iurisdictio prioris iudicis, ex quo videtur ꝓbabiliter dici posse, quod promissio facta de iudicio sisti, & iudicato soluendo in iudicio .d. assessoris haberet virtutem suam etiam coram arbitris, & suum effectum: quoniam promissio facta coram iudice ordinario, habet effectum coram delegato qui cognoscit vice eius. l. vir bonus. ff. iudi. sol. & nota. Bartol. in .l. cum apud Semproniũ eodẽ tit. tamen subiungit ipse quòd Bar. & Bal. sup hoc puncto aliqualiter variãt: videlicet verum isti arbitri electi ex forma statuti sint iudices delegati, ideo ipse nõ decidit ex hoc capite, sed ex primo fundamẽto, ꝓ iste ꝑpinquus possit petere cõpromissum, & gaudere bñficio statuti nõ obstãte fideiussiõe de stãdo iuri ꝑeum præstita: sed quia arbitri electi ex forma huius statuti succedunt loco priorum iudicum, & sunt ordinarij prout dicam infra in quæstione sexta princ. ideo ex eo fundamento ꝓ arbitri sint iudices subrogati loco priorum substineri potest præcedens decisio Areti.

58 Quæro † Stante statuto nostro ꝓ debeat fieri compromissum ad cuius instãtiam debet cõpellere magis iudex ad cõpromittendũ partes ipsas. an instãtiã actoris. an verò ad instãtiã rei, Pau. de ca. in cõsi. lxv. secundũ quod allegatur per Alexan. & est in antiqua impressione: sed est consi. xiij. visis, & cõsideratis oĩbus de quibus suprà fit mentio: super eo quod primo loco quæritur volu. ij. dicit ꝓ si statutum nõ declarat ad cuius instantiã debet iudex cõpellere partes ad faciendũ dictũ cõpromissum. intelligendũ est sanè, ꝓ ad instãtiam illius cõtra quem monetur controuersia: qa in eo cessat omnis suspitio calumniæ nõ autem ad instantiã eius, qui cõtrouersiam mouet: nisi contrarium iudici videatur, aliàs aperta erit via vnicuiq; indebite, & iniustè vexandi aliquem: & ab eo extorquendi, indebitè faciendo eum citari, cùm nullũ ius vel actioné pretendere possit contra eũ vt deducat ipsum ad cõpromissum: qui interdum pręter omnem iustitiã grã-

nant vnum: & alteri tribuunt prædã, prout experientia docet, & hoc euitare debemus. ff. de transac. l. cum hij. §. si cum his quidem, & bene facit qđ ibi not. Angel. contra illos qui fingũt litem, vt veniant ad compromissum: in quo casu de iure fieri non debet, sed aduerte quòd cùm per statutum nostrum cautũ sit, quòd quælibet pars possit petere compromissum, cessat hæc difficultas. tamen in dubio, iudex debet esse magis pronus ad concedendum compromissum reo: quàm actori: quod idem voluit Alex. in cõsilio. ccliiij. abundè satis, columna prima, versic. secundo. volum. sexto, & in consilio. cxliij. viso statuto, colum. fi. versi. fortius. volumi. vij.

QVARTA QVAESTIO de quibus Causis possit, aut debeat compromitti.



Argumentum quartæ Quæstionis.

¶ Compromissi petitio, et si personæ habiles fiot ex causarum qualitate, quandoq; tamen impeditur, multęq; exceptiones oriri possunt quæ illud excludant. ideo de Causis per statutum non comprehensis: & de Exceptionibus compromissum prohibentibus videamus, & quia exceptiones omnes peremptoriæ quæ litis ingressum impediunt: eadem compromissi petitionem impediunt. ex hoc apposui tractatum cõtinentem omnes exceptiones peremptorias quæ litis ingressum impediunt, procedendo per infra posita.

Summarium.

1 *Quæstio iuris, an sit compromittẽda. Quæstio iuris, & quæstio facti quæ sint.*
2 *Lex si habet plures & varios intellectus, an de ea debeat compromitti.*
3 *Causa clara, an sit compromitenda.*
4 *Causa ex instrumento guarentigiato, an compromittatur.*
5 *Dubietas si aliquo casu potest ex instrumẽto oriri, an compromittatur.*
6 *Causa ex iurata promissione, an compromittatur.*
7 *Causa spiritualis incidens, an per arbitres cognoscatur.*
8 *Clericus arbiter, an cognoscat de causa spirituali incidenti.*
9 *Causa vsurarũ, an veniat sub hoc statuto.*
10 *Causa mixti imperij, an veniat in statuto.*
11 *Causa tutelæ, an sit cõprehensa à statuto.*
12 *Causa executionis legatorũ, vel aliarũ rerum, an veniat sub statuto.*
13 *Causa, quòd notarius corrigat errorem in instrumentis, an de ea possit compromitti.*
14 *Causa restitutionis in integrum, an veniat sub hoc statuto.*
16 *Cognitio, an debeat restitui in integ. an possit deduci in compromissum.*
17 *Statuti verba si adeo generalia sint, vt cõprehendant causas mixti imperij, an de illis possit compromitti.*
18 *Restitutio in integrũ si incidit in causam, an de ea cognoscant arbitri & num. 16.*
19 *Causa alimentorum, an compromittatur.*
20 *Causa dotis, an veniat sub hoc statuto.*
21 *Causa emergens & de compromittendo.*
22 *Principalis causa si non est cõpromissibilis, an incidens, vel emergẽs debeat cõpromitti.*
23 *Causa reconuentionis, an debeat venire in compromisso.*
24 *Causa cõpensationis, an cognoscatur per arbitrum.*

Causa

QVAESTIO IVRIS.

1 Væro. † Stante nostro statuto, si duo propinqui habebūt quæstioné iuris inter se, an de ea teneātur cōpromittere, & in hoc sciendum est quę sit quæstio iuris, & quæstio facti Bald. in c. pastoralis in. j. colum. de rescrip. dicit quòd quædā est quæstio iuris, quæ dirimitur per leges. vel cōstitutiones, quę pōt esse dubia propter obscuritaté legis, vel cōstitutionis, vel propter diuersas opiniones doctorū, vel ꝓpter imperitiā. secundum Inno. ibi insti. de obli. quæ ex qua. malef. in prin. vel, qa forte est extrauagans, vt. ff. de ori. iur. l. ij. §. deinde. ff. de re iud. l. cū prolatis quædā est quæstio, quæ à principio est facti, sed in fine est iuris. vt quæstio de cōsuetudine, qm̄ an sit cōsuetudo inducta: factis, & téporib⁹ indiget ꝓbationib⁹ facti: sed postquā hoc est probatū: si dicitur cōsuetudine non valere: ista est quæstio iuris vt in. c. j. de cō sti. li. vj. & l. iij. § diu⁹. ff. de sepul. viol. & nota ꝙ hic assumitur ius ꝓ iure legis, vel cōsuetudinis. vt insti. de iu. na. §. ex nō scripto. sed Ang. in. l. Arethusa. ff. de stat. hom. magis clarè dicit ꝙ quęstio facti dicitur, qn̄ factū est incertū: sup quo lex nō præsumit: & sup hoc nec sapiés pōt cōsulere, nec iudex iudicare, nec pars teneť respondere. in d. l. Arethusa. &. ff. de fund. instru. l. Seie. §. fi. vbi est expressum. quæstio iuris est, quādo factū est certum, vel incertum: tamé super eo cadit iuris præsumptio. hæc colligo (dicit ipse) ex dictis Guil. & Cy. in. d. l. Arethusa. idem Ang. in. l. eum quem temerè. ff. de iudi. dicit ꝙ quæstio iuris est, quādo factum ponitur pro cōstanti, quæstio autem facti quādo nihil ponitur pro cōstanti per tex. in. d. l. Arethusa & alijs. ¶ His præsuppositis quantum spectat ad. q. nostram dico quòd si quæstio est iuris: pars non potest compelli ad cōpromittendū. vt vult Pet. de bella per in. l. cum proponas. C. de reb. cre. di. cens non valere compromissum, quia claudicaret: cū arbiter esset certus quā sententiā ferret. idem voluit Salyce. in d. l. cū proponas (quamuis secundum ipsum quidam Pe. tenuerit cōtrariū) cùm sententia iuris non est in potestate iudicis: sed legis per. l. primā. §. calumniatoribus. ff. ad turp. sed dicit Saly. hoc nil releuat: quia arbitro non daretur potestas aliter iudicandi quàm ius disponat, & dicit Bal. in. l. ancillæ in. iij. not. C. de fur. quòd hoc statutū intelligitur de quæstionibus facti: nō de quæstionibus iuris, quia iura sunt certa, sicut dicimus in simili in. l. ornamentorum. ff. de au. & arg. lega. sed si mixta est quæstio in iure, & facto, tūc propter factum debet compromitti vt. C. de reb. cred. l. cùm proponas. hōc idé ponit Ang. in. l. secūda. C. quando

prouoc. non est neces. vbi dicit quòd de ca quæstione an minor possit testari non debet compromitti: quia iuris est. & ita dicit tenere Pet. & Cyn. ibi. Ioan. de imo. in .l. si sic. ff. de verborũ oblig. secutus est hanc sententiam, & allegat not. per Bart. in .l. ille, aut ille. §. cum in verbis. ff. de legatis tertio. Bald. in consilio. clxxiij. quidam Bartholomæus in fin. volumine secundo. firmat hoc, & Alexan. in dicta .l. si. sic tenet eandem opinionem, motus ea ratione: quia quæstio non est vbi est casus legis, quod etiam tenet idẽ Alexã. in .l. post rem. ff. de transac. in addit. ad Bartol. in verb. dubium & Dec. in .c. pastoralis columna secunda in versic. in glo. prima de rescriptis, & Alexan. in consi. lxij. in causa & lite vertente, columna secunda volumine septimo, & Soc. in consilio. lj præstantissime doctor, columna secunda, volumine primo, & Fran. de capi. lis. in prima consi. C. & And. barba. in consi. lxxxviij. illud referam columna fina. volumi. tertio. & Alexan. in consi. lxij. visa facti narratione, volumine secundo, & Iaso. in .l. penul. C. de pactis, columna fina. Phil. franc. in capitu. sæpe in sexto nota. de appellatio. & Fel. in capitu. exceptionem in colũ. xj. nume. xxxj. de exceptio. & dicam infrà in verbo exceptio allegationis iuris, & sequen.

2 ¶† Intellige tamen prædicta, quotiescunq; de quæstione quæ verteretur inter propinquos: esset casus legis clarus, qui posset discerni per aperturam librorum. secus autem si esset quæstio in qua reperirentur variæ opiniones. nam tunc posset compelli propinquus ad compromittendum. ita ponit Bal. in .l. cum proponas. C. de re. credi. qui dicit, quòd de iure probando bene potes compromitti: quia est causa mixta cum facto: sed non de iure. quod apparet per aperturam librorum, puta an pupillus possit testari. si autem esset quæstio in qua essent variæ opiniones: bene posset compromitti qualitercunque. quia in neutra parte est ius apertum, vt l. cum prolatis. ff. de re iudi. & nota. insti. de oblig. quæ ex qua malef. post princ. & Bald. sequuntur, ibi Sal. & Raph. fulg. hoc etiam ponit Soc. in rubrica. ff. de reb. dub. qui dicit, quòd præcedẽs cõclusio intelligi debet nisi ius, seu determinatio iuris sit dubia propter varietatem opinionum. nam quando lex multipliciter intelligitur, eius veritas ignoratur. allegat Bald. per illum textum in .l. scire leges. ff. de legib. & ideo tunc cadit compromissum & præceptor meus .d. Marcus de mantua. in rub. ff. de offic. eius. colom. ix. nume. xxvij. dicit post Bald. in .l. j. in fin. C. de bon. posses. secũ. tab. quòd illud cõmuniter ignoratur quod multipliciter exponit: & ignorare id quod est multipliciter intelligibile, non est lata culpa, & ibi complura adducit sacientia ad hanc materiam. dictum hoc sequutus est Bap. de sancto Blasio in trac. de arbit. qõ. xix. ea ratione: quia opiniones doctorum faciunt rem dubiam, alleg. l. si quis in conscribendo. C. de pact. & ponit Corn. in cõsi. ccxc. quod fuerit iustè colum. iij. in fin. volumine. j. qui dicit. quòd probabile dubium iuris æquiparatur dubio facti per not. per Ioan. andr. in .c. vnico de postul. prelat. & per Petr. de ancha. & d. Anto. Imo. & Panor. in cap. eum dilectus. de consuet. per tex. ibi, secundũ vnam lecturam, & .d. Anto. in cap. de

quarta

quarta de præſcrip. & ibi Fely. latè in colum.vij.verſic.limita vtiliter,& plenè circa præmiſſa in cap.j.colum.pen. verſicu.limita ſeptimo de ſenten.& re iud.& Imo.in cap.ſi diligenti,eo.titu. & ſecundum hanc limitationem reperio quòd Iaſo. in conſil.xxxv. redemptoris noſtri volumine primo conſuluit:cuius conſil.nouiter in lucem venerunt:& ibi multa in materia noſtra adducit.

✣ CAVSA. ✣

Clara. Quia quæſtio hæc videtur habere dependentiã ex præ
3 miſſis,quæro ſi eſt † aliqua cauſa clara inter duos conſanguineos, nunquid alter poſsit compelli per alterũ ad compromittendum prout ſtatutum committit. Raph. Fulg.in conſi.cxix. proponitur quòd Federicus tenet, quòd ſtante re clara poſsint partes compelli ad compromittendum : quia illa ratio quòd tranſigi, vel cõpromitti non poſsit, nec deberet, quia res certa ſit ex inſpectione tranſactionis, & geſtis apud acta iudicis: & quòd ſuper certo non tranſigatur,eſt falſa.eò:qa ſecundũ hoc ſuper omnibus de quibus probari poſsit publicis documẽtis:& multo magis ſi iam in iudicio probatio facta eſſet, ante etiã prolatã diffinitiuã ſententiam:& rem iudicatam tranſigi non poſſet,quod ridiculum eſt, cùm euentus iudicij ſemper dubius cenſeatur vſque ad prolatam diffinitiuã ſententiam,& rem iudicatam, quæ nullo iuris remedio attentata ſit,neque attentari poſsit.nam poteſt rem iudicãtam,ſi,vel appellari poſsit,tranſigi poſſit,vt.ff. de tranſactionibus.l.& ſi poſt rem:&.l.eleganter.§.primo,de conditio.inde.

¶ Facit pro præmiſſa concluſione illud quòd facta petitione per auctorẽ, etiã ſi res ſit clara ſi fuerit per eum negata : efficitur dubia. nam per negationem redditur res dubia.l. poſt rem iudicatam.ibi vel negetur iudicatum.ff. de tranſac.l.iiij.in princip.C. quib. ad liber.procla.non li. per gloſſ.l.j.§.j.ff. nil noua.& in.l.j.C.de procur.ex quo videtur, quòd nunquam res ſit clara, & per negationem facta dubia,debeat compromitti.

¶ Facit inſuper,qa iſti arbitri electi ex forma ſtatuti ſuccedunt,in locũ iudicum. vt per Bald. in.l. ſi iudex.ff. de his qui ſunt ſui vel alie. iur.& habent iuriſdictionem à iure ordinariam.per ea quæ not.in.l.fi.C.de iudi.& dicam infra in.q.ſexta princ.& ideo prout iudex ſuper articulo claro iudicat. ità & iſti arbitri aſſumi debent ſuper cauſa clara , quoniam iudices ſunt ex quò iuriſdictionem cenſentur habere,& loco aliorum iudicum ſubrogantur.

¶ Contraria opinio quòd in cauſa clara non poſsit peti compromiſſum ; tenent communiter doctores:& pro hoc eſt tex.& ibi Alexand.in.l. ſi ſic.ff. de verbo.oblig.qui dicit quod illa lex inducitur ad quæſtionẽ per Imo. quod ſtante ſtatuto noſtro, quod de litibus vertentibus inter coniunctos omnino debeat fieri compromiſſum.ſi eueniat litem moueri ſuper re clara, non habebit locum dictum ſtatutum. allegat not.per Barto.in.l.ille,aut ille.§. cum in verbis de leg.iij.vbi ſtatutum quod cauſæ debeant committi conſilio ſapientis:procedit quando ſunt dubiæ. ſecus ſi claræ:prædicta probantur per

l.eleganter in prin.& ibi Bart. iuncto. §.si quis post.ff.de condi. indeb. & in l.post rem.& ibi Bar.ff.de transac.

¶Facit pro hoc quod ponit Abba.in.c. exposita de arb.in glo.ij.vbi dicit.not. bene istam gl.iuncto tex.primò, in eo quod ęquiparat transactioné, & compromissum.secundo,quia vbi non potest transigi non valet cōpromissum. nā cōpromissum est quædā transactio in auc.si verò contigerit de iudi.& inducit hoc pro statutis locorū in quibus cauetur vt inter consanguineos fiat compromissum.debet enim statutum intelligi,quando petitur compromissum super re dubia.nam si res esset certa,& clara, quéadmodum non habet locum transactio, ita nec compromissum.

¶Dictū hoc,quod in re clara nó compromittatur.ponit Anto. de but. Ioā. de imo.& Card.in.d.c. exposita de arbitr.& Barba.in consil.lxxxv. illud in medium vbi multa accumulat volu. iij.&inter cętera adducit dictū Raph. Fulg.in.l.ij.C. de legi.vbi dixit quod statutum cogens affines ad cópromissum : intelligitur de re dubitabili. & ponit Alexan.in consil.cxxxv. citra.j. dubitationem.colū.j. volu.vj. qui dicit quod cōpromissum,sicut nec transactio potest fieri sup claro & liquido alleg.no.per Innocen.in dicto.c. exposita.& Soc. in consil.cęxx. viso cōpromisso in prin.volu.ij.& Roma.in cōsi. lxviij. visis mihi propositis in fine. & Corn.in consil.lxv.quoniam præsens, colū.prima,volu.iiij.& Barba.in consil.xlij.illud in medium,colū.ix.volu. primo, Soc.inconf. ccc.in causa interpellationis,colū.ij.vol.ij.

¶Et tenendo hanc parté ad contraria respondet Corn. in consil.ccxc. quod fuerit iustè volu.j.col.iij. dicens quod per negationem facti non apparentis res dubia redditur,quæ clara reddere tur per confessioné. ita loquuntur in contrariū adducta. sed per negationé iuris non redditur res dubia,nec simile per negationé facti apparentis. ideo si quis ostendit instrumentū procur. licet aduersarius illud neget non redditur ex sola negatiōe res dubia, ideo non tenetur cauere, prout Doc. concordant in .l.j.C. de procura. negatio enim tunc reddit rem dubiā quando est probabilis. secus si est improbabilis. nā talis negatio nó reddit rem dubiā. vel dicas prout dicit Bald. in .l.j.ff.de transact. quod aut res est liquidanda. tunc negatio facit rem dubiam.aut liquidata.tunc negatio nó facit ré dubiam,vt no.in.l.& post rem,eo.titu.& ibi infert ad quæstionem nostram.

¶Vel dici potest ex méte Angeli in .l. post rem.ff.de transac. vt refert Barb. in consilio.liij.clementissimū colū.finali, volumine.iiij. quod negatio per calūniam euidentem, vel absque calū nia.cùm probatio est in promptu de contrario non facit rem dubiam.

¶Nec obstat,quod dubius est litis eué tus,quia illud est regulare. non tamen quando res est liquidata adeo quod non restat nisi referre sententiam : & remanet solus articulus iuris. nā tunc licet sit aliquale dubium : quia iudex propter ignorantiam, vel malitiā posset iniquam ferre sententiam. non tamen est talis dubietas quæ sit in consideratiōe quin dicatur res clara adeo quod super ea nequeat trāsigi, neque compromitti.& subiungit Corn.in dicto consilio, quod hoc firmat, Bald. in

consil.

consil.cccxxxij.incipiē.super eo quod
quæritur columna tertia & est in con
silio.ccclviij.volumine tertio,vbi con
cludit,quòd licet statuū mandet cau
sam compromitti, tamen re liquidata
non pōt peti cōpromissum:& quia res
clara. & quia quando nihil restat ad
liquidandum censetur tacitè in causa
conclusum,alleg.l.cum à nobis.C. de
dila.l.quāuis indubitari.C. de adulte.
item ponderat, quòd ista statuta sunt
inducta ad dirimendum lites, non ad
differendum.adducit.l.quamuis.ff.de
arb.& si iudice volente sententiare po
test peti cōpromissum: non abbreuian
tur seu dirimuntur lites sed differun-
tur. & prædicta demonstrantur vera
per ea quæ ponit infra in quinta quæ-
stione,princip.in verbo publicato pro
cessu. vbi ex dispositione.l. publicatis
attestationibus nō licet cōpromissum
petere cū esset iniquū iam clara,& ex-
pedita ferè, petere compromissum:&
causam differre per text.in.l.fin.& ibi
Pau.de de castr.C.de compens.

¶Non obstat quòd subrogantur loco
iudicum, nā respondet Coro. in dicto
consilio quòd licet subrogētur, tamen
subrogantur vt arbitri.& compromis-
sum est quædam species transactionis:
& in istis arbitris iuris loquuntur Do
cto.tenentes quòd super re clara vel ar
ticulo iuris non fit huiusmodi cōpro-
missum:vel dicas quòd quamuis sub-
rogētur loco iudicum ordinariorum,
attamen in isto casu cessat ratio statu-
ti,quæ est: vt iurgia & lites tollantur,
& abbreuientur.per ea quæ dixi suprà
in secunda quæ.primæ, quæ.princip.
nam si de re clara compelleretur com
promittere litem coram his subroga-
tis:agerent de causa de qua non debet
litigari.quod esset contra mentem,&
verba statuti quæ requirūt litem esse
vt cōpromittatur,vt dixi suprà in ter-
tia quæstio.primæ quæstio. princip.in
verbo controuersia in versiculo infero
ex prædictis.

✲ CAVSA. ✲

Ex Instrumēto guaren-
4 tigionato. † Quæritur an talis causa
comprehēdatur a statuto nostro Bart.
in.l.eleganter in prin.ff.de cōdi. inde.
dicit quòd statutū nostrum non com-
prehendit hunc casum si instrumenta
guarentigionata habent exequutionē
paratam ex forma statuti.: quia com-
promissum est quædam transactio,vt
in authen.vt difer.iud.§.primo, & in
authen.si vero contigerit.C. de iudic.
& ibi not.sed de eo, quod est certum
non potest transigi. ergo, &c. Rapha.
fulgo.in dicta.l. eleganter dicit quod
quāuis Barto.videatur sibi ipsi contra
rius in.l.quod ephesi in.§.primo.ff.de
eo quod cer.lo.dicens quod compro-
missum non est trāsactio propriè,quia
illa non potest procedere nisi aliquo
dato, vel retento vel promisso, & ex
compromisso possit reus nōnunquam
in totum absolui,vt ibi per Barto.sol-
uat opinionem Barto.hic, ex duobus
primo,quia in transactione sufficit es-
se promissum aliquid etiam sub con-
ditione.l. si super.C. de transactioni-
bus,vnde cum in cōpromisso promit-
tatur de parendo sententiæ arbitri, &
de illi stando dicendum est esse transa
ctionem. Præterea alia consideratio-
ne potest secundum ipsum sustineri
dictū Bar.qa scilicet cessant verba sta

tuti dicentis si sit lis vel controuersia cessantibus verbis statuti cessat dispositio statuti. vt ibi per glo. & tex. a côtrario sensu in. l. post rem iudicatam. ff. de re iudi. dictum hoc Barto. quòd statutum nostrum non côprehendat hunc casum sequitur Iaso. Soci. in dicta. l. elegantèr in princi. & Paulus de castro. in. j. constitutio. C. colum. ij. & Alexand. in consilio. lxij. visa facti narratione in fin. volu. ij. & Ben. de Bar. in tracta. de guaren. quæstio. xx. secûda quæst. princip.

¶ Intellige tamen prædicta quando
5 † instrumenta essent clara & aperta, secus autê quãdo aliquo modo essent dubia: quia tunc remanemus in dispositione statuti, put traditur per Barto. & alios vt suprà. & ponit Socin. in consilio. iiij. visis actis & actitatis volu. mi. j. vbi dicit quòd pro hoc facit glo. in capit. qui contra iura de re. iur. lib. vj. & in capitu. cû olim de verb. significa. & ibi Abb. que volunt, quòd licet confessio facta in iudicio indicat notoriû, tamen illud procedit quando confessio non offuscatur ex aliqua causa, seu aliquo iure, seu ex alijs circunstãtijs. adducitur etiam Bal. in. l. ij. C. de exec. re. iudi. & in. l. j. ff. de lega. ij. vbi dicit quòd via exequutiua non habet locum, quando tale instrumentû guarentigiatum est offuscatum. inferendo quòd si pater fecerit diuisioné cû filijs, & nepotibus, de rebus profectitijs: & subinde factum fuerit instrumentum guarentigiatû, quòd super eo instrumento, & in tali casu potest peti compromissum: quia non est res adeo clara. hanc eãdê declarationê posuit. l. Lanfrã. sequutus opinionê Barto. & aliorû in tracta. de arbit. quæst. l. vltimæ partis.

CAVSA.

Ex iurata promissione.

6 † An & isto casu si agens promisisset stare conuentioni, & iurauerit: si postea de ea re conuenta agat poterit petere côpromissum. Paulus de castro in consi. xiij. visis, & côsideratis omnibus de quibus suprà volu. j. & . ij. & in antiquis consil. lxvij. vol. j. ponit hanc quæstio. & decidit quòd non: quia statutum de quo suprà in quo se fundat actor ad petendû côpromissum, non habet nec habere potest locû in casu in quo prælatus actor molestãdo predictos venit contra iuramentû, quod seruare posset si vellet sine interitu salutis eternæ, nec fuit vi dolo vel metu præstitum: nec tendit in preiudicium alterius quã iurantis. & sic de iure canonico côpellitur ei stare, & non contrafacere. posito, quòd contractus seu transactio super qua fuit interpositû esset de se nulla capitu. cum contingat de iureiur. de pact. capi. ij. libro. sexto.
¶ Preterea (dicit ipse) non valent. ll. dicentes quòd iuramentû interpositû super alienatiôe fundi dotalis, vel super futura succesfione non valeat, nec sit seruandû. C. de colla. l. pactû quia sunt correctæ per. d. capitu. cû contingat & per dictû capitu. secundum de pact. libro. vj. quia ius canonicû preualet in hoc iuri ciuili, etiã inter laicos cû agatur de piudicio animæ iuxta no. in capitu. ij. de regu. iur. libro vj. per glo. & Barto. in. l. priuilegia. C. de sacro sanctis ecclesijs. ita non valeret statutû disponens quòd iuramentum

tum non seruaretur qa non potest esse potentius,& maioris efficatiæ,quamuis cōmune à quo statuta consequuntur robur.l.omnes populi.de iusti.& iur.si igitur hoc est quòd statutum,si specialiter hoc disponeret nō valeret. sequitur quòd in generali dispositione prefati statuti hoc non comprehenditur:quia in generali dispositione statuti non venit casus,in quo statuentes non potuissent specialiter statuere. ff. quę in fraud.cred.l.si pater,&.ff. ad municipa.l.lucius.§.pe.ibi cum ad ea quæ &c.dictū hoc Pau.de cast.refert, & sequitur Alexand.in consil.xxxvij. viso,& oportunè discusso colum.viij. volu.ij.& Mar. Anto. bauer.in tract. de vir.& virib.iura.numero.xxxiij.& Barb.in consilio.liij.clementissimum colū.penul.volu.iiij.& Deci.in capit. constitutus colum.ij.de rescrip.& dicam infrà in hac.quæst.in verbo exceptio pacti iurati.

✠ CAVSA. ✠

7 Spiritualis incidēs.† Nūqd arbitri electi,ex forma nostri statuti possint de ea cognoscere,& partes cōpelli ad compromittendū? Roma.in consilio.cclxxxix.in proposita cōsultatione ponit hanc quęstio.& arguendo ad partes determinat talem causam non esse cōpromittendā:motus ex decisione Bart.in.l.ius dandi,alias.l.pretor. ff.de tuto.& curato.da.ab hijs dicentis,quòd ex forma constitutionis volentis omnes causas compromitti debere in arbitros,& arbitrantes.de iure,& de facto non poterit cōpromitti ea causa super qua prohibita est trāsactio,vt est causa tutelæ per.l.in eos. ff.de tutel.Præterea (dicit ipse) constitutio loquens per verba generalia, nunquàm includere ea intelligitur, velle super quibus ipsi statuentes nō potuissent specialiter disponere:quòd causæ matrimoniales,seu status concernentes legitimitatem personā valeant in laicos cōpromitti.igitur &c. Quod autem id specifice disponere non potuissent,probatur.quia non valet irrationabilis constituto ciuitatis temporali iurisdictione ecclesiæ subiectę iuri canonico contraria.vt dispu tando terminat Ioan.calder.in consilijs suis sub titulo de constitu.consilio decimooctauo.& est casus in capitulo.cum essem de testamē.sed huiusmodi constitutio multiplici ex capite est irrationabilis. igitur &c. quòd autem irrationabilis sic,patet:quia facultatem cognoscendi in matrimonialibus laico cōcederetur,quod est prohibitum de iure capitu.quanto,& capitu.decernimus,& quæ ibi not.cum hæc cognitio spectet ad episcopū cap. accedentibus de exces.prelat.

¶ Item,quia per eam constitutionem laici debilitarent iurisdictionem episcopi eorum superioris in spiritualibus,ad quē spectat de huiusmodi causis cognoscere.iniqua autem & consequenter inualida est illa constitutio,per quam inferior iurisdictionem superioris infringit capitu.veniens de iureiurando not.Barto.in.l.pen.ff.de aqua pluuia arcenda.Item quia videretur cognito matrimonialis causę laico concedi canonum peritiam nō habenti.cum dicat text.matrimoniales causas per discretos iudices tractandas,qui potestatem habent iudicandi,&

di,& statuta canonũ non ignorent,de consang.& affinitatẽ capitu.ex literis in fine.

¶ Præterea secundum ipsum est casus de hoc in capitu.causa restitutionis de in integr.restitu,& in.l.non distinguemus.in.§.de liberali.ff.de arbit.& est tex.in capitu.contingit & in capitu.per tuas de arbitr.in quibus habetur quòd laicus,licet habeat clericũ adiunctũ,non potest de spiritualibus cognoscere per eã rationem quia non decet vt laicus in talibus arbitretur.

¶ Nec obstat ratio Bald.in.d.l.vnica.C.de confes.quia quamuis arbiter ita cognoscendo non videatur vsurpare iurisditionẽ ecclesiasticã:tamen sibi cognitio denegatur:quia non est ratio prohibitiua cognitiõis ea,scilicet vsurpatio iurisdictionis,sed defectus potestatis,quia circa istas causas est in laico.tit.d.c.quanto &.d.c.decernimus. idem determinat Roma.in cõsil.clxij. idem mihi.

¶ Lanfr.in tract.de arbi.quæst.xlviij. par.vl.idem determinat ea ratiõe:qa statuta recipiunt interpretationẽ passiuam à iure communi.l.ij.C.de noxa.& in capit.dilectus de consue.Vnde dum statutũ dicit,omnis cõtrouersia compromitti debeat &c. Intelligi debet quæ possunt de iure communi compromitti id est de natura sui in cõpromisso deduci.ꝙ nota (dicit ipse) quia quotidiana.Bapt.de san.Blas.in tract.de arbitra.quæstio.xxj.decidit hũc articulum,& dicit ꝙ Bald.in.d.l. j.C.de confe.male sensit,& meliorem habuit opinionem in.l.non distinguemus.§.de liberali.& subnectit rationem.nam arbitria sunt redacta ad instar iudiciorũ.l.j.ff.de arbi.sed iudex etiã incidenter non cognoscit de causa spirituali,quando est quæstio iuris, non solum facti.vt tenent Barto.& do cto.in.l.ij.ff.de iurisdi.om.iudi.& in l.Titia.ff.sol.matri.Ergo nec arbiter. Alexand.in.l.Titia.colũ.iij.versi.vj. ff.sol.mat.dicit ꝙ dictum Bal.est valde periculosum.

¶ Aduerte in hac.q.ꝙ & si opinio Roma.& aliorũ,ꝙ talis quæstio matrimonij incidẽs nõ cõprehendatur.sub nostro statuto in se,& habito respectu ad ius cõmune sit vera:attamen si ad ius nostrũ Patauinũ aduertimus,certum est talẽ causam matrimonij incidentem,à statuto nostro comprehendi,& pro hoc adduco aliud statutum. xxiiij.incip.minuendarum litiũ sub ti.de cita.& ordine' pce.in cau.ci.cuius verba sunt hæc.(Et quod causa filiationis, & matrimonii, incidens, vel emergẽs corã iudice seculari possit corã eodẽ finiri,& terminari.)hæc illud.non discutio nunc an tale statutum teneat de quo per Alex.in.l.titia ver.vij.ff.sol.mat.cũ per dominiũ Venetum sit approbatũ & debeat obseruari:& ideo presupposito eo, pro vero dico.ꝙ statutum nostrũ de cõpromissis debet interpretari secundũ predictũ statutũ magis,quã secundũ ius cõmune.& pro hoc facit dictũ Anchar. in cõsi.cccccxxiij.Viso puncto in fi.vbi dicit,& si tu dicis quare magis admittis suppletionẽ vnius statuti ad aliud, & nõ suppletionem iuris cõmunis ad statutum.respondeo cum philosopho, in habentibus symbolum, facilior est transitus.l.sed cũ patrono.ff.de cont. tab.&.l.an inutilis.ff.de acceptil.& sic statutum nostrũ debet recipere interpretationem ab alio statuto,nõ autem à

tem à iure cõmuni ex quo interpreta-
bitur quòd causa matrimonij incidẽs
possit compromitti & à statuto nostro
comprehẽdatur.& ꝙ statuta recipiãt
interpretationẽ magis à statuto quàm
iure cõmuni.ponit Deci.in consi.lxv.
Et pro tenui.col.ij.volu.j.& in consil.
ccc j.In causa q̃ Ferrariæ.col.iij.nu.x.
vol.ij.& pro hoc facit dictũ Ang.rela-
tum per Cur.in cõsi.v.Videretur pri-
ma cõsideratiõe.col.xvij.vbi dicit,ꝙ
vnũ statutũ recipit ab alio declaratio
nẽ,lõge magis quã à iu.cõmuni,cũ ab
eo.cerebro processerint,& sunt taliter
intelligẽda:ne inter se quãdã contra-
rietate,& repugnãtiã contineãt. ꝑut
ponit Bal.in.l.hij.qui.col.fi.ver. mo-
do ex hoc.C.de appel.quod etiã ponit
idẽ Cur.in cõsi.vj.ꝓsupponit col.viij.
ver.cõfirmo,& sic quãtum spectat ad
causam matrimonij incidẽtẽ,puto sta
tutũ nostrũ eam cõprehendere.cũ per
aliud statutũ declaretur.in alijs vero cau
sis spiritualibus incidẽtibus,nõ est re-
cedẽdũ à prima sentẽtia ꝙ statutũ no
strũ non includat cũ in illis casibus re
cipiat interpretationẽ à iure cõi,nec
licita sit extẽsio de causa matrimonij
ad alias.cũ exorbitet à iure cõmuni ꝑ
no.in.l.si cõstã.ff.sol.ma.& in.l.oẽs po
puli.ff.de iu.& iur.limita ꝓdictã.q.vt
suprà dictũ est qñ esset.q.facti spiritua
lis nõ iuris.vt ꝓxi.dicã in verbo vsura.

8 ¶ † Iuxta prædicta q̃ro,pone factum
est cõpromissum causæ vertẽtis in cle
ricum arbitrũ electũ secũdũ formam
statuti nostri:& in ea causa q̃stio spi-
ritualis incidit in iure cõsistens.an ta-
lis clericus possit de ea cognoscere. Fe
ly.in.d.capitu. cum sit.columna.iiij.
versicu. & vidi. decidendo consimi-
lem quæstionẽ in delegato clerico cõ-
stituto per iudicem laicũ,quod idem
est in arbitro electo ex forma statuti
qui dicitur delegatus secundum ali-
quos,vel ordinarius,& sic subrogatus
loco primi iudicis vt dicam infrà in
quæstione sexta principali dicit quòd
videbatur ꝙ non:quia hic electus iu-
risdictionẽ habet a seculari,& à lege
quæ non potest disponere inciden-
ter.dic cõtra(dicit ipse)quia ratione
incidentiæ,qui est in competens,effi-
citur competens,c.causam de resti.in
integ.l.cum proponas.cum glos.C.de
reb.credit.cum simili.Non obstat.c.
tuam de or.cog.quia loquitur in eo
vbi etiam est incapax,sed clericus non
est incapax iurisdictiõis.ergo quæ da-
tur à lege,non est illa quæ tribuit ei
cognitionem,sed incidentia iuncta cũ
capacitate , quod subtile est secun-
dum ipsum Fely.& teneas mẽti quia
singulare.

✲ CAVSA. ✲

9 Vsurarum † An & ista com-
prehendatur sub
nostro statuto. Alexand.in sua dispu-
tatione incipien.Sigismundus in vl-
tima quæstione disputat ad partes.
an & quando laicus possit esse arbi-
ter in causa vsuraria.cuius dicta po-
tes ibi videre cũ ponat argumenta,&
solutiones ad vtrãque partem:sed tã
ex eius dictis quæ videntur facere ad
hanc causam quã ex his quæ propo-
nũtur per cõmuniter scrib.facio duo
capita. aut enim in iudicium dedu-
citur causa vsurarum ad cognoscen-
dum super aliquo contractu certo,
vtrum esset vsura vel non . & tunc
dico , quòd de ista causa non potest
com-

ord.cogno.& ibi etiam Imo.qui dicit ꝙ ista opinio habet æquitatē ad lites abbreuiandas, quod etiam sequitur Alex.in.d.l.vir bonus,in addi.ad Bar. ff.iudi.sol. & Abb.in.c. exceptionem col.iij.versi.Item fallit de excep.dicēs rationem esse:quia in notorijs nō debet iudex pati causam deduci in iudicium.per text.in capi.quoniam de fil. præsby.& Alexā.& Ias.post ipsum in l.naturaliter.§.nihil cōmune col.xxviij.nu.cv.ff.de acqui.poss.idē voluit Soc.in.c.j.in.vij.art.prin.except.x.de lit.cōtest.& Aret.in.d.§ æquè excep. xv.institu.de excep.& Fely.in c.exceptionem col.viij.nu.xv.de excep.vbi multa accumulat in materia.

¶In compromisso autem,& in statuto nostro quod impediat tenuit Ioā.de mont.sper.in.l.elegāter.§.si quis post ff.de condi.inde.Quem refert,& sequitur Soci.in consil.xxxviij.Pro decisione colū.pe.ver.& in proprijs terminis,dicens satis esse quòd ex narratione alias cōfessione actoris appareat de ipsius iniustitia.l.cum precum.C. de lib.cau.adducit not.per Bart.in.l. eum qui ita.§.qui ita.ff.de verbo.ob. & in.l.vbi pactum.C.de trāsac.vbi tra dit ꝙ calūniosè,notoriè agentē nō so lum pars potest repellere : sed etiam iudex (parte non petente) vt in simili adducit Areti.in.l.si quæramus.ff.de test.col.j.& Alexā.in consilio.lxij.In causa & lite col.iij.versi.tertio statutum vol.vij.faciunt ea quæ dixi in exceptione prima huius quartæ partis.

EXCEPTIO.

8 Non possideo. †Per hāc ex-

peditur lite.contesta.nam si à me ré petas, quam dico non possidere: non cogor iudicium suscipere.l. fin. cum glos.& ibi Bald.& Angel.in.j.not.ff. de rei vendi.not.hoc Areti.in dicto.§. æquè exceptio.xxx.insti.de except.& Franci.in.d.c.j.fallen.xx.de lite.contesta libro.vj.

¶Intellige tamé prędicta nisi reus negauerit:& falso.nam tunc conuictus de mediato conuenitur.ita Franc.vbi suprà per text.in.d.l.fin.Sed aduerte quia ille tex.dicit ꝙ si fuerit cognitus mendax, transfertur possessio in agente:& sic super iudicio cœpto, non est necesse quod lis cõtestetur: cùm super possessióe amplius reus nõ audiatur, sed super proprietate.vt per Barto.& alios in.d.l.fi.in fine.

EXCEPTIO.

9 Non potuit testari. † Exceptio hæc dicitur præiudicialis.nam si peténti hęreditatem opponatur, ꝙ ille virtute cuius testamenti petit nõ potuit testari: q̄a erat alieni iuris: vel alia variantur.de quibus in gl.in.l.si quæramus.ff.de test.variè senserũt doctores an per hãc exceptioné impediatur litis contestatio.nã Bar.in.d.l.si quęramus dicit, ꝙ hæc exceptio quę respicit personam testãtis, debet cognosci post lité cõtestatã.ita (dicit ipse) videtur glo.in.d.l.si quęramus.in.l.iij.sed vult dicere in.l.ij.in gl.pé.C.de edic. diu.adri.toll.idem cõcludit ipse Bar. in consi.clxxxv. Deo Dauid Ioannis vol.j.dicens quod exceptiones contra personam quæ respiciunt merita cau-

examinari post litem contestatam.c.j. de lit.contesta.lib.vj.& nota.in.l.elegãter.§.si quis post.ff.de cõdi.indebi. vnde (dicit ipse) si opponitur de persona eius ex qua fundatur ius agentis, non impeditur litis contestatio. Pau. de Castr.in.d.l.si quæramus, dicit q̄d hęc exceptio respicit merita causę, ex quo eius cognitio debet fieri post lité contestatã.Saly.in.l.liber necne.C.de pet.hæred.dicit.ꝙ ista opinio Bar.sibi melior videtur: ꝙ hęc exceptio siue opponat̃ añ lité cõtestatã, siue post, q̄a est peréptoria,& merita causæ concernit, ideo de ea demum lite contestata debet disquiri; sed de ea debet iudex discutere ante omnia, id est, ante alias exceptiones peremptorias, secundum Bar.in.d.l.si quæramus,& sic concludunt prædicti hanc exceptionem non impedire litis contestationem.

¶Hanc autem impedire litis contesta, stationem concludit Bartol.in.l.liber necne.C.de pet.hęred.dicens hãc exceptionem non solum opponi ad merita causæ: sed ad impediendum processum, quasi dicat, tu qui agis ex testaméto, nõ habes iustitiam: quia testator fuit seruus:& donec istud probatur, non est ad alia procedendũ,& merito impedit processum.hoc idem voluit Iaco.de are.quem referunt,& sequuntur. Alb.& Bald.in dicta.l.liber. C.de pet.hæred.dicétes ꝙ quãdo hæc exceptio opponitur in vim dilatoriæ, impedit litis ingressus: secus si opponatur in vim peremptoriæ, determinat. & idé Io.fab.Cy. Pau.de castr.in.d.l. liber.& Angel.in dicto.§.æquè except.xliiij.insti.de exceptio. Ioan.de Imo.in.dic.l.si quæramus.relatis opi-

dicit, quòd pro dicto Barto., in dicta.l. liber. facit id quod nota. ipſe in .l. cum quęrebatur.ff. iudicatum ſolui. dando theoricam : quòd omnis exceptio per quã concluditur ipſo iure agenti, ius non competere: quòd illa poſsit obijci ad impediendum proceſſum & ad impediendum conteſtationem : & ſi iſta theorica eſſet vera. hęc exceptio poſſet obijci ad proceſſum impediendum. tamen dicit Imo. iſta doctrina Barto. eſt dubia: nec in toto eſt expedita ꝑ text. in.c.j.de lit.conteſt.lib.vj. vbi enumerantur, niſi certæ exceptiones peremtoriæ quas dicit tex. ſolum poſſe obici ad proceſſum, inter quas non videtur hæc enumerari.

¶Aret. in dicta.l. ſi quæramus dicit relata opinione Ioan. de Imo. quòd tex. in.d.c.j. fortius ſtringit, conſideratus, hoc modo, dum dicit quòd præter exceptiones litis finitæ nulla alia exceptio, aut defenſio reſpiciẽs merita cauſæ, poteſt obijci. verbum autem defenſio poſitum poſt verbum exceptio, nil aliud poteſt ſignificare quã exceptionem defenſionis, & facti: quæ præſupponit actionem extinctam ipſo iure, vel dicit ipſe, ſi põt ſignificare aliud ad minus de proprietate ſermonis, & verborum: etiam adhunc caſum defertur. quia verbum deffenſio eſt generale ad omnem allegationem quæ fieri poſſet in fauorem rei. vt declarat Bar. in.l.j.§.finali.ff.quod vi, aut clam.

¶Attamen (dicit ipſe) pro cõcordia iurium ſic diſtingue. aut opponitur exceptio quæ concludit agentem non habere actionem ipſo iure: & conſtat hoc notorie iudici ante litem cõteſtatam, to fortius pars poterit hanc exceptionem opponere per text. in.c. ad diſſoluendum de deſp.imp. & in.l. Papinianus.§.ſi quis impubes.ff. de inofficio. teſtamen. & tunc impeditur litis conteſtatio. aut opponitur hæc exceptio: & opponens offert ſe paratũ eam probare, nõ tamen ex deductis in iudicio, & adhuc non eſt notum iudici : & tũc licet pars velit probare incontinenti, videtur quòd non ſit admittenda per textum præallegatum, licet Barto. teneat contrarium, vbiq;, preterquam in dicta.l. ſi quæramus. de quo ego poſui ſuprà in verbo exceptio, per quam concluditur actionem non competere ſubiungens Imo. quod opinio Barto. ſequeretur vera: niſi vrgeret in contrarium text. in dicto.c.j.de lit.conteſta. libro ſexto.

¶Sed aduerte: quod tenendo hanc ſecundam opinionem, quæ magis videtur conſona veritati (per ea quæ dixi ſuprà in verbo exceptio) per quã concluditur actionem nõ competere. nam per hanc exceptionem non potuit teſtari. demonſtratur agenti ius nõ competere comparendi, & petendi : & ſic ante conteſtationem litis poteſt excludi, ſi modo incontinenti poteſt probari, vt dixi ſuprà in tertia regula, in hac quæſtione ad conſiderationem Im. de dicto cap. primo, de litis conteſtatio. libro ſexto, poteſt reſpõderi vt ꝑ Alexã. in.l.nam & poſtea.ff. de iureiur. & poſui ſupra in verbo exceptio acceptilationis. & ad conſiderationem Areti. in d.c.j. reſpondet Fely. in.c. exceptionẽ colũ.viij.num.xxvij. de except. & dixi ſuprà in dicto verbo, acceptilationis.

¶Poſſet etiam reſponderi alio modo

loquatur quando exceptio peremptoria opponitur propriè, vt peremptoria & opponitur ad merita causæ. nam tunc eo modo opposita non impedit litem contestari, nisi in casibus ibi enumeratis. si autem opponatur in vim dilatorie (vt dixi supra in hac.q.in.ij. regula) tunc non comprehendatur in dispositione dicti.c.primi. sed semper secundum prædictam regulam Barto. impediat litis contestationem. mouet me ad ita tenendum tex. in dicto.c.j. qui dicit exceptiones peremptoriæ: ex quo, de necessitate, ille text. debet intelligi in exceptione perẽptoria, non autem in exceptione anormala. prout est illa quæ potest opponi in vim dilatoriæ, & in vim peremptoriæ quæ (vt dixi) anormala appellatur per Socinũ, in dicto.c.j.in.vij.q.princ. de litis contesta. libro sexto, & mixta dicitur vt per Imol. post ibi relatos in.l. penultima. in.§. ad crimen.ff. de publicis iudicijs, & dixi suprà in secunda regula, cùm in.l. verba propriæ intelligantur l.si pupilli.§.videamus.ff. de negotijs gestis. verbum peremptoriæ, in dicto c.j. intelligendum est, de vera peremptoria, & quæ in vim peremptoriæ est obiecta: vt demonstrant verba text.

¶Insuper illa verba cuiuslibet principalis negotij contingentis, demonstrãt illam exceptioné obijci ad merita causæ, non autem ad impediendum processum. ex quo dico: quòd illæ tex. potest intelligi in obiectione exceptionis peremptoriæ in vim perẽptoriæ: quæ nunquã impediant, nisi in illis tribus casibus ibi enumeratis: vt etiam si non fuerint illæ exceptiones ibi enumera- & ex hoc textu ita intellecto, posset limitari dictum Barto. in.l. cùm quærebatur.ff.iudi.solu. & aliorum de quibus suprà in secũda regula dicentium, quòd ad hoc vt impediant, debent opponi in vim dilatoriarum, quòd hoc nõ procedat in exceptionib' enumeratis in dicto.c.j. vt si fuerint obiectæ in vim peremptoriarum impediãt litem contestari. & pro hoc facit quod concludit Bald. in.d.l.ij.col.xxiiij. versic. denuo quæro.ff. de iureiur. qui dicit, quòd exceptio rei iudicatæ qualitercunq; opposita, si etiam per modum, & formam peremptoriæ opponatur: impedit litem contestari. ea ratione, quia si actio ex sententia habet paratam executionem.l. si prętor in fin.ff. de iud. ergo & exceptio. & paulò post subiungit Bald. quod ista exceptio rei iudicatæ opposita etiam in modũ probationis habet hoc speciale, vt impediat processum: ne iudex ferat secundam sententiam, quæ non valeret.l.j. C.quando prouo.non est neces. de quo dicam infrà.

EXCEPTIO.

10 Tua non interest. † Hãc exceptioné glo. principaliter in.c.ex parte ade. de test. sensit esse dilatoriam, & sic debere, & posse opponi ad impediendam litis contestationem. idem voluit Inno. in.c. super his de accus. qui dicit quod hæc exceptio personalis est, & declinatoria. & ideo nõ potest proponi, nisi ante litem contestatam.l.fina.C.de exceptio.§.fina.insti.de except. Barto. in

debet opponi vſq; ad litem conteſtatam. allegat Innocen. in dicto. c. ſuper his, quem dictum etiam ſequitur Ioã. Andrę. Anch. Ioan. de ana. in dicto. c. ſuper his Alexan. in addi. ad Barto. in d. §. ſi quis ex his Imol. in. d. c. ex parte Adę. & Paul. de caſtro. in. l. j. C. ſin. cenſ. vel rel. ſimpliciter pertranſeunt cum Inno. & Card. in conſi. vij. In cauſa fratrum.

¶Attamen Ange. & Bald. in. d. l. poſthumus. §. ſi quis ex his. non ita ſimpliciter apprehendunt dictum Innocen. in dicto. c. ſuper his. ſed diſtingunt, ꝙ aut iſta exceptio cauſatur ex perſona, & ſic incidéter venit: nec tangit meritum cauſæ, & tunc eſt dilatoria. & debet proponi ante litem conteſtatam, prout etiam dicit Bald. in. l. ſecunda colum. xix. ſub verſicu. ſecundo, oppono. ff. de iureiur. & hoc modo intelligitur dictum Innocen. & aliorum ſuprà poſitorum, & quos ponit Fely. in c. ſuper his de accuſa. & in. c. ex parte Adæ. de teſt. & Aretin. qui multos ponit in. d. §. æquè inſt. de excep. colum. penul. aut talis exceptio reſpicit meritum cauſæ, eò, ꝗa cauſatur ex defectu iuris agentis: & tunc eſt peremptoria, & poteſt opponi poſt litem conteſtatam. quia vt dicit Ange. in. d. §. ſi quis ex his etiam iudex ex officio nullo opponente poſſet agentem repellere. l. vbi pactum in gl. C. de tranſactio. l. fi. C. de rei vendi. & Anto. de but. in dicto. c. ſuper his tenendo prædictam diſtinctionem, dicit. quod ſi ius excipiendi, vel agendi fundatur ſuper priuato intereſſe. quia deficiente intereſſe, deficit actio. hæc poſſet opponi vt peremautem hæc exceptio eo modo conſiderata reſpiciés actionem dicatur peremptoria, dicit Angel. eſſe caſum in. l. j. ff. de inoff. teſt. ibi obtinere ſpem non laboret. propter quod iſta exceptio, tua non intereſt, tanquam peremptoria obijcitur vſq; ad ſententiã. & ibi eum refert, & ſequitur Paul. de caſt. & idé Paul. de caſt. in. l. j. C. ſin. cenſ. vel reli. dicit quod Innocen. in dicto. c. ſuper his ponit duas opiniones quæ diuerſis reſpectibus, & terminis poſsint vtraq; eſſe verę Imo. ſub dubio ſorte dicit poſſe teneri hanc opinioné in. l. ille à quo. in. §. ſi de teſtamento in primo not. ff. ad Trebel. hanc tamen diſtinctionem vti veriorem, firmant Fely. Aret. in. d. c. ſuper his: & idem Felyn. in dicto. c. ex parte Ade. de teſti. & Ang. in dicto §. æquè. colum. penultima. Inſti. de excep. & Decius in conſilio. ccc ij. colũ. ij. & pro tenui. & ita poteſt intelligi, quod dicit Abb. in. c. j. in principio de accuſatio. Et ſecundum vtranq; opinionem dicendum eſt, quod iſta exceptio impediat litis ingreſſum: & per conſequens compromiſſum. nam primo caſu, quando eſt dilatoria tantum, & reſpicit perſonas: nulli dubiũ quod impedit litis ingreſſum, cùm de ea cognoſcatur ante litem conteſtatam (vt ſupra dictum fuit) Secundo caſu, quã do eſt peremptoria, ſi fuerit oppoſita in vim dilatoriæ, vt ſuprà in ſecunda regula: quia ex ea negatur actionem competere agéti. & ſic ſine actione experiatur, cùm dicatur, non habes actionem, quia tua non intereſt, tunc impedit ingreſſum litis (vt dixi ſupra in verbo exceptio) per quam concluditur a-

fi.de accuſatio. & ita tenendum puto.

EXCEPTIO.

Narraſti falſum in re-
11 ſcripto. † Si enim alicui dať actio per reſcriptum:& contra id opponatur,ꝙ fuerit impetratum tacita veritate.tūc impeditur litis conteſtatio.vt per plura deducit Soci.in.d.c.j.in.vij.q.prin. excep.xxxij.de litis conteſt.& Fely.in c.exceptionem col.xij. nume.xxxiiij. de excep.& quia non ſpectat ad materiam noſtram aliter non inſiſto.

QVINTO EX LEGE tam communi, quàm municipali.

EXCEPTIO.

Summarium.

1 *Allegationis iuris ſine facto.*
2 *Statuti obſcuri.*
3 *Statuti prohibentis audire.*
4 *Statuti actionem non dantis.*
5 *Statuti quod nemo audeat inquirere.*
6 *Statuti quòd ſit extra protectionē cōmunis.*
7 *Banni.*
8 *Compenſationis.*
9 *Ceſsionis bonorum.*
10 *Excuſsionis.*
11 *Spoliationis.*
12 *Quem de euictione tenet actio.*
13 *Dolo facis,qui petis quòd reſtiturus es.*
14 *Potuit impunè fieri.*
15 *Tu non es prælatus.*
16 *Peremptoria oppoſita in vim dilatoriæ parte non contradicente.*
17 *Peremptoria oppoſita in vim dilatoriæ ſta-*

Allegationis iuris
11 ſine facio. † Si enim partes ſunt concordes in facto, difficultas tantū reſidet ſuper iure.tunc ſi per partem opponatur quòd ſit iuris quæſtio,quòd lis non ſit conteſtanda.certum eſt illā impediri, vt voluit Bald. in .l. poſtquam liti.in verſiculo ſeptimo,exceptio.C.de pactis,qui dicit,quòd ſi eſt quæſtio iuris,& de iure nunquam reſeruatur in poſterum,ſed debet declinari cùm ponitur: & interim impedit ꝓceſſum. nā ſuper diſputationibus iuris non requiritur ordo iudiciorum: nec litis conteſtatio: nec iuramentum calumniæ. per not. per Innocen. in .c. cum inter.de conſue. idem Bald.in.l. Aretuſa. in fine.ff. de ſtatu hominum,expreſsius hoc determinat dicens, quòd quotiens non eſt opus probatione:non eſt lis conteſtanda. & ſic quando eſt quæſtio non habens factum.Pro hoc etiam facit illud quod de quæſtione iuris non eſt compromiſſum faciendum(ſtante hoc ſtatuto) vt per Baldū, in.l.ancillæ.C.de furtis,& alios de quibus ſuprà,in verbo cauſa clara in eadem quæſtione. prout, & idem tenendo. adducit Fely.in.c.exceptionem.colū. vndecima, nume.xxx.de excep.& Franc.in dicto c.j.fallen xj. de lit. conteſta. lib.vj. & Alexand.in.d.l.vir bonus. in addi. ad Bar.ff.iudi.ſol. & Aret. in .d.§.æquè. inſtitu.de except.iu.xiiij. exceptio.& Soci.in.d.c.j.de lit.conteſta.exceptio. xj.qui tamen dicit ex mente do. Ioan. de homode. ꝙ iſtud impedimentū videtur potius procedere ex officio iudicis coadiuuāte exceptionē,ꝗ ex ipſius

deberet proponi tempore suo: & sic post litem contestatam.& si proponeretur ante litem contestatam videretur probanda post litem contestatā.l. exceptionem.C.de exceptio. Sed tamen ex quo non indiget probatione, frustra fieret litis contestatio,& reseruatio probationis,post litem contestatam.& ideo dicendum est,quòd impedit litis ingressum:quia super ꝓcessu superuacaneo non est insistendum capitu.j.de summa trinita.capitu.commissa de electio.in.vj.& clemen auditor.de rescrip.Adducit etiam rationé suprà tactam de statuto,de compromissis.ex quibus satis constat,ꝙ præcedens exceptio impedit contestationem litis,& etiam compromissum,vt iam suprà dixi in verbo quæstio iuris. quod tamen.intellige, & interpretare vt ibi.

EXCEPTIO.

2 Statuti obscuri.† Si enim in iudicio allegaretur aliquod statutum,vel lex quę esset obscura:& super tali difficultate solum iudex haberet cognoscere:tunc lis non esset contestanda,nec reseruaretur in posterum,sed debet declinari,cùm opponitur per rationes in pręcedenti exceptione dictas.ita tenet Soci.in dicto.c.j.in.vij. quæstio. princip. excep.xij.& Alexan.in.d.l.vir bonus. in addi.ad Bart.ff.iudi.sol.Sed aduerte,quia si volumus trahere hanc exceptionem ad cópromissum,vtique non esset vera per ea quæ dixi suprà in hac quæstio. in verbo quæstio iuris, cùm

est faciendū,per not.per Bal.in.l.cum proponas.C.de re.cred.& alios quos ibi adduxi ex quo dico quòd hæc exceptio bene poterit contestationem litis impedire:non auté cópromissum.

EXCEPTIO.

Statuti prohibentis au-
3 dire:† Et hæc impedit litis ingressum vt est tex.& ibi not.Bart.in.l.omnes. C.de fun.pat.libro.xj.& eum sequitur ibi Ioā.de pla.& Bal.idé determinat in.l.postquā liti.colum.ij.versicu. ix.excep.C.de pac.allegat text.in.l.si seruus.C.de his qui ad ecc.cōf.& idé Bal.in.l.ij.in.xviij.colū.ff.de iureiur. & in.l.eleganter.§.si post.ff.de condi. inde.& in.l.fina.xiij.oppo.C.de edic. diu.Adr.tollen.& dicit Abb.in capit. quia frustra in fin.de vsu.ꝙ ista exceptio,non audiatur,est dilatoria,& debet ante lité contestatā proponi.& ibi Ioan.de ana.qui dicit aliàs Florentiæ fuisse dubitatū,an hæc exceptio posset etiam opponi post litem cōtestatā, idem voluit Alexan.in.d.l.vir bonus. ff.iudi.sol.& Frāc.in cap.j.fal.xxx.de lit.contest.lib.vj.

EXCEPTIO.

Statuti actionem nō dā-
4 tis.† vt puta si dicat non substituenti onera,& factiões cū ciuitate actionem non dabo,nam & hoc modo impediur litis cōtestatio,& tollitur actio vi exceptionis,vt per Barto. Paul.de castro Raphael Fulgo. Alexand. Aret.

reiurando.vbi latè per ipsos,& Socin. in.d.capit.j.in.vij.princ.articu.de lit. contesta.excep.xxj.& Fely.in capitu. exceptionem de except.columna.xj. numero.xxx.

EXCEPTIO.

Statuti quod nemo au=
5 deat ingrere:† Et per hæc verba statuti impeditur lit.contest.vt dicit Areti.in.d.§.æquè.institu.de excep.exceptione.xlij.allegat Bar.in.l.omnes.C. de fun.pat.lib.x.qui non loquitur de hac exceptione, sed de precedenti.& Bal.in.l.Arethusa.ff.de sta.ho.& in.l. postquã liti.C.de pact.qui non loquitur de hac,sed de ea quam suprà posui in verbo exceptio allegationis iuris,& etiã Allegat Ang.in.l.j.C.de bon.vac. qui nihil dicit de hac exceptione.ista autem exceptio per hæc verba statuti videtur impeditiua per ea quæ dicit tex.in.l.omnes,& in.l.sicut.C.de præscrip.xxx.vel.xl.an.vbi si mouẽda est lis contra aliquẽ.& per illa verba impeditur litis contesta.vt dixi suprà in verbo exceptio prędcriptionis:& eodẽ modo dicendũ est in his verbis statuti cum habeat eandem ferè vim.

EXCEPTIO.

Statuti quod sit extra ꝓ
6 tectionem communis:† Nam & hęc impediet litem contestari.vt per Bal. in.l.ij.in.xx.col.versi.cõcludo hoc.ff. de iureiur.per not.per Cy.in.l.j.C.de nat.lib.nam dicit Bald.isti dicuntur puoe includi:quia non est qui eis ius reddat.authẽ.cassa.C.de sacro sanctis ecclesijs.

EXCEPTIO.

7 Banni,† Quæ dupliciter considerari potest, vt puta, si per statutum dicatur bannitus, non audiatur . vel querela instituta pro bannito occiso,non audiatur.tunc talis exceptio est mixta:& si fuerit opposita in vim dilatoriæ, impedit litis ingressum,secundum formã traditam suprà in secunda regula ita determinat Iaco.but.in.l.secunda & tertia.C. de accus.Ioan.andr.in capitu.veniens de accu.Imol.in pen.in.§.ad crimen. colum.xvij.versicu.iij.casu.ff.de pub. iudic.& Areti.Ioan.de ana.in dicto capitulo.veniens de accu.& his adiungi possunt quæ dixi suprà in versi.statuti prohibentis audire.

¶ Aut statutum dicit,bannitum impuoe occidi posse &c.hoc casu si quis interfecerit bannitum:& agatur contra interfectorem, tunc dicit Iaco de are.in sua dispu.iij.incipien.in statuto alicuius ciuitatis in.j.quæstio.soluendo quæstionem,quòd ex eo,quia talis exceptio,& sententia,id est banno,descendat:& ex fine huic rei imposito per statutum impediri debet processus.sententia nanq; banni eum talis cõditionis fecit:quia omnibus pœnis bannitorum eum subiecit. argu. ff.ad Turp.l.prima.§. calumniatoribus.in fin.& .ff.de capi.dim.l.amissione §.j.& cùm ex statuto detur exceptio rei iudicatæ & finitæ:ideo impeditur litis contestatio,quòd dictũ Ia-

Andr.in additio.ad Specu. in titu.de accusa.in.§.fin.in additio. magna.incipien.vt infrà cer.temp.columa.ij.& Ioan.de Imo. in dicto.§.ad crimen,& Areti.transit cum hac sententia,in dicto capitu.veniens.colum.vij.per doctrinã Bal.in.l.decuriones.C. in quibus cau.infam.irrog.& est decis.Bart. allegata per eundem Bald.in.l.vbi pa ctum.C.de transactio.colum.fina.qui dicit impediri iudicium per allegatio nem tertij comparẽtis nomine interficientis bannitum:quia liquet iudici istud nõ esse delictũ,cùm impune potuerit occidi,ideo sine actione,seu accusatione iudicium non potest procedere.& sic per cõparitionem impeditur iudiciũ.ita dicit probari per text. in dicta.l.vbi pactum,secundum lectu ram Azonis quam putat verissimam. & hanc exceptionem inter prædictas impedientes litis ingressum,& contestationem,enumerat Alexã.in dicta.l. vir bonus. ff.iudic.solu.in additione ad Barto.

EXCEPTIO.

8 Compensationis: † Et hæc impedit litis ingressum,ex eo,quoniã hodie est inducta ipso iure, adeo quòd non est necessarium nisi proponere,& allegare compensationẽ.l.fina.C.de comp. §.sed nostra insti.de actio.ideo debet posse proponi in vim dilatoriæ,ita po nit hanc inter prædictas.Socin.in dicto capitu.j.in.vij.prin.arti.excep.xv. istud autem eo magis debet procedere:quia hæc exceptio compensationis [illegible]

Bald.C.de compensa.qui dicit quòd compensatio est quędam solutio:quia qui compensatur, videtur exequi.l.si debitor.ff.qui po.in pig.hab.no.Pau. de cast.& Iaso.in.l.j.C.de iur.& fac. igno.colum.iij.

EXCEPTIO.

9 Cessionis bonorũ: † Quia cedenti bonis,non datur actio,nec vt possit cõ ueniri:ideo impeditur litis contestatio.vt est text.in.l.in rem si vnius.in princip.ff.de arbi.& ita hanc dicit impedire Alexand.in dicta.l.vir bonus. in addi.ad Barto.qui allegat Alberi. & Angel.in.l.ex contractu.C.de bon. authẽ.iudi.poss.qui nihil dicunt.sed melius adduci possunt ea,quæ ponũt suprà in hac parte in verbo exceptio: per quam concluditur actionem non competere idem voluit Ange.in.d.§. æquè.institu.de exceptio.in exceptio ne xvj.

EXCEPTIO.

10 Excussionis: † Excussio in multis casib^s requiritur,vt in authẽ. presente.C.de fideius.& in authẽ.hoc si debitor.C. de pigno.&.l.j.C.de decu.& in.l.aduersus.C.de mag.conuen.& in alijs casibus enumeratis per Bart.in tract. de excussionibus in quæstio.ij.quãuis aliqui attribuant illum Iaco.de are. vt dicit Bald.in authen.pręsenti.C.de fideius.sed quicquid sit hæc exceptio impedit litis ingressum,cum sit dilatoria,& opponatur ante litem conte-

presente & Bald.in.l.ij.C.com.diuid. quia dicit ipse,est exceptio præposteratiõis ordinis de qua dixi suprà,quę impedit litis ingressum. idem voluit Alexand.in dicta.l.vir bonus.in addi. ad Barto.ff.iudi.sol.& Angel.in dicto §.æquè.insti.de excep.in.xxxviij.except.& Franc.in dicto capitu.j.de lit. contesta.libro.vj.fallen.xiij.& Felyn. in capitu.exceptionem. columna.xij. numero.xxxv.de excep. compromissum autem,& eius petitionem impedit si facta non fuerit:& facta cõcedit stante statuto.prout per plura determinat Corn.in cõsi.xlvj.in causa vertente,col.j.&.ij.volu.ij.

¶ Intellige tamen prædicta,vt nõ procedant quando sumus in causa in qua proceditur ex bono,& æquo.nã tunc talis exceptio excusionis nõ est in cõsideratiõe.vt dixi suprà in.j.q.prin.in verb.æquius & melius.

¶ Item nec procedere quoties princi palis abest,vel notoriè non est soluendo.vel fuerit renũtiatum excusioni. vel iuratum,& in alijs casibus positis per Alex.Ias.Deci.& alios in.l.fin.ff. si certum petatur.

EXCEPTIO.

11 Spoliationis † Et hoc impedit litem contestari,cũ spoliatus debeat ante omnia restitui.si quis à se fundũ.C.ad.l.Iuliam de vi.& ibi glo.& capitu.j.de restitu.spo.& dicit Ang.in.l.si maritus. ff.de donatione inter virum & vxorẽ. quòd spoliato fauetur si spoliatus est omnibus bonis eius,vel maiori parte à tertio,à nullo inquietari potest,neq; ciuiliter, nec criminaliter,nisi prius restituatur.& Bart.in.l.naturaliter.§. nihil commune.ff.de acquiren.posses. in.iiij.combin. dicit quòd hæc exceptio est dilatoria:& ideo impedire debet litis ingressum :quem sequuntur ibi omnes doct.idem voluit Ang.connumerans inter prædictas impedientes ingressum litis.in.d.§. æquè.insti. de except.in.xxxix.excep.Franc.in.d. cap.j.de lit.contest.libr.vj.fal.xxij.sed an talis exceptio possit opponi possit opponi post lit.contest.Bar.in.d.§.nihil commune determinat,ꝙ nõ.& eũ sequuntur cõmuniter scribẽtes,quãuis alij.vt Fulg. aliter senserint in.d. §.nihil commune de quo ibi per Moder. repet.

EXCEPTIO.

12 Quem de euictiõe tenet actio: † Eundem agẽtem repellit exceptio de qua,in.l.vendicãtes.ff.de euict.& hæc est impeditiua ingressus litis,opposita in vim dilatorię.vt supra in.ij.reg.vt est tex.in.l.iij. C.de fide insti.& iur.hast.lib.x.ibi referre q̃stionẽ procu.meus non sinet.& ibi decidit Bar.per illum tex.quẽ sequuntur idẽ determinãtes. Bal.Ang. & Ioã.de Plat.idẽ voluit Franc.in.d. c.j.de lit.contesta.lib.vj.fal.xxix.& si dicat ꝙ Bal.in.l.venditrici.C. de reb. alie.non alie,videaſ sentire ꝙ hæc exceptio est peremptoria:sed ꝙ nõ possit opponi in vim dilatoriæ hoc non dicit.vnde Barto.& omnes alij suprà nominati & ipsi dicũt hãc exceptionẽ esse peremptoriam.sed quòd etiam potest opponi in vim dilatoriæ,idem voluit Soci.in.d.c.j.de lit.contest.in.vij. q.princi.exceptione.xxiiij.& Alex.in d.l.

d.l.vir bonus in additio.ad Barto.ff. iud.sol.in compromisso auté quod & hæc impediat,illud fieri tenet Soci.in consi.xxxviij. Pro decisione.col.fina. volu.primo.

EXCEPTIO.

Dolo facit qui petit ꝙ
13 restituturus est.† Hæc exceptio impedit contestationem litis, & compromissum.vt voluit Soci.in.dicto cõ silio trigesimooctauo, pro decisione. col.fina.volu.j. Allegat Bald.in.l.emptor.C.de her.vel actio,ista auté exceptio habet locum non solum quando restituturus es mihi:sed etiã quãdo esses restituturus alteri, qui mihi deberet restituere.vt est tex.& ibi no.Alex.& Ias.in.l.si donaturus.§.si quis indebitã.ff.de condit.ob cau.sed nũquid habet locũ quando ex interuallo esses restituturus?vide Iaso.& alios in.d.§.si quis indebita.intellige tamẽ prædictã exceptioné nõ procedere in iudicio possessorio nec habere locũ,quando haberes dilationé ad soluendũ:secundum ꝙ no. Pau.de castr.in.l.si socer.§.Lucius.ff.sol.ma. versi.vlti.not.

EXCEPTIO.

Potuit impune fieri:
14 † Vt est in eo qui occidit bannitum: quia ex forma statutorũ poterat impune interfici de quo dixi suprà in verbo excep.banni.vel in eo hanc excep.possumus exemplificare qui vulnerauit aliquem condemnatum vltra l.lib.quod impune,ex forma statutorum fieri non potest vel in quocuuque alio qui potest impune vulnerare vel occidere.vt est in casu, quando licet sine iudice se videtur dicare.Nã talis exceptio obiecta impedit ingressum litis.ita determinat Barto.in.l.si seruus.C.de his qui ad eccl.confu.& sequitur Alex.in.d.l.vir bonus in addi.ad Barto.ff.iud sol.in fi.& Fely.in d.c.exceptionem colum.xij.numero. xxxv.de excep.& impedit inquisitionem formari:& accusationé proponi. vt vult Ias.in rubri.C.vt nemo pri. & Hip.in sua practica in verbo constante in fi.& in verbo sequitur colũ. sexta.

EXCEPTIO.

Tu non es prælatus:
15 † Nec in possesione prælaturæ, & hæc impedit contestationem litis.vt late per Fely.in.d.capi.exceptionem. colum.decima nume.xxix.de excep. & quia nil est ad statutũ nostrũ, ideo non insistam.

EXCEPTIO.

16 Peremptoria † Opposita vel dilatoriæ parte nõ cõtradicẽte:& admissa sit ꝓbatio eò tunc, si constiterit iudici de tali exceptione peremptoria, impedietur litis contestatio, secundum quod no. Io.and.& Archi.in.c.j.de lit.contest. libr.vj.& ratio est,ex quo admissa est talis exceptio,& ꝓbata:id tale est notoriũ.& ideo iudex nõ debet permittere quòd causa in iudicium deducatur.c.

tur.c.quoniam de fil.præsby.& dixi suprà in verb.exceptio notoriæ iusta. item quia per hoc euitatur circuitus, & liti facilius finis imponit.q à iure multũ attenditur.c.abbaté.de re iud. libr.vj.& cle.auditori.de rescrip.sequitur hoc Domi. Lap.& Franc.in.d. c.j.de lit.cõtest.libr.vj.limita.xxxix. dicens.hoc maximè procedere.quando probatio esset facta per instrumẽta.secus,si per testes:quia non videntur legitimè recepti: ex quo parte nõ citata,vel monita sunt recepti.p not. in.c.j.de test.& in.l.si quãdo.C.e.sed aduerte,q in casu doctorũ præsupponẽdũ est.quod testes fuerint legitimè recepti,citata parte,ad hoc vt legitimè probent.nec põt obstare q obijci posset,lite nõ cõtestata,nõ posse recipi testes in rub.vt lit.nõ contest.qa id non habet locum in pluribus casibus quos ponit Soc.in.c.quoniã frequenter.vt lit.nõ contest.vbi ponit octuaginta duos casus in qbus talis regula nõ procedit: & sic nõ est hæsitãdũ de pbatione facta p testes:quia præsupponendũ est legitimè fuisse receptos.

EXCEPTIO.

17 Peremptoria † Opposita in dilatorię si offert opponens incontinenti probaturum.Nec.n.impedit litem cõtestari. vt voluit Archi.in.c.vt circa.de elec. lib.vj.secundum quod adducit Abb. in.c.super literis.de rescrip.alle.text. in.l.iij.in.§.ibidem.ff.ad exiben.dicit tamen Abb.in.d.cap.super literis. quòd dictũ hoc Archi.à multis mordetur.& facit(dicit ipse)pro,& contra.c.literas.de restit.spol.præcedens conclusio apprehenditur per Soci.in d.c.j.in.vij.articu.princip.in.xxx.exceptione.de lit.contest.allegat Guid. de suza.in.l.primà.C.de iuris & fac. ignoran.& Paul.de castr.in.l.nam & postea.ff.de iuran.qui iudicio meo nõ loquitur de omnibus exceptionibus si incontinenti velit probare: sed de aliquibus ibi enumeratis.ex quo credo quòd sentiat magis contarium,vt præter enumeratas ibi nõ sit assignãdus terminus ad probandum:sed eãdem conclusionem.vt per Archidia. ponit Oldrad.in consilio. cvj. quod litera executoria Anto.de butr.in.d. c.super literis.de rescrip.col.x.versic. not.cum Inno.dicit q dictum Archi. cõmuniter non tenetur per tex.in.c. j.de lit.cõtest.lib.vj.& per no.in.l.cũ quærebatur.ff.iudi.sol. Felyn.in.d.c. super literis.in fin.sequitur opinioné Butri.motus quia si esset verum dictum Archi.nihil esset speciale in exceptionibus positis in.c.j.de lit.cõte. lib.vj.& in alijs de quibus dixit in.d. c.exceptioné, & de qbus in hoc tractatu,quæ opponuntur in vim dilatoriarũ,licet sint peréptoriæ.nam ita demũ impediũt lité cõtestari,si incõtinẽti probãtur.secus,si exigũt altiorem indaginé.vt per Bar.in.d.l.cum quęrebatur.& dixi suprà in tertia regula.& subiungit idé Fely.q secundum opinioné Archid.esset facienda vna generalis fallentia,videlicet,dũmodo excipiés offerat se incontinenti probaturũ. tunc omnis,& quæcunq: peremptoria posset opponi ante litem contestatam:q esset valde absurdum Deci.in.d.c.super literis.refert prædictas opiniones, & simpliciter pertrãsit.Ego credo,q opinio Butri.sit vera.

vera. nam hæ exceptiones quæ opponuntur in vim dilatoriarũ non sunt merè peremptoriæ, sed anormalæ, & mixtæ, ut dixi suprà in ver. exceptio non potuit testari. vnde non est dicendum, ꝙ habeant eandem vim & potentiam istæ merę peréptoriæ. quã habent istæ anormalæ. cùm de natura peréptoriarũ sit, vt opponantur post lit. cótest. vt in. d. c. exceptioné. de excep. & in. l. cũ quærebatur. ff. iudi. solui. & in. c. j. de lit. contest. lib. vj. Vnde velle alterare earũ naturã, & illas opponere, ante contestationé litis, & ꝙ plus est, venire ad probationes esset valde inconueniens, cũ etiã admitterentur probationes ante lité contestatam contra titu. vt lit. non contesta.

¶ Sed quia vltra prædictas exceptiones anormalas, & quæ ꝓponi possunt in vim dilatoriarũ, quamuis sint peremptoriæ scribétes maxime Soc. Ange. Areti. Phi. Frãc. in locis infrà allegandis enumerãt, & infrascriptas vti impedientes litis ingressum quæ tamé (iudicio meo) nó sunt anormalæ: sed merè dilatoriæ cũ opponantur ad impediédũ tantũmodo iudiciũ: cum differãt tãtũ, nó auté perimãt: & declinét inrisdictioné iudicis. ideo ne videar eas ꝑ ignauiã pertrãsisse, cũ enumerent per doctores, post præmissas volui & has opponere, & primo,

SEXTO, EX DILATORIJS.

EXCEPTIO.

Summarium.

1 *Loci inhonesti.*
2 *Loci non tuti.*
3 *Suspecti iudicis.*
4 *Prioris causæ determinandæ.*
5 *Litis pendentiæ.*
6 *Continentiæ causæ diuisæ.*
7 *Satisdationis non datæ.*
8 *Actoris non comparentis.*
9 *Possessionis ob contumaciam.*
10 *Feriarum.*
11 *Hic non me in ius vocare.*
12 *Grauis infirmitatis.*

1 LOci inhonesti † Et hæc impedit litis ingressum, si quãdo locus in quo iudex præcipit reo adesse, &' litem contestari. est inhonestus: vt est tex. in. l. si cùm dies. §. si arbiter. ff. de arb. Nam arbiter, & iudex debent citare partem ad locum honestum: quod procedit etiã in vna parte tantum quæ honestè nó potest esse in loco: & si ambæ partes non comparuerint, impune non paretur. vt not. ibi gloss. quia iudex debet citare in loco maiorum. l. penultima. ff. de iustitia & iure. & in loco suæ iurisdictionis honesto. l. locus. ff. de iudi. ita hanc exceptionem inter impedíetes lit. contest. connumerat Ang. in. d. §. æquè. insti. de exceptio. xxix. exceptione. & pro hoc facit: ꝙ dicit Bald. in dicto. §. si arbiter, quod citatio facta loco inhonesto, est ipso iure nulla. & hanc etiam dicit impedire contestationem. Mar. de fan. in dicto tract. de excep.

EXCEPTIO.

2 Loci non tuti. † Per hanc exceptionem litis contestatio impeditur vt est tex. in. c. ex parte

ex parte tua.de appella.& ponit Alex. in add.ad Bar.in.d.l.vir bonus.ff.iud. sol.exceptione.xix.& talis locus debet esse tutus, domino, & procuratori. vt in.d.c.ex parte tua ibi.tu.vel tui:sed si fuerit tutus procuratori, & non domino, adhuc impeditur contestatio.vt voluit Abb.Card.Imo. Peruf. vt refert Præpo.in.d.c.ex.pte: & ibi etiã Boe. per ea quæ dicit Hosti.ibi. Deci.in.d. c.ex parte, dicit veriorem esse opinionem Inn.ibi,ꝙ si fuerit tutus procuratori,& non domino, quòd teneatur mittere per adducta per ipsum quæ ante cùm fuerunt cõsiderata, per Præpos.ibi,sed aduerte ad vnum: quia nõ puto quòd Host. dicat illud ad quod communiter allegatur,valet quòd si locus est tutus procuratori,& non domino: quòd teneatur mittere. imò dicit cõtrarium quod postea limitat in vno casu, quando causa esset ardua. Hæc sunt eius verba,

¶ Et verum,si procurator posset ire securus: sed dominus non posset dummodo causa grauis sit, quam in personam propriam vult prosequi,locus est appellationi: quia nec in tali cogitur constituere procuratorem vt patet in eo quod legitur,& not.suprà de proc. in c.querelam.Hæc Hostié. ex cuius verbis satis constat in vno casu prædicta verificari,quando .s. causa est grauis & hoc modo etiam refert, & sequitur coniungendo dicta Inno. & Host. Ioan.and.in.d.c.ex parte, quo stante nulla est discrepãtia inter Inn.& Hos. sed id tamen quòd Hostien.limitat dictum generale,vt non procedat in causa graui. Ex quo doctorum disputatio, quoad dicta Hostien. est superflua.

EXCEPTIO.

3 Suspecti iudicis. † Ista etiam est impeditiua litis ingressus.nam si dixero iudicem mihi esse suspectum:non compellor litem contestari.l.apertissimi cum ibi not.C.de iudic.c.suspitionis ,de offic.delega. & hanc etiam inter prædictas exceptiones connumerat.Mar.de san.in.d.tract.de excep.& Ange.in.d. §.æquè.insti.de excep.in.xxxij.exceptione subiungens,quod de iure ciuili satis est,quod iure,habere iudicem suspectum,licet non alleget, nec probet aliquis causas suspitionis. vt not. per glo.& doct.in.d.l.apertissimi: sed de iure canoñ. necesse est allegare, & probare causas iustas suspitionis corã arbitris eligendis.vt in.d.c. suspitionis.

EXCEPTIO.

Prioris causæ determinã-
4 dæ: † Et ista enumeratur inter exceptiones impedientes litem contestari, per Ang.in.d.§. æquè. inst. de excep. in. xxiiij. exemplificando, quod si ego reconuenio te, potes contra me opponere, quod non possum, nisi prius lite determinata: quam tu contra me intentasti prius.l.cùm Papinianus, & auctent. consequenter. C. de sent.

EXCEPTIO.

5 Litis pendentiæ: † Pone.ꝙ intẽtata est causa corã aliquo iudice:& lis est côte-

ſtata corã eo:ex poſt tu cõuenis me co rã alio iudice: & idẽ petis. certũ eſt, ꝙ ſi opponã corã ſecundo iudice dependentiã primę litis, impedietur ingreſſus, & cõteſtatio.per text.in.l.vbi cœptum.ff.de iudi.cũ hæc exceptio obſtet actori & reo, per ea quæ habẽtur in.l.nulli.C.de iudi.& in.c.fi.de reſc. & in.c.diſpendia.de reſc.libr.vj. nã ſi vna eſt præiudicialis alteri, non poteſt eodem tempore intentari.l.j.&.ij.C. de ord.cogn.& dicam in ſequenti.ergo nec in eadẽ cauſa.per hæc Soci.in conſil.xxxviij. Pro deciſione.colũ.iij. verſicu.primo hoc probatur.vol.j.dicit hanc exceptionem impedire litis ingreſſum, & ſuceſsiuè compromiſſum, & eius petitionem.hoc idem ſen ſit Pet.de anchara.in conſil.xvj.Viſo proceſſu.vbi determinat, quòd ꝑ iſtã exceptionem litis pendentiæ impeditur iudicis conceſsio, & cauſæ delega tio:& per hoc dictum Anchara.idem vult Fely.in cap.exceptionm colũna. ix.nũ.xxxij.de except.ſubdens rationem. nam ſicut exceptio rei iudicatæ obſtaret ingreſſui litis: ſi in illa materia eſſet iudicatum.ita quãdo pẽ det cauſa, vt per Bart.in.l.fundum.& in.l.fundi.ff.de excep.ſubdens quòd haberet locum hæc exceptio, etiam ad impediendum iudicium ſummariũ: quia ibi etiam haberet locũ exceptio rei iudicatæ.vt per Bar.in extraua.ad repri.in ver.ſine figura, & etiã iſtud procederet ſi actor eſſet paratus renuntiare inſtantiæ inchoatæ: quia inuito reo nõ poteſt.vt per Saly. Pau. de caſtr.& Alexand.in.l.poſtquã liti. C.de pact.& etiam quia cõſtat, quòd hæc exceptio opponi debet ante litem cõteſtatã, vt concludit Bal.in.l.peremptorias.in fin.C.ſentẽ.reſc.nõ poſſe: & in authenti.ſed nouo iure.C.de ſer.fug.verſicu.ſed pone in ciuitate & Imo.in.l.cũ procurator.§.diuus.ff.de no.oper.nunc.& hæc impediat conteſtationem litis, ponit Fran.in [dict.c.j. fallen.xxvj.de lit.conteſta.libro.vj.& hoc, quia lite pendente, nil debet nouari.vt eſt text.& rubr.in clemen.ij. vt lite.pen.nil nou.pendentia autem litis, eſt à die citationis, quæ emanauerit, & competenti à iudice, & perue uerit ad citatum.vel per eũ ſteterit.& quæ plenè inſtruat:& ſit apta ad hoc, quod nuncius ſufficienter intimauerit, & vſq; ad expeditionẽ cauſæ perdurat.nam ea finita non pendet.vt eſt text.& ibi not Card.& Imo.in.d.cle. ij.vt lite.penden.

¶Et aduerte, quòd iſta exceptio, tunc demũ poteſt opponi: quando res iudicata obſtaret, ipſi actioni intentatæ.vt voluit Bald.in.c.j.in fin.de contr.ſen. apud par.term.quẽ refert & ſequitur Iaſ.in.l.nulli.col.j.C. de iud.alias ſecus, de quo etiam facit mentionẽ, in.l. pecuniã.in octauo not.ff ſi cert.pet.& dicam infrà, in.vj.quęſtio.principa.in j.effectu.

EXCEPTIO.

Continentiæ cauſæ diui-

6 ſæ.† Pone.quòd quis agit poſſeſſorio, coram vno iudice: corã alio vult agere repetitorio, ſi fecerit obiectũ, quòd continentia cauſæ non debet diuidi, impedietur litis conteſtatio.vel pone, quod ex pluribus negotijs geſtis pro vno conuenitur quis coram vno iudice, pro alio negotio, conuenitur corã diuerſo

diuerso iudice: si obijciatur ista exceptio secundo iudicio, litis contestatio impeditur vel pone, quod sint plures fratres, vel socij, qui habent societaté: bonorum vel hæreditatem: si vnus conuenitur coram vno iudice, alter coram alio, hæc exceptio obijci potest ad impediendam litis contestationé, vt declarat Paulus de castro. in. l. nullus. C. de iudi. & ibi Iaso. in principio, & dicit ibi Ange. quod illa verba textus, dum dicit audientiam, ei penitus denegas, inducit exceptionem tantæ virtutis, ꝙ impediat litis ingressum. idé voluit Alex. Areti. Iaco. de sancto Geor. & Ias. in dicta. l. nulli, & Alexã. in. l. vir bonus in addi. ad Bart. in fine. ff. iudi. sol.

EXCEPTIO.

Satisdationis non datæ.

7 † & hæc impedit litem contestari, vt dicit Ange. areti. in. d. §. æquè, in. xxvij. exceptio. insti. de except. si enim opponatur contra actorem, quòd non satisdedit de lite prosequenda, & reficiendis expensis, contestatio impeditur: cum ad id de iure teneatur, per text. in authenti. generaliter. C. de episco. & cleri. quamuis, vt dicit Bart. in dicta authenti. generaliter, talis satisdatio non est in vsu, & de consuetudine non præstatur, & etiam hãc enumerat inter prædicta Marti. de Fan. in dicto. tracta. de except.

EXCEPTIO.

Actoris non comparen-

8 tis: † Et hæc impedit ingressum litis, nisi prius solutis expensis, & data cautiõe de lite prosequẽda per ipsum agentem, qui non comparuit tempore citationis factæ, secundum Marti. de Fan. in dict. trac. de excepti. & Angel. in dicto. §. æquè except. xxxiij. insti. de except. allegat not. per Barto. in l. qui ante calendas. ff. de verborum obligatio. & ibi alios docto. Cyn. & alios in. l. sancimus, & in. l. terminato. C. de fruct. & lit. expen.

EXCEPTIO.

Possessionis ob contu-

9 maciam. † Si enim ob contumaciam aduersarij missus sum in possessioné, efficior de actore reus. vnde non auditur agens nisi solutis expensis contumaciæ. & sic per hanc impeditur litis contestatio, vt voluit Marti. de Fan. in d. tracta. de excep. & Ang. in. d. §. æquè insti. de except. in. xxxv. exceptione, allegat textum, in. l. si quis emptionis. §. fina. C. de præscrip. xxx. anno. & authética. ei qui. C. bon. auct. iud. poss. & per nota. in cap. quoniam frequenter. §. in alijs, vt lit. non contesta.

EXCEPTIO.

10 **Feriarum.** † Hæc impedit litis contestationem, quia dilatoria. vt per Angel. in. d. §. æquè, insti. de excep. in. xxv. exceptione.

EXCEPTIO.

Hic non potes me in ius vocare.

11 vocare. † Nam per hanc declinatur iurisdictio, vt per Franc.in dicta.c.j. de lit.contesta.libr.vj.fallen.xxxiij.& Ange.in dicto.§.æquè,insti.de excep. in.xliij.exceptione.

EXCEPTIO.

12 Grauis infirmitatis. † Et hęc cū sit dilatoria, impedit contestationem litis, ita inter prædictas hanc enumerat Ang.in dicto.§.æquè,insti.de exceptio.in exceptione.xl.

QVINTA QVAESTIO de tempore sentētiandi,compromittendum esse,vel non esse.

Argumentum quintæ Quæstionis.

¶Præparata sunt omnia, ex quibus compromissum construi possit arbiter,qui onus iudicandi assumit,persona habilis,& à statuto comprehensa. causa statuto subiecta, congruè videndum est, quæ sint partes iudicis, in pronūtiando compromissum fieri debere:& quo tempore iudicari debet, compromittendum esse per capita infrà posita.

Summarium.

1 *Iudex ex officio,nunquid debeat declarare compromittendum esse,an verò parte requirente.*

2 *Citari an debeat pars,quando compromissum petitur.*

3 *Litis contestatio,an impediat compromissi petitionem.*

Et publicatio processus ibidem.

4 *Conclusio in causa petitionis compromissi an admittatur.*

5 *Publicato processu,an possit peti,compromissum.*

6 *Appellationis causa,si fuerit,an compromissum peti possit.*

7 *Quæstio de compromittendo, an possit deduci in compromissum.*

8 *Appellari,an possit ab hac sententia,quòd compromittatur.*



1 SI petatur. † Iudex non quam compellet partes compromittere:nisi fuerit per alteram partem petitum. Nam officium iudicis, non impartitur nisi petenti.l.tertia §.hoc autem iudicium.ff.de dam.infect.Ex quo necesse est agenti, vel conuento, petere à iudice,vt compellat partes ad compromissum faciendum. Istud est, quod volunt verba apposita in nostro statuto. dum dicit, quilibet iudex requisitus per aliquam partium. &c. Quæ verba clare demonstrant partem astrictam esse petere, si suffragari sibi vult de compromisso faciendo. Sed, & si statutum hoc non deteminaret, satis cautum ex dispositione iuris communis reperitur per prædictam regulam.quòd iudex non impartitur officium suum,nisi petenti. quam ponit glos.in capi.fin.in fi. de rescrip.& ibi Abb.infert ad statutum,quo disponitur, vt iudex infrà certum tempus causam expediat sub pœna.nam intelligitur,si pars petierit,quod idē voluit But.in.c.venerabilis,de iudi.& per prędicta consuluit Alexand.in consi.lxxxij.in causa vertente,

tente,col.secunda,versic.tertio statutū.volu.primo.Quod stante hoc statuto iudex non potest cōpellere partes ad cōpromittendū,nisi per alterā fuerit petitum,quod etiam determinat Lanfrā.in.d.tracta.de arbit.in septima par.quæstio.xlv.ponens aliam rationē,quòd hæc petitio cōpromissi est quædā exceptio declinatoria,quæ debet per partem proponi.l.j.§.parui.ff.quod vi, aut clam: non autē per iudicem non requisitū impartiri.facit pro hoc dictum Bald.in cap.j.§.iudices,de pac.iur.firm.in vsibus feud.qui dicit,quòd iudici non potest imputari de neglìgentia non expediendo, si per partem non fuerit petitū per tex.in.l.cum seruum.C.de ser.fugi.Inferēdo, quòd iudex nō tenetur ponere reum ad torturam nisi per eum cuius interest fuerit petitum,& Ias.in.l.vniuersa.C. de prec.imp.offe. colum.ij.sequutus est hanc sentētiam,quòd nisi pars petierit,iudex non compellit compromittere,per text.in.l.j.§.fina.in verbo si petit.C.de iure delib.idem Iaso.in.l.eleganter.§.j.ff.de conditio.indebi.& pro hoc etiam facit, quod determinat Paulus de castro. in dicta l.vniuersa,& ibi etiam Iaso.Vbi vult, quòd stāte statuto, quòd forensis non audiatur, nisi præstita fideiussione de expensis,prout est hic Paduæ, intelligit,si talis fideiussio fuerit à parte petita,& ibi Iaso.accumulat multa in hac materia.

2 ¶† Intellige tamen prædicta: vt talis petitio fiat parte citata,vel presente. per text.in.c.car.iij. quæstio.ix.quod etiam determinat Alexā.in.d.consil. lxxxij.in causa vertente,volu.j.alleg. Bartol.in.l.si ea,col.fin.C.qui accus. non pos. Hoc idem determinat per prædicta Iaso.in.l.admonendi,in fin. ff.de iureiu.inferendo ibi ad iuramentum necessarium: vt in eius delatione requiratur partis citatio, cùm respiciat priuatam vtilitatem: & differatur à iudice parte petente.& idem Ias. hoc sequitur in.l.eleganter,in princi, colū.ij.ff.de condi.indebi.adducendo prædictam decisionem Alexan.& aliorum. Istud autem videtur procedere sine dubitatione: cùm in interloquutoria ferēda requiratur citatio,si quādo est magni præiudicij, vt sentiunt Bartol.Alexan.Ias.& alij,in.l.si opus. ff.de ope.no.nuncia. per text.in.l.de vnoquoq;.ff.de re iudi.& ibi scriben. maximè Hippo.de mars.in.xj.not.& Roma.in.l.prima colū.iij.versicu.dubitatur.ff.de arbit.& per textū.in.l. nam ita diuus.ff.de adop.sed ista est magni præiudicij, cùm detur alter, qui iudicare debeat.&c. Et maximè, quia talis sententia habet vim diffinitiuæ (vt dicam infra in versi.appellari,ex quo pars debet citari)vt concludunt omnes docto.in locis,vbi suprà.

3 Lite contestata. † Ad petitionem compromissi, videbatur necessarium non esse factam litis contestationem: cùm in præcedenti quæstione, ex mente Lanfran. hæc petitio habeat vim declinatoriæ,& sic ante contestationem litis deberet peti. Dicas tamen attentis verbis statuti nostri, dum in princip. dicitur, si lis, quæstio, vel controuersia, quod in quacunque parte iudicij (vt dicam etiam in sequenti) vsq; tamen ad debita tempora,siue sit contestata lis, siue non, siue sit porrecta petitio,siue sit controuer-

ſia extraiudicialis peti poteſt compromiſſum.vt dixi ſuper illis verbis, ſuprà in.iiij.quæſtio.primæquæſtio.principa.in verbo,lis,quæſtio, controuerſia,& ex hoc infero in ſequẽ.quæſtio. quòd Lanfranc. & Marcus de Peruſio malè ſentiunt,quoad noſtrum ſtatutum, vt ante litem conteſtatam, & infra triduum debeat peti compromiſſum.nam quandocũq; poteſt peti vſq; ad publicationem proceſſus, vt in ſequen.quæſtio.cùm ſit quoddam beneficium competens partibus, quòd intentari poteſt,vſq; ad publicationem, vt vult Bart.in.l.prima.C. vbi in rem act.& hæc ſit quædam exceptio declinatoria,ſeu dilatoria,ſed non proprie, vt vult Paul. de caſtr.in conſil.cccxx. quòd in cauſa appellationis,volumine primo,verſicu.præterea nos.

Publicato proceſſu. certum eſt poſt publicationem proceſſus, & cauſa iam liquidata, compromiſſum peti non poſſe, virtute ſtatuti noſtri, vt eſt textus.in ratione ſui in.l. finali, C.de compen.Vbi vult,ob id,compenſationem excludi, & reijci. quia miſerabile eſt,poſt multa fore variaq; certamina,cùm res iam fuerit approbata. tunc ex altera parte quæ iã penè conuicta eſt, opponi compẽſationem.iam certo,& indubitato debito, & moratorijs amba,quibus ſpem condemnationis excludi. Quod idem eſt dicẽdum in quæſtione noſtra,cùm iam ſit agitatus proceſſus,teſtes publicati,res liquidata miſerabile eſſet, poſt tot labores, & varia certamina,cùm ſententia expectaretur cauſam denuo ad arbitros deduci.vt iterum coram eis ſecũdum formã ſtatuti noſtri procedendo pars vexaretur.quem text.pro hac deciſione not. Paul. de caſtr.ibi in vndecimo not.dicens,quòd iſta eſt iuſtiſsima interpretatio ſtatuti,auferens materiam malignandi. adducens quod habetur in ſimili, in.c.paſtoralis de cauſa poſſeſsione,& propr. Bald.in.l.j.ff.de trãſactioni. aſſumendo argumentum ex gloſ.ibi quòd de re liquida per teſtes, vel per inſtrumenta non põt tranſigi. Dicit,quòd in materia ſtatuti noſtri ſi teſtes ſunt publicati,& res eſt liquidata:non debet compromitti, cùm compromiſſum æquiparetur tranſactioni, vt in authen. vt diff. iud.§.primo colũ.ix.idem Paul. de caſtr.in prohe.C. colũ.j.dicit, quòd ſtatutum noſtrum non vendicat,ſibi locum publicatis atteſtationibus:quia res eſt clara ille qui videret ſententiam ferri contra ſe,recurreret ad cõpromiſſum malitioſè, & ita dicit ſe de facto conſuluiſſe per tex.in dicta.l.fina.C.de compen.& eſt in conſi.cccxx.in conſi.nouis, volumine primo, & in antiquis conſil.lxv.in cauſa appellationis, vbi ponit vnum verbum de hoc, adducendo,dicta.l.fi. Roma.in.l. ait prætor in additio.ff.de no ope.determinat hoc idem per eam rationem:quia ſtatutum voluit finire rem dubiam:ſed poſt publicationem, res efficitur clara.ergo ſtatutum non habet locum ſecundum Bald.in.l.poſt rem.ff.de tranſact. item quia ſuper liquido nõ poteſt fieri cõpromiſſum.c. ex propoſito.de arb. & ſuper notorio non poteſt tranſigi.d.l. poſt rem.ff.de tranſact.Alexan. in.l.ſi cauſa cognita. C.de tranſactioni. in fine, dicit, ꝙ dictum Bald.in.d.l.j.ff.de tranſactio. vt compromiſſum non fiat,publicato proceſſu,eſt ſingulare,& menti tenẽdum.

& ibi

& ibi etiam Iaso. colum.prima, dicit conclusionem hanc esse veram: sed rationem Bald. in dicta.l.prima, esse contra ipsum Bald. quia transactio potest fieri, etiam post publicatas attestationes.l.eleganter, in princip.ff.de condi. indeb.ergo pariformiter, & compromissum. Vnde dicit ipse melior est ratio illa quam ponit Pau.de castr.in.d. l.finali.C.de compen. & in prohe.C. quam suprà posui. Sed aduerte, quòd Bald.in dicta.l.prima, demõstrat hoc fundamentum Iaso. esse falsum: dum in princip.dicit, quòd est ibi argumẽ. quòd si probatio est liquida per testes, vel per instrumenta, eò, tunc non potest transigi, inferendo postea ad statutum nostrũ. ex quo presupponit Bal. quòd publicato processu, si de veritate constat per testes, non potuit transigi, & sic fundamentum suum non potest retorqueri cõtra ipsum. & hoc maxime quia idem Iaso. in dicta.l.prima. ff.transactio.disputat, An super re liquida possit transigi. & tandem per multas auctoritates, & iura, cõcludit, quòd non: nisi sit renuntiatum illi rei liquidæ, & etiam quia textus, in dicta l.eleganter, ad ductus per Iaso.nõ probat eius intentionem, cùm in eo nil dicatur de publicatione ꝓcessus, & idem Iaso.in dicta.l.j.ff.de transactionibus, in quarto notabili, dicit.quòd ille textus, est quotidianus in practica per dictum Bald. singula.ad statutum nostrum, cùm compromissum æquiparetur transactioni.idem Iaso.in.l.eleganter, in princip.in quarto notabili, transit cũ dicto Bal.in dicta.l.prima.tamẽ vtrobiq; dicit differre transactionem à compromisso, cum alterum sit voluntarium, & omni tempore fieri potuit: alterum necessarium, quòd, publicato processu non potest fieri: quia videtur peti per calumniã: sed si opponeretur, quòd in causa appellationis potest trãsigi per textum, in dicta.l.elegãter, in versicu.quid ergo, & in.l. & post rem. ff.de transactionibus, & sic cùm in causa principali fuerit publicatus processus, & ex post transigatur, videtur quòd de re aliqua fiat transactio. tu dicas, ꝙ appellatio suspendit iudicatum, & omnia quæ ordinãtur ad ipsum, præter litem contestatam, & ea quæ ordinantur ad ipsam, vt vult Bald.in.l. ita demum versicu.sed vlterius.C.de procuratoribus, per nota.per Ioannem mona.& Ioan.ãndr.in.c.fina. de appellatio.libro sexto, & sic eneruantur vires processus.vt not. doct. post Abbatem, in Rubrica de appellatio. cùm etiam tollatur præsumptio quæ insurgit ex sententia per nota. in dicta Rubrica. necessarium est ergo dicere, quòd probationes non sint liquidæ, sed suspensæ, & ex eo possit trãsactio fieri etiam quòd in prima instantia sit publicatus processus.

¶Aduerte in præmisis ad vnũ aliud, quòd videtur fortiter resistere præmissæ conclusioni. Nã nõ dicitur liquedare de causa, nisi post conclusum in causa, vt est glo. multum not. & ibi. Innocen.in.c.significauerunt, de test. post enim publicatum processum possunt produci testes reprobatorij: & examinari: & qui per indirectum deponant contrarium.vt in.c. ex tenore de test. possunt produci instrumenta, & alia iura, vt in.c. fraternitatis de test. & in c. cùm dilectus.de fide instrumentorum. Ex quibus debilitari, & tolli possunt prima attestata: & sic causa potest

deduci nō liquida, sed obscura ex parte primi probantis. & hanc gloss. in dicto. c. significauerunt, sequitur Bald. Anto. de Butrio. Abba. & Imol. ibi, & eam refert, & sequitur Ang. Imo. Ias. Frix. in. l. Pomponius, quæ aliàs incipit si vni ex pluribus. ff. de re iudica. per illum textum, & Roma. sing. ccclij. incipiente. tu scis, quòd exceptio. Quamuis Aret. & Fely. in dicto. c. significauerunt multa adducunt, in hac materia, & videātur residere cum opinione Abbatis in capitulo, cum olim, dicto verb. sign. dicentis, quòd eo ipso, quòd probatio est facta redditur res notoria præsumptione iuris: quia non præsumitur reuocatio, nec reprobatio nisi sit facta: sed talis notorietas est cō mutabilis, vsq; ad conclusioné in causa. Vnde quicquid sit, nulli dubium. quòd vsq; ad conclusionem in causa res non dicitur perfectè liquida, secundum præmissam glo. in capitu. significauerunt approbatam. ex quo non est dicendum ob prædictam rationem: q publicato processu nō possit peti compromissum, cùm de causa non liqueat. Melior itaq; erit prima ratio, ne frustentur partes litibus: & detur locus calumnijs ad vexandas partes. conclusionem hanc approbat Alexan. in consilio octuagesimo secūdo. in causa vertente, volumine primo, & in consilio lxij. visa facti narratione in fine. volumine secūdo, & Cumanus in consilio octuagesimoquinto quamuis de iure communi colum. fina. & Areti. in consilio cētesimo, in casu. Georgij in fine, & Lanfran. in tractatu de arbitris, in vltima parte. quæstio. quinquagesima secunda, vbi dicit, ita fuisse consultum per dominum Iacobum de zochis Paduæ legentem, & per dominum Marcum de Perusio, cuius consilium ibi ponit, & adducit, tam ipse, quàm dominus Marcus in dicto consilio, multas rationes, quæ non faciunt ad propositum statuti nostri, instando, quòd ista sit exceptio dilatoria, quod verum non puto: nam, & ante contestationé, & post, vsq; ad publicationem processus, peti potest compromissum, vt dixi suprà, in verbo lite contestata.

4 Concluso in causa. † Ex præmissa decisione satis dici posset, cū in causa conclusio sit actus præposterus publicationi processus. vt not. in. c. quoniam contra, de proba. quòd nullo modo peti posset cōpromissum. attamen Bal. in consilio ducentesimoquinquagesimoquinto post cōclusum vol. iiij. positis non nullis, quod cōpromissum peti non posset. contrarium concludit. Dicit enim quod ista petitio est de actis: sed quod ad acta, est conclusum. ergo videtur quod non possit peti. Ité ista petitio, est quædam declinatoria quæ excluditur per consensum in iudicem. l. sed si susceperit. ff. de iud. contrarium tamen consuluit eo quoniam statutum generaliter, loquitur, & indistinctè, & ex quo non distinguitur de tempore, nec nos debemus distinguere. l. j. §. generaliter. ff. de leg. præst. & respondet dicto Innocen. in. c. pastoralis de causa posses. dicentis. quod post conclusum in causa, nihil potest allegari de iure, vel de facto. quod illud sit verum, quoad ea quæ sunt de natura litis. nam ad illa refertur conclusio in causa. Sed petitio cōpromissi est quoddam beneficium extra naturam litis, quod habet locum ante sententiam quando

quandocunq;,post autem non.c. expo sita de arbit.ergo &c. Alexan. in.l.j.§. primo,in addit.ad Bart.in prima quæstione,in verbo rem manifestam. dicit
5 quòd forte teneri potest, & sit verius quod post conclusionem in causa possit compromitti, & transigi:quia quo usq; potest appellari licet transigere, & compromitti. Contrarium verius existimo,si nos consideraremus rationem suprà positam, in proxima quæstione,quod inconueniens sit, & plenum iniquitatis, post multos labores compellere partem, dum sententiam, & finem causæ expectat ad compromittendum,& dare locum calumnijs. argumen .l. finali.C. de compensatio. quod locum haberet si admitteremus partem aliquam ad petendum compromissum. Accedat ad hoc illud quod paria sunt esse conclusum in causa, & sententiam esse latam.vt est tex. & ibi glo.in.l.si rem quam in.§. finali.ff. de euictionibus. per quem text. Bartol. in.l.si mater.§.eandem in fin.ff. de exceptionibus, rei iudicatæ, vult quod conditio superueniens & ius post conclusionem in causa non dicatur deuenisse in iudicium:quia perinde est ac si superuenisset post sententiam. Quod idem voluit Abb.in.c. pastoralis de exceptio.& Iaso.in.l.error in secūdo no. C.de iur.& fac.ignoran.dicentes errorem non posse reuocari post sētētiam nec post conclusum in causa. cùm hæc duo parificentur. his adiungi potest id quod voluit Bald.in.c.pastoralis in tertia columna de cau.possess.& propr. & Butr.in.c.cum in veteri de electio. per illum text.& quod not. Iaso. in.l. ille,aut ille.§.cum in verbis.ff. de leg. tertio,quod stante statuto de committendo causas consilio sapientis.id non habet locum post conclusionem in causa : & ita in particulari. quod non potuit peti compromissum post conclusionem in causa,ponit Alexand.in consilio.lxij.In causa,& lite vertente. columna secunda,volumine septimo,dicens quod post cōclusionem in causa, non est quæstio facti, sed iuris.& post conclusionem in causa non dicatur iudex cognoscere, sed cognitum esse:& omnia dicētur tunc esse victoris.idem concludit Areti. in consilio.c. In casu Georgij, circa medium, & Felyn. in cap.cum dilectus in princip.ff. de fide instru.vbi ponit infinitos effectus conclusionis in causa: quæ multotiens æquiparatur sententiæ, & inter alios enumerat & hunc : vt post ipsam non possit peti compromissum ex vi statuti.

6 In appellatione: † Primus omniū, quē reliqui, ex post sequuntur Paulus de castro in consilio.lxxv. volumine primo in antiquis sed in consilio.cccxx. volumine primo,in nouis incip. quod in causa appellationis.Cōcludit quod in causa appellationis stante statuto compromissum peti non potest & inter alias rationes.quæ ad nostrum statutum facere videntur. Addacit quòd compromissum in causa appellationis petitum, ex eo petitur vt causa prorogetur, & lis differatur, quæ iam finita dici potest: cùm ex actis appareat quæ sententia sit ferenda, & si fieret compromissum coram arbitris à capite oportebit de meritis causæ iterato cognosci lege si; de meis

ff.de arbit.hoc autem est iniquum,& cōtra mentem statuti,cū factū fuerit, vt amicabiliter inter coniunctos procederetur,& facilius causæ terminentur,sed postquàm sententia est lata in prima causa,& plenè est discussa:nimium rigorosum,& non æquum esset coram arbitris de nouo cognoscere,vt est casus in capi.abbate sanè.de re iudi.libro.vj.& mens statuti non verba quæ sunt cōtraria debet attendi.l.scire oportet.§.aliud.ff. de excu.tut.

¶ Præterea ex mente ipsius Pauli de castro,(quamuis aliud cōcludat propter statutum super quo consuluit) alia ratio adduci potest.Nam si pars quæ habuit sententiam pro se compelleretur,cōpromissum facere,vtiq; lederetur cum illa prima sententia non esset in consideratione.& frustra pars obtinuisset,& ex hoc per statutū grauamen inferretur:cùm per nostrum statutum liceat appellare ad alios arbitros:& prima sententia non consideraretur, sed nunquam per statutum etiam,quòd ab altissima potestate ꝓueniat pars quæ læditur compromittere compellitur,vt vult Barto.in.§.quibus.in.j.constitutio.C.& ibi Bald. cùm etiam lex debeat intelligi,in casu,in quo vtriq; parti paratur prouisio.leges enim omnibus æqualiter securitatem tribuunt.l.capitalium.§.ad statuas.de pen.propter quod ex forma statuti nostri pars quæ habuit sententiam pro se si ad arbitros iretur.semel tantum lata sententia posset appellare.aduersarius verò,bis se appellaret.& potestatem appellandi haberet,cùm semel ab ordinario appellauerit,& iterum per statutum ab arbitro potuit appellationem interponere,quod non est dicendum, cū essent inæquales,cùm etiam lex in extensione priuilegij,cōditionem litigatorum in iudicio parificat.l.fina.C.de fruct. & lit.expen. nec obstat si opponatur in causa appellationis non deductum, deducam,non probatū,probato,quia illud est verum,nisi omnino sit nouū. l.per hanc.C. de tempo. appellat.sed petitio compromissi,quæ non est facta in causa principali in appellatione:dicitur omnino noua,nec dependens à prima causa.ideo non admittenda dicto capitu.abbate sanè.de re iudi.libro sexto.ex quo Bald.in dicta l.per hanc.C.de temp.appella.in quinta columna.versicu.item pone: exemplum dicit quod exceptiones quę non concernunt negotium principale,nec ex veteri oritur,nec est ei coniuncta, sed potius impugnat personas,quàm causam, vtputa, ꝙ impetrauerit ius iniquum,vel quòd sit bannitus,dicuntur pertinere ad nouum capitulum. & si non fuerūt oppositæ in prima instantia non debent opponi in causa appellationis.

¶ Facit,pro præmissis secundū Paulus de castro.dictum Bald.in.l.ita demum.C.de procura.quòd appellatio, rescindit grauamen illatum à iudice, nō autem illud quod pars intulit sibi ipsi,negligendo tales exceptiones: & propositiones facere intra tempus à lege statutum.vnde cùm pars sibijpsi intulerit damnum in non petendo in prima instantia,compromissum ei est imputandum:& quāuis appellatio reponat omnia in pristinum,vt in dicta l.per hanc: attamen non reponit in tempus proponēdi dilatorias,seu declinatorias,& alias exceptiōes,quę habent

bent terminum prefixum.vt est hæc compromiſsi,quæ venit proponenda, vſque ad publicationem proceſſus.vt dixi ſuprà in verbo publicato pceſſu. & not.in dicta.l.ita demū.C.de procura.vbi Iaſo.colum.iij.verſic.vij.qui ſequitur ſententiam Pauli de caſtro. quod per hoc ſtatutum in cauſa appellationis non poſsit peti compromiſſum.idem voluit Alexand.in.l.ſi cauſa cognita.C.de tranſac.& ibi etiam Iaſon.in prima columna. & idem Iaſon.in.l.eleganter in quarto nota.in principio.ff.de condi.indebi.ea ratione:quia præſumitur calumnioſè petere,quaſi petens diffidat,& Alexan.in conſilio. lxxxij. in cauſa vertente.colum.ij.verſic.& per prædicta.volumi. i.& in conſil.lxxij.Videtur prima con ſideratiōe columna.iiij.verſiculo aut poteſtas.

Quæſtiō de cōpromittendo:

7 † An & hæc debeat compromitti?dicas quòd ſic:ſi eñ partes ſunt in difficultate circa cōpromiſſum faciendum:tunc de iſta difficultate eligi debent arbitri,qui ſecūdum formam ſtatuti iudicent.vt per Paulum de caſtro.Alexand.Aret.Iaſon.Decium,& alios in.l.pen.C.de pac.& dixi ſuprà in quarta quæſtione principa.in verbo,cauſa emergens,& de compromittendo.

Appellari † An poſsit à ſententia quòd cōpro-

8 mittatur,vel non cōpromittatur.Illa omnium videtur eſſe opinio,quòd à tali ſententia,(ſi ad ius ciuile aduertimus) appellari poſsit.nam ſecundū ius canonicum,à quocūq; grauamine licet appellare capitu.cum ceſſante,& ibi nota.& capitu.de appellationibus, ſcribentes in rubrica de appellationibus ad hoc tenendum adduci poteſt, quod nota.Barto.in.l.Titia.verſiculo,quæro vtrum.ff.de accuſatio.vbi vult,quòd ab ea interlocutoria poteſt appellari,quando grauamen illatum per eam non poteſt reparari,per appellationē à diffinitiua.l.arbitro.l.ab arbitro.ff.qui ſatiſdare cogātur.l.ſecūda.ff.de appellationibus recipien.ſed quando alia diffinitiua non fertur,nō poteſt hoc grauamen reparari,cumq; ſit quòd grauamen hoc quòd compromittatur amplius,non reparatur per diffinitiuam,cum de eo vltrà non cognoſcitur:ergo datur appellatio.Prętere a,ſecundum eundem Bartolum, tam in dicta.l.Titia.quàm in.l.ſecunda.ff.de appellationibus recipiē.in ſecunda quæſtione quoties non ſperātur alia diffinitiua:tunc ab interlocutoria licet appellare dicta.l.ſecunda. Sed de hoc non ſperatē alia diffinitiua, quòd ſcilicet cōpromittitur,vel non. ergo &c.

¶ Præterea,facit pro hoc deciſio Barto.in dicta.l.ſecunda,in ſecūda quæſtione,ſecundę quęſtionis principalis, qui vult,ꝙ ab ea interlocutoria qua quis pronuntiat,ſe iudicē eſſe,vel non eſſe,datur appellatio,vt vult gloſſ.in authen.habita.C.ne fil.pro pat.Et ratio eſt:quia poſt iſtam interlocutoriā non ſperatur alia diffinitiua,vt iam dictum eſt.Nam ſi pronuntiat ſe iudicē,cum non ſit,tale grauamen non poteſt reparari per appellationē à diffinitiua,nam iſta vexatio quòd cogatur litigāre coram iudice,non ſuo,nō poteſt tolli,ſicut nec tortura.dicta.l. ſecunda:& talis executio pronuntiationis

tionis fit coercendo personam.l. prima.ff.de officio eius,cui mandat.l.cõsentaneum.C.quomodo,& quãdo iudex.Eodẽ modo dicit Bartolus quoties quis grauatur ad aliquod factum coercens personæ,nec tollitur,si fit:tũc est appellandum.l. in bello.§. factæ. ff.de captiuis & post liminium reuersis.Quod idem est dicendum in casu nostro.nam si iudex pronunciat non compromittendum,se iudicem competentem pronuntiat:si vero compro mittendum tunc se incompetentem declarat,& cum pars trahatur ad iudicem non suum,& vexetur coram eo, corã quo nõ intendit litigare,in vtroque casu necesse est dicere.quòd à tali pronuntia debeat,& possit, pars si se grauatam senserit,appellare,vt sentit Alexand.in consilio septuagesimo secundo.Videtur prima consideratione columna secunda,versiculo,fortificatur.volu.iij.

¶ Pręterea,quando interlocutoria est talis quæ meretur executionẽ:tũc ab ea licet appellare.l.ait p̃tor.§.permittitur.ff.de minoribus.Sed hæc exequitur ergo &c.Adducitur etiam per hoc dictum Baldi in.l.ij.quæstione quinta.C.de episcopali audientia,vbi vult, quòd quoties iudex pronunciat procedendum esse super libello:tunc pars possit appellare eo.quia grauatur ad factum,quod est procedere,quod non potest postea reparari. dicta.l.in bello.§.factæ. quod idem dicendũ est in quæstione nostra,vt grauatus ad faciẽdum compromissum,vel procedendũ coram iudice ordinario , possit à tali sententia appellare , cùm habeat factum in se, de quo amplius non cognoscetur:nisi per hanc viam appellationis.& hanc opinionem sensit Ancha.in consilio quadringentesimotrigesimooctauo.Ista sententia,determinans,quòd ab ea sententia causam debere,vel non debere cõmitti,licet appellare,& in quæstio.nostra ꝙ à sentẽtia compromittendum esse possit appellari,determinat Philippus frãc.in capitu.cum cessante quæstio.quigesimasecunda.de appellatio.& per prædicta iura idẽ consuluit Cuma.in consilio decimoseptimo. Hieronymus de bischerijs.columna fina.subdens vltra prædicta,quòd grauamen irreparabile est,quòd quis cogatur coram iudice non suo,litigare.per dictam authenticam habita,& notata per Barto.in dicta.l.ij.ff.de appellatio.reci. & maximè ire ad arbitros,& arbitratores, qui sæpe adimunt de iure vnius, & dant alteri,quod facere possunt,vt per Barto.in.l.societatem. §. arbitratorũ. ff.de arbitris.Idem voluit Socinus in consilio.ccc.Capio primum.colũ. fin. versicu.circa quartam . volumine. ij. dicens,quòd hęc interlocutoria habet vim diffinitiuę.allegat Bald.in.l.j.C. si.quacũq; pręd.pot.post Fran.in dicto capitu.cum cessante:& tamẽ Bal. in libro meo nihil dicit.& vltra præmissas rationes adducit aliã quòd regulariter ab omni sententia censetur permissa appellatio,nisi reperiat prohibita:vt dicit glo.ordinaria in.l. qui restituere.ff.de rei vendicatione , quã allegat Bald.ad hoc in.l.j.C.si de momenta.possess.fue. appel. Idem voluit Felyn.in Rubr.de re iudi. nu. xxxiij. & Deci.in consilio.xxij.colum.prima volu.j.& Barba.in cõsilio.lxxxv.Illud in medium.columna penultima.volumine.iij. dicens etiam quòd talis interlocu

terlocutoria poterit per eundem iudicem reuocari, per textum in capitu. cum cessante de appellatiõibus: & alia permulta quæ ibi allegat probantia ꝙ iudex potest suam interlocutotiam reuocare. sed aduerte ꝙ stantibus præmissis veris, hanc interlocutoriam habere vim diffinitiuæ, cum alia nõ expectetur, falsum est, quod suprà cõclusum est per Barba. quia interlocutoria, quæ habet vim diffinitiuæ, non potest per eundem iudicem reuocari, vt not. Abb. But. Imol. & alij omnes in capitu. cum cessante, & est gloss. in capitu. si. in verbo inanes de elect. in. vj. not. Barto. in. l. ab arbitro. ff. qui satisdare cogantur, & Alexand. in. l. quod iussit. in. iij. fallentia. ff. de re iudicata.

SEXTA QVAESTIO de Potestate Arbitrorum, & effectu compromissi.

¶ *Argumentum sextæ Quæstionis.*

¶ Iudex, postea quam sententiam tulit compromittendum esse factaq; est per partes arbitrorum electio, si ad causæ compromissę expeditioné procedi debet, certi iuris est, eam cognitionem arbitros facere, & de ea re, iudicare, de qua cõpromissum est. Multaq; post compromissi constructionem insurgũt, quæ qualitatem rebus inducunt, diuersosq; effectus producere videntur. ideo de potestate arbitrorum effectuq; compromissi per infrascriptum ordinem dicam.

✠ Summarium. ✠

1 *Quam potestatem habeant arbitri statutarij, & an habeant iurisdictionem.*

2 *Isti arbitri, an possint mulctare partẽ contumacem, & audientiam denegare.*

3 *Mulctari, an possint testes.*

4 *Quam iurisdictionem habeant isti arbitri ordinariam, aut delegatam.*

5 *Quanta sit potestas horum arbitrorum, & de qua re possint cognoscere.*

6 *Si de vna re est factum compromissum, an de spolio alterius rei sit cognoscendum.*

7 *Si de vna re est factum compromissum, an possit arbiter iudicare, quòd alia detur.*

8 *Si compromissum est generale, an possint arbiter partes compellere ad faciendũ quietationem generalem.*

9 *Si compromissum est generale, an possit arbiter iudicare vltra prosecuta:*

10 *Si cõpromissum est generale, an cognoscat de iam decisis.*

11 *Si compromissum est generale, an cognoscat de superuenientibus post tempus compromissi.*

12 *Si compromissum est super assignatione bonorum, an possit per arbitrum dari quãtitas.*

13 *Si compromissum est, ꝙ iudicet secũdũ ius, an possit contra ius iudicare.*

14 *Quid si est compromissum ꝙ iudicet de facto, an liceat pronunciare secundum ius.*

15 *Quid si sumus in adhærentibus, connexis, & dependentibus.*

16 *Pro bono pacis. an liceat arbitr omanum extendere.*


Rimò, quæro 1 † Quæ sit potestas Arbitrorum. Dic, ꝙ potestas arbitrorum electorum

rum ex dispositione statuti nostri cū sint arbitri iuris, eadē est cū illa quā habent arbitri, qui dantur ob iudices suspectos, de quibus loquitur text. in l. apertissimi & in l. fina. C. de iudi. & in capi. suspitionis de offic. delega. & in c. ab arbitris eo. ti. li. vj. Nā doctores vbiq; æquiparant has duas arbitrorum species, inferendo ab illis arbitris ad hos statutarios, vt per Bart. & alios post ipsum in d. l. fina. & per Bald. & cæteros in dicto. c. suspitionis & per Ancha. & sequent. in d. c. ab arbitris. Vnde Fely. in d. capit. suspitionis dicit, ꝙ omnia, q̄ dicuntur de illis arbitris, habent locum in arbitris statutarijs. Nulli itaque dubium est, hos arbitros statutarios iudices esse: & ita per scribentes nuncupari, quemmodū & illi arbitri iuris iudices sunt, quamuis à lege arbitri appellentur. c. peruenit. xj. q6. j. & l. arbitr. off. qui satisda. cogan. l. si cum exceptione. §. hec autem actio. ff. quod me. cau. & l. si arbiter. ff. de proba. & Deci. in. c. cū speciali. colum. j. in fin. de appella. & alij omnes infrà positi. Et eos iurisdictionem habere, nullus est qui neget, nam ex mente Butri. & glo. in d. suspitionis, dupliciter, transfertur iurisdictio. vno modo, quando per viam vniuersitatis eligentis, vt si vniuersitas eligat sibi rectorem. vel exercitus eligit imperatorem. xciij. d. legimus. alio modo, quando immediatè per viam legis datur alicui potestas, aut datur ab homine legē confirmāte, vt in istis arbitris statutarijs, qui eligun- tur ab homine. sed ex statuto iam inducto transfertur iurisdictio in eos, etiam ex approbatione ipsius statuti. Facit secundum But. ꝙ habetur in. l. & quia. ff. de iurisdic. om. iudi. & in. l. ambitiosa. ff. de decre. ab ordi. facieñ. hos autem arbitros statutarios iurisdictionem habere, & illis cùm cohærere concludit Ange. in dispu. incipi. Duo adinuicem. col. iij. in ver. expeditis præambulis, & Alexand. in. l. ex facto. §. si quis rogatur. el. ij. columna ij. ff. ad Trebellia. dicens ꝙ isti arbitri habent iurisdictionem quemadmodū & iudices. & Aré. in. l. nemo pōt. col. vij. versic. dubitatur & Crot ibi colū. iij. ff. de leg. j. ꝙ Imo. in. c. quintaualis in. xiij. diffe. de iureiur. & alij omnes infrà nominandi.

2 ¶ † Infertur ex hoc, quòd isti arbitri poterunt mulctare partem, & ob cōtumaciam, audientiam denegare in casu de quo loquitur Barto. in. l. non ex omnibus. ff. de arb. vt puta si compromissum sit cum potestate ferendi vnam, vel plures sententias. nam mulctare is potest, qui iurisdictionē habet, vt per Bart. Bald. Salyc. Alexā. Ias. & alios in. l. j. in princ. ff. si qui ius dic. non obt. ex quo cessat difficultas quam ponit. Ias. in. l. sancimus. C. de iud. post. Rom. in. l. j. ff. de arbit. & alij in. d. l. j. si quis iu. dic. non ob. asserentes arbitrum non posse mulctare per text. glo. & Barto. in. d. l. non ex omnibus. nam illa procedunt in arbitro voluntario, habente tantum notionem, non autem in statutario habente iurisdictionem: maximè quia habet ordinariam. quo casu debet magis concedi per no. per Iaso. in dicta. l. sancimus de quā ordinaria, dicam in seq. q. & quod possint mulctare sensit Alexand. in addi. ad Barto. in. d. l. non ex omnibus. & Barb. in. c. Raynaldus. colum. cxvij. in prin. de testa. dicentes

dicētes ambo, quòd ista regula ꝙ arbiter non possit mulctare, non procedit in arbitro, de quo in.c.suspitionis.de offi.delega.& sic in arbitro habente iurisdictionē (vt dixi suprà) nō habet locum & per consequens in ar-
3 bitro statutarto.† Infertur aliud, ꝙ hi arbi.poterunt cōpellere testem, & falsum deponētē corā se mulctare, de quo dixi infra in.viij.q.prin.in versi. testes citari.

4 Secundò, quæro: † Quā iurisdictionem habeant isti arbitri statutarij tres fuerunt in hac quæstione opiniones.aliqui voluerunt istos ordinariam habere: aliqui delegatā: alij verò, nec ordinariā, nec delegatam, sed tertiam speciē, videamus de vnaquaque separatim.

¶ Delegatos iudices esse dicit Barto. in.d.l.fina.C.de iudic.per tex.ibi.ex quo notat, ꝙ ab arbitris.qui eligūtur ex potestate legis, pōt appellari: inferendo ad arbitros statutarios, vt isti habeant vim delegatorū.& hoc dicit millies allegasse.

¶ Adducitur ad hoc tex.in.l.apertissimi.C.eo.de iud.ibi.quasi arbitri fuerint ab imperiali culmine delegati.& sic tex.appellat hos arbitros iuris delegatos ab imperiali culmine, quod idem est in istis statutarijs arbitris: quia sunt ijdem cum præmissis, vt in præcedenti.qō.

¶ Tertiò, facit, quia tex.in.c.ab arbitris de offic.delega.libro.vj.& text.in capitulo suspitionis.eod.titu.de offi. deleg.sunt situati sub titu.delegatorum, non autem ordinariorum, ex quo, arguendo à situatione rubricæ. quod argumentum est validum, vt vult glo.in capi.tibi qui de rescrip.in vj.not.docto.in.l.prima.ff.si certum petatur necesse est dicere, quòd isti arbitri sunt potius appellandi delegati quàm ordinarij, respectu ipsarum rubricarum.

¶ Quartò, adducitur illud, ꝙ isti arbitri nō præsunt territorio, cui inest iurisdictio.l.fi.C.vbi & apud ad quē. ergo nec iurisdictionem ordinariam habere dicuntur.

¶ Quintò, facit qa isti arbi.nō exequūtur sententias suas.l.episcopali.C.de episco.aud.ergo nō videntur habere iurisdictionē ordinariā quæ habet ius exequendi annexum.

¶ Sextò, comprobantur præmissa per tex.in.c.cū speciali.§.j.ibi sciant quæ se ad fideliter exequendum ex iniuncto à nobis &c.ex quo text.constat à superiore, arbitros dari, & ab eo, tale officium cognoscendi iniungi, & sic delegatos dici.

¶ Hos arbitros statutarios, iudices delegetos esse post Barto.in.d.l.fi.tenet Bald.ibi in.vij.no.& idem Bal.in l.j.C.si qua pred.pote.& Sali.iudicio meo in.d.l.fina.in.iij.no.qui simpliciter refert & sequitur dictum Bart. & ex eius mēte infert, ad appellationem, ex quo referendo dictum Bart. nullo addito, ipsum sequitur, & potius dicendum est corruptè in litera Saly.haberi ordinariorum, & melius staret delegatorū, idem voluit Areti. in.l.nemo potest col.antepe.ff.de leg. j.qui dicit indubitanter istud esse verum, quòd isti habent iurisdictionem delegatam.idem voluit Ias.in.l.duo iudices, columna tertia.ff.de re iudi. qui dicit, ꝙ communiter tenetur, idē esse in istis, quod in delegatis.tamen

ꝙ iste

ꝙ iste passus est ambiguus & malè explicatus. sequitur & hęc in. l. arbitro colum. pe. ff. qui satisda. cogã. & in. §. omnium colum. ij. instit. de actio. & Alex. sensit hoc in. l. inter partes col. j. versi. quid in duobus. ff. de re iudica. Hoc idem voluit Hostien. in. c. suspitionis. de offi. delega. loquens de arbitris iuris, cõcludens hos esse delegatos, per casum. l. in dicta. l. apertissimi & c. cum speciali versic. sciantque & ista opinio Hostié. fuit ante Dama. in qó. xvij. in titu. de offic. delega. vt refert Io. an. in. d. c. suspitionis. sequitur Bal. ibi, dicens, ꝙ glo. in. d. c. suspitionis malè dixit, quasi ordinariam, cũ debuisset dicere quasi delegatã. & tenet hãc opi. Car. in. d. c. suspitionis in vj. q. adducens tex. in. c. ob arbitris, vt deduxi in tertio fundamento, respectu rub. ꝙ dictũ attribuit sibi Abb. in fine. ff. de re iudica. nulla facta mentione Car. & sequitur hanc opi. quòd sint delegati & in. d. c. suspitiõis, motus eadem ratione. & Barb. in. c. quoniam cõtra. colum. vj. nu. xxv. de ꝓb. dicit istos arbitros æquiparari delegatis. & Fely. apprehendit hanc opin. in. c. fi. col. fina. de re iudi. idem voluit Archi. in. d. c. ad arbitris de offi. deleg. in. vj. dicens, ꝙ hoc nomen arbiter, de quo ibi, accipitur pro iudice delegato & in. d. l. arbitro. ff. qui satisd. cog. sequitur & hunc Anchar. Francis. in d. c. ab arbi. firmat hoc Cor. in consil. cxxj. quãquã in addi. & in consi. ccxc. Quod fuerit iustè, colum. ij. volu. j. & in consil. liiij. videtur prima facie, col. ij. volu. ij. & in cõsil. clxxviij. visa copia, col. j. volu. iij. & Calca. in cõsi. j. col. octaua, in prin.

¶ Alia fuit opinio infrascriptorũ, dicentiũ, istos esse arbitros ordinarios, moti ad ita tenẽdum: quia isti arbitri habent iurisdictionem à lege, & à statuto, & sic ordinariam, cum lex tribuat ordinariam iurisdictionem, non autem delegatam. l. more. l. & quia. ff. de iurisdi. om. iudi. & ibi doct.

¶ Comprobatur hoc, quia videmus quòd inquisitio quæ est remedium extraordinarium, si per statutũ concedatur, facit eam iudicium ordinarium. vt voluit Barto. in. l. si maritus. §. sinautem extraneus. ff. ad. l. Iulia. de adult. & sic prouenientia à statuto. sunt ordinaria. Adducit etiã Barba. in hac materia dictum Io. andr. in addi. ad Spec. in tit. de salar. decidentis, ꝙ si potestas eligit suos iudices in publica arrenga: populi dicuntur habere ordinariam iurisdictionem. secus, si eligerẽtur à potestate in camera. ex quo innuit ordinariam iurisdictioné transferri, quoties virtute publica illa conceditur.

¶ Confirmãtur prædicta per id ꝙ voluit gl. in. l. j. in versi. specialiter. C. ne lice. pote. & ibi Pau. de cast. dicentes, ꝙ quando princeps transfert iurisdictionem per legem scriptam, dicitur dare ordinariam semper, quam gloss. refert & sequitur Iaso. in. l. à iudice in fin. C. de iudi.

¶ Præterea isti arbitri statutarij succedũt loco ordinariorũ, vt dicit Ang. & Pau. de castr. in. d. l. apertissimi. C. de iud. & Bald. in. l. j. C. de per. & cõ. rei vé. ergo habere debent vim ordinariorum, & non delegatorum.

¶ Prẽmissam opinioné ꝙ sint ordinarij tales arbitri. tenuit But. in. d. c. suspitionis. & eũ refert & sequit Guid. papæ. ibi, dicés istud tenere Ion. in. c. cùm

cùm ab ecclesiarum, de off. ord. tamen Inn. in eo loco istud nõ dicit, vt potuit videre in libro meo. hanc sententiam tenuit Iaso. in. d. l. fina. colum. fi. C. de iud. respõdendo dicto Bar. (vt dicam infrà) adducit, & ipse Ias. Sal. ibi, qui tamen, vt prædixi, in adductis pro alia parte, hoc non dicit, allegat etiam Ange. & Pau. de cast. in. l. apertissimi, eo. ti. qui tamen non dicunt, ꝙ sint iudices ordinarij. sed simpliciter, dicunt, ꝙ isti arbitri per omnia funguntur loco iudicum, in quorum locum successerunt. quod deduci potest, (vt dixi suprà) idem Iaso. in. l. duo iudic. suprà. ff. de re iud. tenet eandem opinio. quam etiam comprobat Barba. in. d. c. suspicionis. colum. vij. & nouissimi repeté. in. c. quoniã. contra, car. lxxxiij. nume. xciiij. de probatio.

¶ Tertia fuit opinio quod isti arbitri non sint, neq: ordinarij, neq: delegati, sed tertia species. quam posuit Io. and. in ti. de recus. in. §. fi. versicu. sed nunquid arbiter, in verbo commitere, dicens, quòd isti arbitri iuris, nõ possunt committere vices suas, cùm non sint, nec ordinarij, nec delegati. sensit & hoc glo. in. d. c. suspicionis de offi. delega. quæ appellat hos arbitros quasi ordinarios, idem determinat Bald. in. l. apertissimi. C. de iud. qui dicit, quod est species de per se, idest quòd propriè non sunt ordinarij, nec delegati, sed arbitri subrogati loco iudicis recusati. & sub hac appellatione lex describit eos, idem Bald. in consil. xc. Quæritur vtrum arbitri, volumine primo loquens de istis arbitris statutarijs, dicit quòd non sunt (inspecta veritate) veri ordinarij, nec delegati, sed quidam boni viri. dominus Prosdocimus de Commitibus Patauinus noster, in. d. c. suspicionis, dicit quòd est tertia species, eò, quoniã sunt partim arbitri, quia eliguntur à partibus, partim delegati, quia habent iurisdictionem à lege confirmante. talem electionem Are. in. d. l. nemo possunt. ff. de le. j. in antepe. col. relata prædicta opinione Io. and. dicit quod cùm ista videatur esse cõmunis opinio. hos arbitros esse, partim ordinarios, & partim delegatos. & sic habeant quasi delegatam. quòd sensit Bald. in consi. ccclj. Io. & Feder. col. iij. versicul. sed esse, vol. v. & Aretin. in consilio. lxxxvij. in præmissa consultatione in fin. & vt vides, maxima est altercatio, & varietas inter scrib.

¶ Ego in tanta difficultate id semper iuridicum putaui, quod isti arbitri sint ordinarij, magis quam delegati: & vim notam huius quæstionis puto in id consistere in cognoscendo, quando iurisdictio ordinaria, & quando delegata conceditur, per statutum. nã si ordinaria conceditur, erunt ordinarij. Bart. in. l. ambitiosa in fin. ff. de decre. ab ordi. fac. & in sua disputatione. v. incip. adunantia generalis. in solutione illius quæstio. quem sequitur Alex. in. l. j. §. opus nouum. ff. de no. operis. nunc. & communiter scrib. ibi, distinguendo in hac materia dicebant. quod aut verba statuti transferunt iurisdictionem ordinariam, vt si dicatur ad officium priorum pertineat. &c. & hic non est casus noster. aut verba sunt dubia, vt in statuto nostro, & similibus, in quibus non apparet de translatione iurisdictionis. & tunc dicit Bartol. aut committitur vnum factum particulare inter certas personas,

nas, vel de certa re, tunc est delegata: quia iurisdictio ordinaria non cōceditur in re certa, vel casu particulari. aut conceditur potestas super vno negotio vniuersali, vt super abundantia, & tunc est ordinaria concessio, vt in.l.prima in princip. & in.§. cum vrbe.ff.de offi.pre. vrb. & in.l. fina.C.vbi & apud quem.& in authēti. habita.C.ne fi.pro pat.vbi doctoribus conceditur iurisdictio in scholares, quę sine dubio est ordinaria. Ex quo dico, quòd statutum nostrum transferat iurisdictionem generaliter in omnes electos arbitros, vt possit cognoscere in quacunque causa inter coniunctos: & negotium est vniuersale, per consequens ordinaria iurisdictio in eos transfertur, & cognoscunt inter certum genus personarum, vt puta propinquos, quemadmodum & Rector scholarium, habens ordinariam iurisdictionem, cognoscit inter scholares, & de eorum causis. nam videmus, quòd duo propinqui possunt eligere arbitros, & electi cognoscere de omnibus causis inter eos vertentibus: & sic vniuersaliter de pluribus non certis causis, & non certæ personæ: sed vniuersaliter omnes propinqui, possunt venire ad eam electionem Nec prædictis resistit illud, quod eligantur certæ personæ pro certis causis: quia statutum in potentia transfert penes omnes hanc iurisdictionem, vt possint cognoscere inter propinquos generaliter, si modo partes veniant ad eorum electionem, & in eos assentiant. prout in simili dicit Paulus de castro. post Barto.in.l.fin. C.vbi & apud quem in inte.rest.determinans quosdam esse iudices ordinarios, habētes iurisdictionē, sine administratione, qui nō possunt cognoscere, nisi inter cōsentiētes, vt sunt iudices cartularij, & notarij, & ex hoc apponunt in suis subscriptionibus imperiali autoritate notarios, & iudex ordinarius, ex quo apparet, illos habere iurisdictionem ordinariam, sed nō cognoscere nisi inter certos, in eos cō sentientes, & idem dicendū est in istis arbitris, vt recipiāt exercitium iurisdictionis ordinariæ per consensum pꝛtium, & electionem de illis factam.

¶ Facit pro præmissis, ꝙ dicit Abb. & ibi Deci.in.c.relatum de offi.deleg. ꝙ iurisdictio ordinaria trāsfertur ꝑ principalem, vel legem, qñ datur iurisdictio simpliciter super vniuersitate causarū, nisi exprimat verbū delegamus, per no. per Bar. Alexā. & alios, & .l. & quia.ff.de iuris.om.iud. vnde cùm in arbitros transferatur iurisdictio per legem vniuersaliter super omnibus causis propinquorum assentiētiū. ergo ordinaria. istud idem determinat Car.in.c.quoniā Abb.in.xiij.q.de offi.delega.subdens, ꝙ in dubio, ordinaria iurisdictio potius datur, quā delegata, per glo.sing.in.l.iubere.ff.de iuris.om.iudi.& in.l.à diuo pio in prin. ff.de re iudi.& etiam quia quando nominatur iudex intelligitur de ordinario, non de delegato, per glo.sing.in.l. secunda.C.de lib.& eor.liber.

¶ Accedat ad hoc, quod dicit Hostien. in sum.de arbi.in.§.j.in fi.vbi vult, ꝙ istud nomen arbiter verificetur, & ponatur, quandoq; pro iudice ordinario, vt in capi.clericus aduersus clericum.xj.q.j.& .l.arbitro.ff. qui satis. cog. & hoc, nimirum euenit in illis iuribus, eo, quia illi arbitri supponūtur

tur loco ordinariorū.ideo sunt appellandi ordinarij,cū subrogatum sapiat naturā per omnia,illius in cuius locū subrogaē.per tex.& quæ ibi no.Bart. Bal.Ang.& alij in l.si eū.§.qui iniuriarū.ff.si quis caut.& est text.in.l.j. C.de colleg.& car.& nu.libr.xj.& ibi doc.vbi subrogatus in collegio loco alterius,debet,& quoad commodū, & incōmodū,& quoad omnia, vti iure illius,cuius loco subrogatur, ex quo isti arbitri qui eliguntur loco ordinariorū,& eorum loco subrogatur,debetur eodē iure vti, & ipsi vtantur iurisdictione ordinaria.Vnde ex hoc respōderi potest ad obiectū,ꝙ fit de text.in l.apertissimi.C.de iudi.qui ibi quasi arbitri fuerint ab imperiali culmine delegati,vt ibi sint delegati,eo quoniā eliguntur loco aliorum delegatorū in cognoscenda suspitione,vt sic teneāt naturam illius,cuius loco subrogantur,& hoc pulchrè pōderat Iaso.in.d. l.duo iudices.ff.de re iud.col.iij.& in d.l.fi.C.de iud.col.pen.vbi reprehendit illationem,quā facit ibi Bar.ex eo tex.cū ibi sint delegati:quia loco delegatorū cōstituuntur,& ex hoc infert ad arbitros statutarios,qui loco ordinariorū subrogātur,& istud illatū per Bart.nō videtur iuridicum secūdum ipsum,quod verum puto, cū diuersa sit origo,& diuersum debēt effectū parere per supradicta,& ex his.responsum datur primo,& secundo fundamēto deductis pro ea parte,quòd sint delegati.

¶Nō ob.tex.in.c.ab arbitris,& in.c.suspitionis,arguēdo à situatione rubricæ:qa vt dicit Iaso.in.d.l.duo iudices istud est fragile fundamētū,cū in tit. de offi.deleg.tāgatur aliqd incidenter de istis arbitris,ꝙ nō est attēdēdum. arg.l.si qs nec causam.ff.si cer.peta.& idē Iaſ.in.l. iusiurādū.§.procurator, in.iiij.col.in ver.in gl.in verbo,exceptionis:dicit se nolle respondere huic fundamento de situatione sub titulo, qa leue est,vltra prædictā respōsionē, quā etiā apprehēdit Barba.in.d.c.suspitionis,col.v.nu.xxv.ipse Barba.dat aliā,dicēs,ꝙ semper nō est verū,ꝙ lex posita in titu.intelligaē secūdū,titulū in quo posita est:qa videmus ꝙ multę leges positę in ti.C.de trāsa.disponūt de pactis,vel possumus dicere, ꝙ ideo illa iura ponunē sub titu.de off.deleg. qa loquūtur de arbitris,q eligunē loco delegatorū suspectorū,principaliter,pp ꝙ sunt delegati.nā de iure canonico & ciuili eligūtur arbitri in causis suspectorū delegatorum: vt in.d.l. apertissi.in ordinarijs aūt de iure ciuili nō eligūtur.vt in.d.l.apertissimi,& autē seq.de iure verò canonico etiā in ordinarijs eliguntur arbitri,vt in.c.cū speciali,de appel.Ex quo principaliter tractatur de his qui cōgruunt titulo,& sic de delegatis.

¶Nō obstat illud,ꝙ nō habeāt territoriū,nec suas sentētias exequanē: quia istud nō est substātiale iurisdictionis ordinariæ,vt dicit Bal.in.d.c.suspitionis,cū possit haberi absq; territorio.vt in iudicibus carthularijs,de qbus per Bar.in.d.l.fi.C.vbi,& apud quē:& in rectoribus scholariū,de qbus p Bar.in l.ambitiosa,in fi.ff.de decret.ab ordi. fac.& tex.glo.& doc.in auē.habita.C. ne fil.pro pat.& per text.in.l.solet,in fine.ff.de iurisōm.iud.& p Fely.in.c. Rodulphus,col.iiij.de rescrip.

¶Non obstat gl.in.c.suspitionis, quæ appellat quasi ordinarios: quia dicit

ibi Barba. ꝙ illa dicto quasi sæpe ponitur pro veritate, vt in .c. parrochianus, de deci. & in euangelio dicitur quasi vnigenitus à patre.

5 TERTIO Quæro † Quantam potestatem habeāt arbitri electi ex cōpromisso, virtute statuti. Dicas, ꝙ arbitri electi, assumunt omnē potestatem ex ipso compromisso, nil enim aliud ipsis licere debet, quā ꝙ in cōpromisso cautū est, vt efficere possint, nō quodlibet statuere poterunt, nec in qualibet re. sed tantū de ea, de qua est cōpromissum. ita est tex. in. l. non distinguemus, in. §. de officio. ff. de arbit. & dicit tex. in. c. cùm dilectus, de arbi. ꝙ arbitri non valent iudicare, nisi de his tantū, de quibus est compromissum, & tex. in cap. Raynaldus, de testa. ibi, prout ex forma cōpromissi poterant, & glosa ibi, in ver. æs predicas. ex quo dicit Bald. in rub. de arb. quòd officiū arbitri est strictissimum. i. texatū proprijs verbis. & literis compromissi. & Imo. in. c. cùm dilectus. de arbi. dicit, quòd in compromisso id solū venit, de quo est expressum vt veniat, ex quo censetur esse stricti iuris: & secundum eū facit. l. quicquid astringende. ff. de verb. obl. & Soci. in cōsi. xx. Visis actis col. j. volu. j. dicit quod in cōpromisso tanquā stricti iuris, veniunt ea sola, de quibus specialiter actū est, vt veniāt. l. cū dies. § ad enim. & ibi Bal. ff. de arbi. & l. pædius. §. fi. eo. titu. & Cor. in consi. ccxciij. Multa in mediū col. iij. volu. iij. dicit potestatē arbitrorū, dependere à compromisso: quemadmodum & iuxta qui iudicat de his solis de quibus est cōmisio facta in literis, & est expressum, vt est text. in. c. cùm olim Abbas de offic. delega. & in. c. cū dilecta. de rescrip. & in. l. diligenter. ff. mand. quod eo magis dici potest in casu nostro: cùm isti arbitri statuarij sint iudices, vt dictum est suprà in hac. q. in princi. & est melior text. in. l. j. C. si à non comp. iudice: qui dicit, iudicem ad certam rem datū. de alijs non posse pronūciare, quā de his, quę ad rem pertinent, ex quo si arbiter tulit sententiam contra formā compromissi, non dicitur iudicare. l. quid tamē. ff. de arbi. vbi arbiter, in quem est cōpromissum de pluribus, vt de omnibus, dicat sententiam. si de aliquo tulit, non dicitur sententiasse: quia id fecit contra formam compromissi, & ita intelligit illum tex. Præpo. in cap. dilecto. de appella. q. viij. princi. in princip. de appella. & in tantum hoc est verum vt dicit Bald. in. l. Pædius in addi. ff. de arbitr. quod forma tradita in compromisso debet seruari, etiam: si de iure, compromissum effectum non habeat. & idem Bald. in titu. de pac. consti. in. §. sententiæ quoq;, dicit quòd sentētia lata per arbitros de re, de qua non est compromissum, etiam si fuerit à partibus emologata, non valet: quia non potest emologari laudum, super quo non procedit compromissum. per textus in capi. examinata. de con. vti. vel inut. quod dictum Bal. sequitur pro singu. Rot. in consilio. clv. Præmissum laudum. & etiam Soci. in cōsi. xviij. Prosequendo. columna. xj. versicu. & ex prædictis. volumi. j. prædicta tamen Abb. in dicto capi. examinata. intelligit, vt si approbatio rei, de qua sententia dependeat à mera volūtate partium & eorum fauorem respiciat, tunc valeat in vim pacti: & si non possit valere, vt laudum, per text. in

l. ij.

l.ij.C.commu.vtr.iudi.& per gl.in.c. significasti de for.comp.ita intellecta, & est dictum. Bald.in.l.j.C. qui pro sua iurisf.de quo tamen dic.vt late per Deci.in.d.c.examinata.istud auté eo magis in.q. nostra debet procedere: quia sententia,seu laudũ,quod fertur per hos arbitros statutarios, est verè sententia:& obtinet vim rei iudicatæ: vt dicam infra.ix.q.princi.in part.de effectu.quæstio.j.seu sententia nõ potest partium consensu validari.vt per Bar.in.d.l.j.C.qui pro sua iur.& per Abb.qui dicit hanc esse cõmu.opi.in c.significasti.col.pen.de for.compe.

¶Intellige tamen prædicta,quod cõpromissum quantũcunq; latum,& tribuat potestatem arbitris generalem: attamen eorũ potestas restringitur ad ius commune.& ad id,quod per illud licet ita tenet Dy.in consil.xix. Ptolomæus in.colũ.ij.versicu.præterea per text.in.l.si procurator.ff.de condi.inde.&.l.si pater filio.ff.quæ in fraud. credi.&.l.Titius.§.pen.ff.ad municipa.& idem Dyñ.in regula scientiæ de regu.iur.in.vj.quem sequitur Io.and. in addi.ad Spec.in titu.de arbi.col.vj. in addi.inci.in prin.& Paul.de cast.in consi.cvij.Videtur dicẽdum,quòd dictus Luisius.volu.j.

6 PRIMO.†Infertur ex prædictis ad eam quæstionem quã posuit Bartholo.brixié.in suis.q.domi.q.lxxvj. incipien.actor & reus,qui dicit,quòd si factum est compromissum super aliqua re: & corã arbitris excipiat reus de spolio alterius rei: & ante omnia petebat cognosci, cùm istud de iure communi concedatur:attamen exceptio illius spolij non potest per arbitros cognosci: quia super his rebus, de quibus non est compromissum,cognosci non potest,per supradicta iura. l.non distinguemus.§.de officio.&.c. cùm dilectus.

7 ¶†Secundò infertur ad id,quod determinat Bartol.in.l.cùm aquiliana. ff.de transa.quod si est lis inter te, & me de aliquo fundo:& facimus compromissum in aliquem,& dedimus ei plenam potestaté arbitrandi, quòd arbiter non poterit iudicare,quod vnius nostrũ det,alteri aliquam aliã rem,vltra eam de qua est cõpromissum, per prædicta iura.subdens etiã,quòd iudex in iudicio cõi diuidundo,non potest occasione rei cõis apponere manũ in aliam ré,non cõem:per tex.in.l.arbor.§.de vestibulo.ff.commu.diui.& quãuis Bar.videatur ibi loqui in arbitratore: tamen id magis debet procedere in arbitro, cuius potestas est strictior. Bartol. opin. sequutus est, Angel.in.l.de his.ff.de transactio.exéplificando in petente librum, vt si super eo fuerit compromissum,non poterit arbiter iudicare librum deberi petéti:si modo det aliũ librũ reo conuento, quæ omnia refert & sequitur Ias.& Iac.de.s.Georg.in.d.l.Aquiliana,& Alex.in cõsi.cxix.Titulos.& in consi.cxxiiij.in causa & lite vertente. colũ.iij versic.sed ita volu.ij.& Bap. de san.Blasio.in trac.de arb.q.lxxij.& Abb.in.c.cum dilectus.columna.ij.de arbi.& Soci.dicit hanc esse communé in consil.ccxx.Visis compromisso.col. j.volu.ij.

¶Intellige tm̃ prædicta,nisi iudex arbiter adiudicando rem,petente,senté tiaret & ipsum ad soluendũ decé, vt dicit Bar.in.d.l.Aquiliana,cũ p pecuniã oés res æstimẽt:& eo,tũc alia res

non erit.l. si ita.ff. de fideiussor. quod dicit mente esse tenendum, & sequuntur prædicti.

¶Hoc tamen debet ita interpretari vt arbiter condénet eodem contextu: vt si dicat condemno te ad dandum fundum petenti, solutis primitus decem per ipsum petentem, vel si petens soluerit decem:& sic cõditionabitur.quo casu sententia tenet sub conditione non extranea.l.j.§.biduum.ff.quando appel.sit.secus auté si non vno contextu verborum hoc non fuisset dictum. exemplũ si in vno capitulo te damnauit ad librum reddendum mihi: & in alio capitulo me condemnauit ad decem.& sic dispositiuè valebit sententia in libro,& non in decem.ita determinat Angel.& dicit habuisse de facto in.d.l.de his.post Specu.in tit.de arbi. in.§.excipitur versicu.sed pone.quem sequitur Iac.de sancto Georgio, in.d. l.Aquiliana.

8 ¶† Infertur tertiò,ad id quod decidit idem Bartol. in.d.l. cùm Acquiliana. quem sequũtur omnes prædicti:quòd si factũ fuerit compromissum generale,non poterit arbiter compellere partem ad faciendam quietationé generalem.per textũ ibi, & per rationem positam in præcedenti casu.

9 ¶† Infertur quarto,quòd arbiter quãtùcunq; habeat compromissum generale:non tamen poterit iudicare Vltra prosecuta.ita est text.in.l. si cum dies. §.plenum.ff.de arbi.& ibi Barto. Bal. & Ro.& Bal.in.l.de rebus.ff.eo. dicit rationé esse quia de alijs potest minimè iudicare,cũ de illis non sit cognitũ & sequutus est Ange.in consi.ccxviij. Visa narratione.col.penul. in fi.dicés, quod fatuus est arbiter,qui iudicat super non petitis,& super his de quibus non cõstat,quod partes litigarint, aut litigare vellent.per text. in.l. fina.C. de fideicõ.lib.l.vt fundus.ff.cõmu.diui.& tenet hoc Soci.in consi.ccxx.Visis cõpromisso.laudo. colũ.ij. versicu. confirmatur.volu.ij. quod est duplicatum in consi.ciiij.volu.iiij. & idem determinat in cõsi.ccxciij.Capio primũ. in princip.volu.secundo,subdés,quod etiã si in cõpromisso sit apposita clausula,ꝙ intelligatur esse lis,& differentia circa,id, super quo fuerit laudatũ: quod nihilominus non potest se extendere,vltra prosequuta, vt etiã dicam in sequen.

10 ¶† Infertur quinto, quod ex cõpromisso quãtũcunq; generali,nũquã arbiter poterit cognoscere de iam decisis, & sententiatis, etiam quod apponerent verba prægnantia, & multum lata.ita determinat Ang. in cõsi.ccxlij. Philippus ciuis dicens,quod nulla dispositio ad præterita se referens: aut vires suas extédens, porrigitur ad prę terita iam decisa sententia, aut amicabili compositione transacta, seu finita l.transacta cum.l.sequen.ff.de verbo. signifi.l.penul.& fina.C. de sacro san. eccle,& per Cy.in.l.leges. & constitutiones.C.de legi.cum etiam non sit verisimile.nam lex stultũ reputat illum, qui diu litigauit: & postquam sententia in rem iudicatam trãsiuit, eius executionem non petijt:sed potius recurrit ad remedium ordinarium : iterum in quo opponi possunt exceptiones dilatoriæ & peremptorię,sicut poterant in primo iudicio,not.glo.in.l. si à te.§. si quis fundum.ff.de exceptio. rei iudica.Bald. in consi.cccxlix. Super eo. volu.iij.in fine.dicit, quod cõpromissum

sum generale, nõ tangit speciem transactam. per tex. in. l. post rem. ff. de transactio. Rapha. Fulgo. in consilio. lxvj. Nicolaus. colũ. antepenul. idem determinat, motus ea ratiõe, quòd quis sub verbis generalibus nõ dicetur ea comprehendere, quæ verisimiliter in specie non faceret, nec concederet. per gl. in. l. fina. C. de pac. Item, quia compromissum fit ad tollendas lites. l. quãuis. ff. de arbit. istud autem fieret ad inducendas lites. ergo contrarium operaretur. Idem voluit Socin. dicto consilio. ccxcix. Capio primum. volumi. ij. vbi dicit, aliàs consuluisse, quòd licet in instrumento compromissi, sit apposita illa clausula, quòd intelligatur esse lis & quæstio, omne, & totũ id quod fuerit laudatum: tamen ad hoc vt arbitrator posit laudare, necesse est, quòd super eo super quo fuerat laudatum pendente compromisso fuerit aliqualis: alias non poterat dici litis decisio. dicens ita consuluisse. Bald. in consil. incipiente, quòd laudum. allegando glo. in. l. j. in princip. ff. si quad. paup. fec. dica. & in. l. j. §. j. ff. de dol. & glo. in terminis in. l. ij. C. de transactio. & Felyn. in. c. sedes. colum. v. de rescript. nume. xxiij. refert & sequitur eadem consilia. & reperio quòd Bal. in cõsi. cxciij. Primo statuto. colum. fina. volumi. ij. in antiquis, idem determinat. dicens, quòd nemo dicet quòd super actione iudicati esset compromittendũ vt. ff. de condi. inde. l. eleganter. §. si post. & d. l. post rem. nã esset abire retrorsum l. minor. xxv. an. cui fideicõmissum. ff. de mino. idem sensit Angel. & Pau. de cast. in. l. cùm hi. §. si cũ lis. ff. de transactio. & idem Angel. in. l. eleganter. in prin. ff. de condi. inde. & Iaso. Fulg. in l. si diuersa in fi. C. de transac.

¶ Intellige, prædicta procedere etiam quòd in compromisso esset apposita clausula, vltra præmissam generalem: quòd de iure & de facto possent arbitri cognoscere non propter hoc nõ videtur renuntiatum primæ sententiæ. & compromissum non valet. l. causas vel lites. C. de transact. & in. l. fina. C. senten. rescin. non poss. ita determinat Rim. in. d. l. si diuersa. quamuis Fulg. videatur ibi sentire cõtrarium: & hoc maximè, quia requiruntur verba specialia ad hoc, vt dicatur renuntiatum sententiæ.

¶ Limita prædicta non procedere, si in compromisso dictum sit non obstante sententia. nam tunc valeret compromissum: & iudicari posset. vt per Bal. in. d. l. si diuersa. & Cy. Sali. in. l. si causa. C. de transactio. & Alexan. Ful. Ias. latè. in. d. l. si diuersa, vbi multos allegat: & dicam in meo compromisso, in verbo non obstante sententia.

¶ Limita secundò, si posibile sit quòd ex prima sententia oriatur aliqua difficultas, vel quòd sit nullitas. nã tunc non obstante prima sententia, compromissum valebit: vt puta, quod noua difficultas oriatur, quod liber rationum super quo est lata sententia, fuit adulteratus: vel quod in calculo rationũ, sit erratum. vt. l. j. C. de erro. cal. & similia. ita determinat Bald. in consilio cxcix. Proponitur, & consi. sequẽ. volumi. j. in antiquis. dicens, quod propter nouum dubium, potest nouũ iudicium institui: & noua sententia valet. & eodem modo nouum compromissum. l. eleganter. §. si post. ff. de condit. indeb. & eo ipso, intelligitur nouũ dubium, quod arbiter declarauit. vt. l.

quod debetur.ff. de pecul.& .l. super seruis.C.qui mil.non pos.lib.xij.

11 ¶† Infertur sextò, quòd in compromisso quantuncunque generali, non veniunt ea quæ occurrunt post tempus compromissi.ideo de superuenietibus post tempus compromissi, arbiter non iudicat.l.de his.ff.de arb.vbi est casus: & arguendo etiam de compromissis ad iudicia idem dicitur.l. non quéadmodum.l. non potest videri.ff.de iud. & ita determinat Roma. in consilio lxxxviij. Tribus rationibus. Hoc idé voluit Paulus de cast. in consilio.lxx. Quia frustra.columna tertia versiculo secundo, adiudicant volumine.j. vbi dicit, quòd compromissum intelligitur de litibus, quæ tunc erant: non de his quæ post compromissum nasci poterant, & ex causa de futuro.c.fina. de rescrip.&.l.qui bona.§. si qui vicinas.ff.de dam.infecto, quem sequitur Soci.in consi.cclxxxij.In præsenti consultatione colu.iij.versic.primo, quia. volu.ij.etiam quod in compromisso essent apposita illa verba, quod intelligatur esse lis, & quæstio &c. vt ibi per eũ qui adducit, quæ iam dicta sunt in præcedenti proxima illatione.

¶Facit pro hoc, illud quod videmus in compromisso quantũcunq; per generalia verba concepto: nõ venit illud, quod compromittens, sibi competere ignorauit: quia in generali pacto, & renuntiatione tacita, vel expressa: non comprehenduntur ea quę renuntians, vel pasciscens: sibi competere ignorauit.l.mater.§.cæterum.ff.de inof.test. &.l.legitimã.ff.de pet.hæred.&.l. si is ad quem &.l.Claudius.ff.de acquiré. hæred.& ex hoc.Dy.in consi.l.in quæstione præmissa: decidit, quod feuda & iuramenta ac vasalicia, non veniunt in compromisso quantuncunq; generali: subdens quòd, nihil venit in compromisso, nisi id de quo actum est, vt veniat: & in hoc differt à iudicio.l. si cum dies.§.plenum.ff.de arbi. ex quo de prædictis, arbitri nõ poterunt pronũciare. Istud idem refert, & sequitur Albe.in dicta.l.si cum dies.§.plenum. ff.de arbi. vbi recitat consilium Dyn. ad literam pro declaratione illius.§. plenum.

12 ¶† Infertur septimò, quòd si compromissum sit in aliquem, super assignatione bonorum ascendentium, ad ducatos ducentos: si tulerit sententiam, quòd talia bona dentur pro tali quantitate ducatorum ducentum: & quod sint pro ea æstimatione, pro qua fuerũt empta tali tempore, vel à tali: non valet illa sententia: quia fuit compromissum super assignatione bonorũ: non autem vt apponeret pretiũ, respectu alicuius temporis.ita per prædicta determinat Ias.in consilio.lxij. Breuiter puto.volumine tertio, adducens aliqua ex prædictis.

13 ¶† Infertur octauo, quod si factum sit cõpromissum in aliquem vt habeat secundũ ius pronuntiare: si iste pronuntiauit cõtra ius, sentẽtia est nulla: quia eam tulit contra formam compromissi, quod facere non potuit, per iura superius adducta.ita determinat Barto. in.l.diem proferre.§. stari.ff. de arbit. & Abb.hoc sequitur in.c.cum dilecta. de rescrip.& in.c.causamq; de re iudi. & Roma.in rub.de arbi. colũ.iiij.ver. his.& Ioan.bapt. Caccialup.in.l. omnes populi.colũ.ij.ff. de iusti. & iur. & & Fely.in.d.c.causamq;.colũ.penulti. qui per multa defendit Bar.ab impugnatione

gnatione Anto.de butr. post Fran. de alberg.in.c.quintauallis.de iureiur. & refert Fulg.in.l.j.C.de arb. dicentem, difficile esse obtinere in practica contra Barto. hoc idem voluit Deci.in.c. examinata.de confir.vti.vel inuti.in.j. not.& Fulg.in consil.clxxx.Viso processu.colum.ij.& Aret.in consi.lxviij. Excellens domine.colū.ij.versic.iij.& Deci.in consil.cxxxiiij.Placet conclusio.volumi.iij.quamuis Bal. in consil. clxix.In primis.volu.iij. dicat praecedens dictum Barto.falsum esse.

14 ¶† Infertur nonò, quòd si factum est compromissum in arbitrum qui habeat iudicare de facto,& amicabiliter: si iste ferat sententiam secundum ius, illa sentētia est nulla:quia videtur excessisse formam compromissi, cū non amicabiliter, sed de iure pronunciauerit: & ita per praedicta. & maximè ob praecedentem illationem determinat Deci.in consilio praedicto.ccccxxxiiij. Placet conclusio.volu.iij.

15 ¶† Limita praedictam conclusionem, vt non procedat quoniam sumus in adhaerentibus cōpromisso: vel in connexis,seu dependentibus ab eo:& maximè in his,sine quibus commode sententia expediri non posset. nam tunc licitum est arbitro extendere manū, & de eis iudicare.vt est gl. & ibi Abb. in.d.l.non distinguemus.§. de officio. ff.de arb.& glo.Abb.Card. & alij in.c. cùm dilectus.de Arbi. Butri.in.c.constitutus.de religio. Domi.& in.c.quintauallis.in xxiij.differentia.de iureiuran.& Iaso.in.d.l. Aquiliana.ff.de trās actio.& ibi etiam Iaco.de sancto Georgio,& Lanfran.in trac.de arbi.q.xxvj. vlti.q.princi. Facit pro praemissis dictum Bald.in.l. finali.C.de fideicom. lib.in versiculo,item nota, dicēs quod ea quae veniunt in consequentiam petitorum, includuntur in compromisso,& in mandato iurisdictionis, quòd est stricti iuris,per text.in.l. si de proprietate.C. si à non compe.iud. & dicit gloss. in .c.quia in tantum de praebendis, quod dispensatio quamuis sit stricti iuris extenditur ad connexa.& text. in.l. si cum tibi.C. de iudi. & ibi Barto.dicit,quod sententia lata super certa specie iudicij generalis, nocet omnibus dependentijs & connexis:licet super eis non fuerit disceptatum. not.Ioan.de anna.in.c.licet. hely.col. penulti. de simo. nam connexorum & dependentium, idem est iudiciū cum principali.l.proinde si seruum.ff.ad.l. Aquil.& tex.iuncta glos in.l.diuus.ff. de admi.tuto.& multa alia quae accumulate ponit Felyn. in.d.c.causamq;. colum.secunda, de re iudi. & Hippo. de marsi.in rubrica,de fideius.in.xxv. quaestio. colū.xxxvij. nume.clxxxvij. quae.autem sint ista adhaerentia, connexa, & dependentia dicam infrà in xxvij.q.ix.q.principa.

16 ¶† Limita secundo, praemissa non procedere,quotiens arbiter respectu quietis,& ex bono pacis, extendit manus extra compromissum. nam tunc licet ipsi hoc agere, vt voluit Iaco.de arc. in.l.fi.per illum tex.ff.de officio.procon.cef.relatus per Alberi.ibi.dicens, quod si aliqui habent discordiam: & compromittant in arbitrū:poterit arbiter inhibere,ne vnus vadat ad cōtra tàm alterius:& sic ob pace & quietem licet se extendere extra cōpromissum. quod refert & sequit Ias.in.d.l.fi.& in l.fi.sup possessione.C.de trās.& p hoc est text.in.c.nisi essent. de praeben.vbi

arbiter aſsignauit vni prioratū:& alteri certam partē prouentuum pro bono pacis:& tamen difficultas erat tantum ſuper prioratu,quãuis But.Imo. & Abb.ibi intelligant illū text.in arbitratore.tamen Barb.in ca.Raynaldus.de teſt.colum.xj.intelligit in arbitro:& dicit per illū text.limitari dictum Bart.in.d.l.cū Aquiliana,quod ex bono pacis poteſt arbiter iudicare, quòd fiat quietatio generalis:& tãgit verbum vnum.nec ſe firmat Iaſ.in.d. l.Aquiliana colum.fin.& Bap.de ſancto Bla.in tracta.de arbitr. quæſtio. lxxij.loquẽs de arbitratore.tenet hãc limitationem quam puto veram,ex vi ſtatuti noſtri:cū inſudauerit in amouendis iurgijs,& rixis inter coniunctos,& ob bonum pacis:& ea ratione, per illud fuerit diſpoſitum,quòd coniuncti tenerentur compromittere:& etiam ob publicam vtilitatem.vt dixi ſuprà in.j.quæſtio.principa.Vnde nimirum,ſi ex prædicta cauſa,arbitri po terunt extendere manum ad non con tenta in compromiſſo:cū publicæ vtilitati expediat habere ſubditos pacificos.per tex.in.l.capitulum.§.ſolét.ff. de pen.quamuis Roma.in conſil.cxv. Viſo compromiſſo.dicat,quòd in generali compromiſſo,non poteſt arbitrari,pacem fieri debere ſuper vulneribus,& offenſis hinc inde illatis.quẽ refert Iaſo.in dicta.l.cum Aquiliana. colum.fina.ſed poſſemus dicere,quòd iſtud euenit:quia ſapit naturam criminalitatis,vt de cauſa criminali non poſsit compromitti , vt dixi ſuprà in quarta quæſtio.principa.in verbo cau ſa criminalis : & cū principale nõ poſſit deduci in cõpromiſſum . ergo nec dependẽs ab eo, iuxta regulam acceſſorium de regulis iuris libro ſexto,& l.cum principalis.ff.eodem.cū alijs.

DE EFFECTV COMPROMIſsi.

✠ Summarium. ✠

1 ☞ *Compromiſſum factum ſecundum ſtatutum,ſuſpendit iuriſdictionem.*

2 *Petito compromiſſo,an ſtatim ſuſpendatur iuriſdictio ordinarÿ iudicãtis,vt corã ordinario procedi non poſsit.*

3 *In arbitratorem compromiſſum factum, an ſuſpendat iuriſdictionem ordinarÿ.*

4 *Clauſula toties quoties &c.an ſuſpendat iudicium.*

5 *Si ex laudo oritur actio,an ſuſpendatur iuriſdictio iudicantis.*

6 *Compromiſſum ex vi ſtatutorum factum,an ſuſpendat inſtantiam cauſæ principalis.*

7 *Inſtantia appellationis,an ſuſpendatur per compromiſſum.*

8 *Si extat ſtatutū dans terminū inſtantiæ & quòd eodem modo procedatur in cauſa appellationis,quo proceditur in principali.*

9 *Si eſt factum compromiſſum de illis cauſis, de quibus non poterat compromitti,an ſuſpendatur iudicium.*

10 *Si factum eſt compromiſſum per procuratorẽ generalem,an ſuſpendatur iuriſdictio.*

11 *Terminus decem dierum ad appellandum, an ſuſpendatur per compromiſſum.*

12 *Quanto tempore ſuſpendatur inſtãtia,per compromiſſum.*

13 *Terminus hominis aſsignatus ad appellationem proſequendam,an ſuſpendatur per compromiſſum.*

14 *Terminus ſtatuti aſsignatus inſtantiæ,an ſuſpendatur per compromiſſum.*

15 *Terminus aſsignatus ad petendum apoſtolos,an*

les,an suspendatur per compromissum.

16 *Quid si in cõpromisso est expssa causa principalis non appellationis,an ex hoc suspendatur instantia.*

17 *Per compromissum factũ post appellationem,an sit renunciatum appellationi.*

18 *Instantia appellationis, an suspendatur ante acceptationem compromissi.*

19 *Pronunciato,compromittendũ esse,an instantia suspendatur.*

20 *Terminus probationis,an suspẽdatur per compromissum.*

21 *Compromissum secundum tollit primum.*

22 *Actiones,an perpetuentur ex confectione compromissi.*

1 PRimus effectus est † Vt per id,suspendatur iurisdictio ordinarij:eo modo,vt facto cõpromisso,secundum formam statuti, non possit eo durante,aliqua partium adire iudicem ordinarium,& impedire arbitros,vt non iudicent,& in causa procedant.nam & si arbitri simplices electi secundũ ius commune non suspendãt iurisdictionem: sed altera, ex ipsis partibus possit se conferre ad iudicem ordinarium,& ad pœnã tamen teneatur.vt est text.in.l. si quis rem.ff.de arbi.& gloss.& ibi docto.in clemen.quãdiu de appella.& dicã infrà in.viij.quæstio.princip.in ver.iudicio.attamen in isto compromisso necessario,ex cuius sentẽtia oritur actio & exequutio,& quę habet vim rei iudicatæ:partes non possunt adire ordinarium,cùm eius iurisdictio sit suspensa:quia donec pendet cõpromissum:incertum est, an agenti debeatur,cùm posset sequi sententia absolutoria,quæ parit exceptioné rei iudicatæ,vt dicam infrà in.ix.quæstio. prin.ita determinat effectũ hũc Paude cast.suspensionis,in.l.pecuniã.ff.si certum petatur.quem sequitur Alex. Iaso.Soci.ibi.& Alexan.in consil.xxj. considerantis his.colũ.fina.volu.vij.& Soci.in consilio.xxvij.Visis instrumẽtis.colum.fin.vol.iiij.

¶ Facit pro præmissis,dictum Bald.in ca.j.in fi.de conte.feud.apud par.qui dicit quod exceptio processus pendentis,nõ obstat iurisdictioni:nisi vbi obstat exceptio rei iudicatæ ipsi actioni per tex.in.l.fundi.& in.l.fundũ.ff.de exce.dictum hoc nulla facta mentione Bald.ponit Fely.in capi.exceptionem.colum.xj.nume.xxxij.de excep. & dicit Ias.in dicta.l.pecuniam.quod dictũ hoc.Ba.alle.esset sufficiens ad hãc decisi.si non esset hæc doct.Pauli de castr.in dicta.l.pecuniam.de quo etiã idem Iaso.facit mentionem,in.l.nulli. colũ.j.C.de iudi.capit.fin.de rescrip. & capitu.dispendia de rescrip.libr.vj. & dixi.supra in.iiij.qõ.princip.in exceptiõibus,in verbo exceptio litis pendentiæ. ergo suspenditur iurisdictio per istum compromissum, & per hos arbitros.quod dicas habere locũ,quãdo per partem,opposita fuerit exceptio pendentiæ compromissi, vt dicã infrà in quæstio.viij.princip. in verb. iudicio:& etiam quando vna pars tamen recedit.secus si vtraque.vt ibi.

2 ¶ † Intellige hoc,quod suspendatur iurisdictio ordinarij,statim petito cõpromisso:vt vult Bald.in.l.j.C.si qua. pred.pot.versicu.& hoc facit,& istud procedit in arbitro,dicit Bald.statim facta petitione:q̃a nihil est probandũ: ex quo iudex non remanet iudex,petito compromisso,nisi quo ad executionem

tionem petitiōis compromissi,& hoc magis procedere debet in casu statuti nostri,quoties esset facta pronūtiatio, quòd cōpromitteretur.nam ante electionem arbitrorū suspēsa esset iurisdictio.secus autem est in instātia causæ. vt non suspendatur per petitionem,vt dicam infrà.

3 ¶ † Præmissa autē,quòd suspendatur iurisdictio ordinarij,procedūt:nō solum in arbitro statutario:sed etiam in arbitratore.nam causa in arbitratorem remissa:pars nō potest reuerti ad ordinariū,cū sit arbitramentū,quædam transac.vt in authē.si vero contigerit.C.de iudi.& in transactiōe,non est locus penitentiæ.l.quamuis.C.de transf.& sententia,q̄ sperat,posset parere exceptionē pacti,de nō petendo: & altera pars volens soluere pœnā nō audiretur.vt dicit Bal.in.l.eos.§.apostolos.C.de appella.in fi.vt sensit Alexād.in.d.l.pecuniā:sed magis clare,in d.consil. xxj.volu.vij.& prosequitur hoc Philip.franc.in capitu.ex ratione.colum . iiij.in.vij.qō.de app.& ibi etiā Præp.col.viij.& Ber.in tract.de episcopo.in.j.par.primi libri,vbi etiā facit mentionem de omnibus infrà positis.

4 ¶ † Item extende præmissa,in eo cōpromisso,in quo apposita est clausula, quod toties pœna committatur.quoties contrauentum fuerit,& ea soluta:vel non stetur compromisso,& arbitrio.nam tūc nō poterit redire ad iudicem.secundum ꝙ not. Lap.& Car. in cle.quādiu. in.iij.q.de appe.& no. Phi.Franc.in.d.c.ex ratione.

5 ¶ † Item & tertiò,intellige prædicta,vt non reuertatur ad iudicē pars: quoties laudum esset emologatū tacitē vel expssē,cū ex eo oriatur actio & exceptio.nor.gl.in.d.clemen.quādiu.& Bald.in authē. si tamen.C.de temp.appe.& Phi.Franc.in.d.capi.ex ratione.

¶ Idem dicendū est in omni & quocunq; casu,in quo ex sentētia arbitri orietur actio,de quibus in.l.j.& pen. C.de arbi.& in.c.dilectus.& in.c.per tuas.& in capit.exposita.de arb.not. Præposi.in.d.c.ex ratiōe.in.iiij.quæstio.princ.versi.sed quid si ante.

6 Secundus † Effectus est,qꝫ suspendit instantiā causæ:& in hoc de duobus vidēdum est. primo,de instantia causæ principalis, secundò,de instātia causæ appellationis.Circa primū,dum est quæstio,an suspendat̄ instantia causæ,principalis per cōpromissum Barb.in cōsil.lxvij. clementissimi Dei vol.ij.in eā partē inclinat,ꝙ instantia suspendatur.motus ad ita tenendum:quia si euenit ꝙ ratio legis sit amplior dicto:tunc ampliatur dispositū à lege,& fit extēsio propter rationē.vt est text.in.l.pater filium.§.fundū.ff.de leg.iij.& gl.singu.in cle.j.de electio.sed in causa appellationis,suspēditur instātia per cōpromissum:vt in authē.si tamē.C. de temp.app.& dicā in seq.ratio autem est,vt dicit text.in authē.de appella. iuncta glo.quia non debet lædi ex cursu temporis,qui negligens nō fuit:& gl.in dicta authē.si tamen.dicit,quòd nō debet currere tēpus ei qui semper litigat.& ibi etiam Bar.not.& Bal.in l.properandū.in princ.C.de iudi.sed ista ratio,quòd nō sit negligens,& ꝙ semper litiget:congruit,non solū appellationi,sed etiā primę instantiæ:& cū in vtroq; casu verificetur.ergo & disposi

dispositio, debet ad eũ casum extẽdi. cũ ratio legis sit anima legis. not. Dy. in.c.fina.de reg.iur.in.vj.& Bald.in.l. non dubiũ.C.de lega.nec ob.quod in dictis iuribus fuerit expressum solũ, de instantia appellationis: quia id fuit. ob frequẽtiã, cũ exprimatur in dispositionibus magis frequẽtata: vt est gl. clemen.j.de rescrip.quæ exprimit de religiosis prælatis: tanquam magis frequentatũ. facit gl.in.l.tale pactum.§. fina.ff.de pac.& in capitu.j.de cõfess. lib.vj.& ibi Io.bonif.quæ frequentia non tollit, quin nõ sit idem in casu, in quo est eadem ratio.possumus etiã respondere, vt dicam infrà, quod in illa decisione tex.in authen.de appel.ita euenerat casus ꝙ compromiserãt interposita appellatione, ꝙ non tollit, vt idem non possit iudicari, & debeat in causa principali, & text.in clementi. quãdiu.de appel.volẽs supplere dispositionem inductã per ius ciuile, vt dicit ibi glo.retinuit, & sequutus est casum dispositionis iam inductæ.

¶ Nec est vera secundũ ipsum ratio, de qua infrà, ꝙ hoc casu nõ pereat, sed instantia tantum, ꝙ secus est, in causa appellationis, in qua perit tota causa: quia dicit ipse tex.in authẽ.si tamen: & in corpore considerat id tantum, ꝙ partes compromittendo videntur cõtinuo, litigare: quæ ratio cõprehendit vtrunq; casum, & primæ instantiæ & appellationis: & etiã quia vbi non est negligentia, vbi non cadit præscriptio capit.vos quidem.de testa.c.quia diuersitatem.de conces.preb.ex quo cũ actus actiuorũ sunt in patiẽte bene disposito: vt per Arist.& præscriptio sit propter negligentiã ideo hoc casu nõ cadit, cum non sit negligens.

¶ Adducit etiam quòd not.Inn.in capitu.literas.de præsum.vbi dicit, ꝙ si alicui est delegata causa: & partes compromittunt in aliquem, quòd donec durat cõpromissum, non expirat iurisdictio delegata.

¶ Facit etiã, quia ista opin.est æquior: quia non læditur non negligens.nec læditur resp.ergo est sequenda.l.placuit.C.de iudæis.capi.finali de transactionibus.

¶ Hanc opin.tenuit Barto secundum ipsum in dicta authẽ.si tamẽ: q in secundo not.dicit, ꝙ tempus quo quis litigat, subducitur de medio, si est corã arbitro.& sic videtur, ꝙ per pactũ contrahentium possit prorogari tempus appellationis, quod est contra.l. properandum.C.de iud.ex quo subdit Barto.quod illud est verum nuda conuentione: sed per compromissum bene prorogatur.& sic Barto.allegando text.in.l.properandum.qui loquitur de prima instantia, decidit casum primæ instantiæ, nõ autem appellationis, cùm dicta doctorum intelligãtur, secundum iura quæ allegant.vt not. Barto.in.l.non solum.§.deliberationis.ff.de lib.lega.& ita dictũ hoc Barto.decidere instãtiam primam voluit Imo.in capitu.de causis de offic.delega.cum tamen secundum Imo.idem Barto.in dicta.l.properandũ.tenuerit contrarium: attamẽ Barb.(vbi suprà) dicit quòd Barto.ibi refert opinionẽ multorum: & se non firmat.ex quo est dicendũ, quòd non sit sibi ipsi contrarius.idem in particulari, quòd instantia prima suspendatur, tenuit secundũ ipsum Bald.in dicta.l.properandum. in prin.colom.ij.C.de iud.ea ratione, qa cõtinuò litiganti nõ debet currere tempus

tempus.per.d.l.contra maiores.C.de inofficio.testamen. sed de intellectu huius dicti,dicā infrà,in alio mēbro causæ appellationis.in.§.intellecta.

¶Adducitur etiam,quod voluit Bal. in.l.quandiu.la.iij.ff.de,acquiré.hæredita.& in.l.contra maiorem.C. de de inofficio.testamé.& in.l.qui testamento.ff.de excusa.tut.determinans, ꝙ si datus est terminus parti ad producendos testes, & producit illo interim articulos,& dubitatur,an sint admittendi:& propter eam dubitationem labitur terminus:ꝙ nihilominus non currerit:quia nō fuit negligens. Et sic ex his concludit instantiam suspendi:idem Barba.per easdem rationes,tenet hanc opinio.in.c. de causis.colum.xij.nume.xcvij. de offi.delega.

Contrarium, Quod imo non suspendat in prima instātia,tenēt omnes ferè:& Specu.in titu.de dele.in.§.restat.versic. nunquid.dicit,ꝙ tempus,quo partes steterunt coram arbitris,non deducitur de instantia: quia hoc nō reperitur iure cautum,quamuis dicat ipse, aliqui contraxerint.& ibi Ioan.and. in addit.incipié.Contradicunt,tenet prædictā opinionem dicens, pro hoc facere glo.in.l.properandū.post princip.C.de iud.quæ vult, de consensu partium instantiā prorogari non posse: & dat differentiam inter instantiam appellationis(de qua dicam infra)& istantiam causæ principalis(vt dixi supra) quod maius periculum sit in causa appellationis, cùm causa ipsa pereat,quàm quòd sit in causa principali,in qua perit sola instantia causæ: non causa, cùm in causa appellationis rata remaneat sententia post lapsum instātiæ.c.cū sit Romana.de appel.& clementi.si appellationem.eo.titu. Idem etiam voluit Bald.(sibijpsi contrarius)in additio. ad Specu.in eodem loco,dicens quod tempus compromissi non detrahitur de instātia,nisi in causa appellationis, & idem Bal.in.l.si quis rem.ff.de arbi.sequitur hanc opinio. Hoc idé determināt Ange.Saly.& reliqui omnes scribentes in.d.l.properādū.in prin. & Anto.de but. Abba.& omnes alij docto.in.c.penulti.de iud.& Albe.in authen.si tamen.C.de tempo.appel. & Imo.in capitu.de causis de officio delega.Præposi.& Philip.frā.in.c.ex ratione.de appellatio.in.ij.q.& Lanfran.in tracta.de arb.in.xlix.q.vij.q. princi.& Bertachi.qui dicit,hāc esse cōmunē in tracta.de episco.in prima parte primi libri,colum.fina.& Natan.in clemé.sæpe.in prin.col.xx.de verborum significatione.

¶Et adducta per Bald.respōdet Saly. in.d.l.properādū.dicens,ꝙ illæ leges loquūtur,quādo ius & actio perit.secus auté in casu nostro,in quo instantia solū dicitur perire.alio modo respondet Abb.in.d.c.penul.dicens, ꝙ compromissum est voluntarium.l.si dictum.§.si cōpromisero.ff.de euict. ideo non debet lædi ius publicū per factum volūtarium partium:ex quo non dicuntur cessare causæ appositæ in dicta.l.properandū.prima ne lites fiant immortales: secunda quia pendentiæ litis,sæpe materiam criminibus creare noscuntur,aliam responsionem vidétur dare Are.& Fely.in d.c.penul.de iud.colū.fi.& etiam respondét ad dicta Bald.dicentes,ꝙ illa

iura habent locū, quando de duobus remedijs incōpatibilibus, alterū omnino est eligēdū. sed quando pars recurrit voluntariè, sibi debet imputatari. ex quo illa iura non habent locū. ¶ Sed aduerte circa istas duas solutiones, Abb. & Areti. quia ex illis posset inferri, ꝙ in casu nostri compromissi, quod ex forma statuti: necessario fit (vt iam prædiximus) vt instantia suspendatur, cùm ipsi velint instantiā suspendi, quādo aliquid fit ex necessitate. secus autem, si voluntariè id agatur. Et forsan posset attentis prædictis id attentari ꝙ per compromissum necessarium, (prout est ex statuto) suspendatur instantia, stantibus pluribus alijs effectibus compromissi necessarij. de pluribus dicam infrà in sequentibus.

¶ Non tamē recedo à cōmuni opi. vt in causa principali & ne prima instātia non suspendat cōpromissum. secus in appellatione. & rationem puto esse, eò, quoniā instātia appellationis est mutabilis. nā modo est annus, modo bienniū, modo trienniū, & plus: & aduersus lapsum tēporis partes restituuntur. vt est glo. & text. auc. ei qui C. de temp. app. & ibi Bar. & alij, & in c. ex ratione, & ibi docto. de app. & sic cùm talis instantia sit variabilis, & ex causa prorogetur, & detur restitutio. ideo nimirum, si existente, causa, ꝙ partes compromiserunt, & fuerunt in causa iusta, non prosequendo appellationem: inductū fuit per iura, ꝙ per existentiā cōpromissi, instātia suspēderetur. cū etiā stāte qualibet alia causa legitima, data fuisset restitutio: per quā, prosequutioni appellationis datus fuisset locus, per iura superius adducta. secus autem est in instantia principali, quę statuta est triēnalis, & non mutabilis, nec alterabilis. vt in. d. l. properandum, C. de iud. vbi Imperator præcisè posuit tempus, causas agitandi: & dinumerauit quā plures causas: & prohibuit iudicibus, ne excederent eam metā triennij: & sic voluit illud esse firmum tempus causarum, quod aliquo modo alterari non potest, nec debet. ex quo, si factum sit cōpromissum. nō suspenditur terminus triennij propter hoc, ꝙ illa assignatio triēnalis est immutabilis. vt not. gl. in l. ij. §. sed si iudex. ff. de iud. & Fely. multa accumulans in. d. c. pe. colū. iij. de iud. Et à prædictis dependet ratio, quæ datur per scribentes: ꝙ in instātia appellationis tractatur de maximo preiudicio. ideo nimirum si fiunt prędictæ concessiones. quod secus in instantia prima: in qua non est illud preiudicium. ideo non alteratur in aliquo. Et ex prædictis clara patet responsio ad rationem datā per Barba. in dicto consil. lxvij. nam & si semper litiget, qui compromittit: & habeat causam legitimā suspendendi instantiam: attamen nulla causa est sufficiens ad alterādum tempus primæ instantiæ. & sic nec ista quemadmodū in instantia appellationis quæ ob causam alteratur: & sic causa quæ est generalis non refertur ad aliud, habens diuersam rationem. l. Gaius. ff. solu. matr. not. Alex. in. l. Gallus. §. quidam rectè. ff. de libe. & posthu. & est text. iuncta gloss. in. l. ij. ff. de offi. proconsul. & sic illa ratio, ꝙ semper litiget. non refertur ad primam, cùm diuersa ratio vigeat in ista, quā ꝙ sit in illa appellationis, vt dixi.

¶ Sed

¶Sed iã prædicta puto procedere in instantia triennali:& sic iuris cõmunis. secus auté existimo in instãtia statutaria, quæ breuior est legali. prout est hic Paduę. nam per cõpromissum suspenditur vsq: ad trienniũ. & hoc cõstat, eò, quoniam ista instantia statutaria, quæ est breuior legali, potest per partes prorogari, vsq: ad tempus antedictæ triennalis, cùm res de facili reuertatur ad suam naturam. not. Saly. in dicta. l. properandum. in princi. quãuis Imo. tenuerit contrarium. tamen dictum Saly. sequitur Ias. ibi; & comprobat ex pluribus: & sequitur Fely. in d. c. pen. colum. iij. de iud. & alij, per eos enumerati. Cũ itaq: hæc instantiã si alterabilis, quemadmodũ illa appellationis, & ratio sit æqualis quòd semper litiget. ideo potest per comprom: ssum suspendi.

¶ Præterea, isti compromittentes ex forma statuti, dicuntur ex necessitate compromittere, nõn autem voluntariè. vnde actus, qui ex necessitate fit dicitur excusationem inducere, cum ille non dicatur velle, qui obsequitur legi. l. velle autem. & ibi not. ff. de regulis iuris. & quam plura conceduntur in casu necessitatis: & maximè in compromisso necessario. nã per illud agitur de euictione, vt est glo. in. l. si dictum. §. si cõpromisero. ff. de euict. & dicam infra in decima quæstione princip. in tertio effectu. & minor in compromisso necessario astringatur, vt dixi supra in tertia quęstio. prin. in verbo res prohibita alienari: vbi ex mente doctorũ multa accumulaui. & prædictam opinioné senserunt antedicti Abb. & Areti. in. d. capi. pe. de iud. dum soluendo distinguunt inter actum voluntarium & necessarium. ideo tempus instantiæ statutariæ suspendi debet.

7 CIRCA † Secundum de instantia causæ appellationis, nullus est qui discrepet, quòd instantia non suspendatur: sed omnes doctores suprà nominati concludunt hanc instantiam suspendi per cõpromissum: & est casus. l. in authenti. si tamen. C. de tépo. appel. & in capitulo quandiu de appel. in clemen. & de hoc non est difficultas: & ratio differentiæ est suprà nominata: quia in instantia causæ appellationis est maior difficultas & preiudicium, cum illa perépta tota causa pereat, quod secus est in causa principali, in qua nullum fit præiudiciũ actioni per peremptionem instantiæ. Alia ratio adducitur per Imolã post Gulielmũ in dicta clementina quandiu, quod illud tempus asignatum ad prosequendam appellationem, est in fauorem partium. cui ipsemet partes renunciare possunt. aliam rationem posui suprà in præcedentibus, quæ est, quod ista instantia alterabilis vt iam dixi.

8 ¶ † Primo intellige pdicta, nisi esset statutũ in ciuitate, per quod daretur terminus instantiæ appellationis: & dictaret ꝙ eodem modo procedatur in causa appellationis, quo & procedi tur in causa principali. nam tunc instantia appellationis nõ suspenditur. vt sentit Anc. in cõsi. cclxxxiij. Io. an. & Rom. in. l. ij. col. xxx. nu. xlvij. ff. de re iudi. & Franc. in. c. ex ratione. col. v. in versic. quinto queritur. de appel.

9 ¶ † Secundò, intellige. vt non suspédat si fieret compromissum de illis causis, de quibus compromitti non potest,

potest, vt not. Imo. in d. clemen. quandiu. in .iij. q. quæ autem sint causæ nõ compromissibiles dixi suprà in .ij. quæstione princi. per totum.

10 ¶ † Tertiò, intellige, vt non procedat si factum sit compromissum per procuratorem, generalem: sed requiritur necessariò q procurator cõpromittẽs habeat mandatum speciale ad hoc, vt dicatur per tale compromissum causam esse suspensam. ita sentit Cald. in consi. iij. in fi. an. si iudex. in tit. de app. & Felyn. clare in d. c. ex ratione. versicul. iij.

11 ¶ † Quartò, intellige vt nõ suspendat terminũ decẽdij, ad appellãdũ, vt per Pau. in d. c. quãdiu. de app. ea ratione: qui tẽpus decẽdij datur parti grauatæ ad supendendum effectum grauaminis. sed tempus prosecutionis datur vtrique parti. ideo consensus communis facit illud dormire. Item, quia illi decem dies dantur ad transferendum causam ad superiorem & non ad litigãdum. vnde vadens ad arbitros nec appellat, nec aliquid facit loco eius, per quod sortiatur eius effectum. sed tempus ad prosequendum datur ad litigãdum. quod faciũt euntes ad arbitros. l. cõtra maiores. C. de inoff. testa. istud dictum sequuntur Ancha. Imo. Card. in d. clement. quandiu. & But. in c. licet causam. col. v. versi. quæro an cur su. de prob. & præpos. in c. ex ratione colum. vij. versic. quid de tempore & Franc. ibidem colum. v. ver. iij. quæritur: & ibi Fely. col. j. versi. iij. de appel. Facit pro hoc dictum Bald. in auct. ei qui in fin. C. de temp. app. qui dicit, tempus appellandi non posse prorogari de consensu partium: quia non possunt facere partes, quòd deuoluatur iurisdictio ad non habentem, l. priuatorum. C. de iur. omnium. iud. Item non possunt facere partes ne sententia transeat in rem iud. vt not. in l. si diuersa. C. de transf. quod dictum secutus est Pau. de castro in l. ij. in fin. ff. de re iud. dicens, istud euenisse de facto in ciuitate Lucana. vbi fuit seruatum contrarium. præmissam conclusionem sequutur d. de Rot. decisi. ccclx. in nouel. incip. Fuit dubitatum vtrum cursus.

12 ¶ † Quintò, intellige, vt pro tanto tẽpore quo durauit compromissum, tantum subducatur de medio instantiæ, vt si durauit per decem dies, tantundem detur instantiæ: & finito compromisso, coniungatur tempus præcedens, cùm sequenti. clement. quandiu de app. & d. auct. si tamen. C. de tẽp. appel. no. Bal. in d. auten. ei qui versi. pone in primo anno. C. eod. & sequitur Franc. in d. c. ex ratione colũ. iiij. versi. circa tertium principale. & Ber. in d. trac. de epis. lib. primo, in prima parte, col. pe.

13 ¶ † Sextò, intelligitur, vt non tantùm suspendat terminum iuris datum ad appellationem prosequendã: sed etiam suspendat trminum hominis ad id assignatum. vt est text. in dicta clement. quandiu, ibi eandem ab homine, vel à iure not. Franc. in d. c. ex ratione. d. versicu. circa tertium, & Bert. vbi suprà.

14 ¶ † Septimo, intellige, vt per compromissum suspendatur terminus assignatus per statutum loci ad appeltionem prosequendam. vt vult Ioan. and. in add. ad. Specul in titu. de appell. § . nunc breuiter versicu. istud autem in additione magna in fi. & eum

& eum sequitur But. Abba. Franci. & alij in dicto cap. ex ratione. secus autē esset, si partes ipsæ vellent simpliciter prorogare tempus statuti duplicādo, vel triplicando, vt per doct. in prædictis locis. & dicit Alexand. in consilio xxiiij. Inspecto processu in fine. quòd ista est magis communis opi. quòd nō posśint, & in hoc non insisto: quia nō est materia nostra.

15 ¶ † Octauò, intellige vt suspendat etiā terminum præstitutum ad apostolos petendos, vt vult Baldus, in .l. eos. §. apostolos, in fin. C. de appella. ea ratione: quia de consensu vtriusque partis, videtur suspensa iurisdictio. vt dicta authenti. si tamen. C. de tempo. appella. & .l. tale pactum. §. qui prouocauit. ff. de pactis. & subijcit ꝙ si arbitri non pronunciabunt, & expiret compromissum: dabitur residuum temporis: & dies erunt continuati, non continuatione naturali: sed legali. Idem voluit Franci. & Bertac. in locis vbi sup. versicu. Quintò, quæritur.

16 ¶ † Nonò, intellige. vt suspēdat etiā si in compromisso dictum, & expræssum sit de causa principali. i. quòd partes dixerint compromittimus de tali hæreditate, vel de simili re, de quo agebatur: non autem dixerint compromittimus de causa appellationis, vt vult Bald. in dicta .l. eos. §. apostolos, in fi. C. de appella. ratione prædic. quia suspensa est iurisdictio per cōsensum ambarum partium, quod sequitur Frāci. in. d. c. ex ratione. colum. v. versi. Quartò, quæritur, & hoc ea ratiōe: quia satis differtur tēpus in prosecutione appellationis, si partes compromiserunt causam principalem, licet aliàs in specie non sit facta mentio causæ appellationis: cùm in effectu causa principalis sit deuoluta in causam appellationis. c. cum appellationibus. de appellat. libro. vj. & in effectu, satis differtur tempus ad prosequendam appellationem, si compromissum fiat de cā principali. & istud est, quod vult text. in. d. clem. quādiu ibi, differetur tēpus. & voluit hoc Bertac. in. d. tracta. de episcopo, in. d. j. lib. prima parte col. fi. & Dec. in. d. c. ex ratione col. v. vers. & istud. & hoc modo pōt saluari dictū Bal. in .l. properādū in prin. C. de iud. de quo suprà mentionem feci, in hoc effectu in prima pte, dum vult quòd de causa principali si compromittatur, quod suspendatur instantia: vt intelligatur, quando sumus in instantia appellationis, compromissum fiat de causa principali, vt iam dixi, & hoc modo intelligēdo, nō facit pro opinione Barba. de qua in præcedēti. q. & illud quod ibi dicitur in causa principali, nō debet intelligi de prima instantia. sed de causa ipsa principali cōpromissa in instantia appellationis: & hoc modo intellectus Bald. non erit sibijpsi contrarius, nec impugnabit eam opin. ꝙ compromissum in prima instantia eam non suspēdat, de qua suprà & ratio data p Bald. in. d. l. properandum applaudi prædictis, dum dicit, suspendi instantiam: quia semper litigat. l. contra maiores. C. de inofficio. testamen.

¶ Intellige prædicta, vt procedāt, quādo in compromisso fuit apposita clausula, vt posśint terminare de iudicatis, & nō iudicatis, vt dixi super in hac quæstione, in quinta illatione.

17 ¶ † Decimò, intellige, vt per tale compro-

promiſſum nõ ſit renũciatum appellationi no.gl.in.d.cle.quãdiu.& in auſ. ſi tamen & ponit Alex.in cõſi.lxiij.In cauſa & lite.volu.iij.in fine.

17 ¶†Iuxta præmiſſa quæro,nũquid in cauſa appellatiõis ſi fiat cõpromiſſum ſuſpẽdatur inſtantia ante acceptationem,vel poſt.ſolum Raph.fulg.in cõſil. clxviij. lata ſententia diffinitiua. concludit inſtantiam nõ ſuſpendi,niſi fuerit acceptatum,motus per text.in authẽ.de appel.col.viij.circa princ.ibi autẽ arbitros elegiſſe cõmunes ex cõſcripto : & apud illos concurriſſe, & quædam exercuiſſe &c.& in eodem text.verſic.ſi.quia his quæ geſta ſunt de electione iudicum,credidit:& ideo non eſt exequutus,neq; compleuit litẽ illic,eo quòd apud iudices illos ſit exercitatum negotium:& ſic vtrobiq; in eo tex.dicitur litẽ debere exerceri, corã ipſis arbitris,& ex eo acceptationem requiri,cũ etiam non dicatur cõpromiſiſſe ante acceptationem,ſed cõpromittere voluiſſe p gl.in.l.ſi cũ dies. in princi.& ibi Bald.ff.de arbi.de quo ſuprà in.j.q.prin.in verbo acceptet.

¶Item,quia negligentia in non proſequendo iudicium coram arbitris,ſibi præiudicat:cùm ideo ſuſpendatur inſtantia in cauſa appellatiõis:quia pars cauſam exercuerit coram electis.arg. l.contra maiores.C.de inoffi.teſt.

¶Item,facit id quod no.in.l.diuus.C. de in integ.reſti.vbi intra tempus datum ad petendam reſtitutionem, debet ſaltem dari exordium cauſæ.

¶Non ob.ſecundũ ipſum text.in cle. quãdiu.de appel.quia procedit de iure canonico,vt ibi ſentit Ioã.and.qui dicit,ꝙ per illã clemen.adduntur tria auc.ſi tamen.ſumpta ex corpore in.d. titu.de app.C.de tẽpo.appel.& iſtud eſt vnũ ex illis tribus,ꝙ ſolo conſenſu, ſuſpenditur inſtantia appellationis:& ſic cõpromiſſo . vnde dicit ipſe in foro ſeculari.d.auſ.ſi tamen ſeruabitur,& iudicabitur ſecundũ leges,& nõ ſecũdũ canones diſcrepãtes à legibus,per nota.per doc.in.l.omni.C.de ſac.ſan.eccl.& in.c.j.de no.ope.nun.& hæc diuerſitas eſt etiã in inſtãtia cauſæ principalis,cũ p leges,p triennium conſumitur inſtãtia,ſed ſecũdũ canones nũquã perimitur.l. properandũ. in prin.C.de iud.c.venerabilis.& ibi doct.de iudi.Hãc eandẽ opinionẽ ſequutus eſt Lanfran.in trac.de arbi.in xlix.q.vltimæ partis.referenſ prædictũ conſilium Rapha.ful.quos ſequitur Bert.in trac.de epiſcopo.in.j.lib. in.j.parte col.pen.& docto.in.c.ex ratione colũna.v.verſicu.& prædicta.de appella.

18 ¶Contrariam opinionem ꝙ imo †ſuſpendatur inſtãtia appellatiõis,p ſimplex cõpromiſſum, ſine acceptatione tenuit Soci.in cõſil.xxxix.Capio primũ.col.vij.ver.circa quartum col.iiij. motus,qa duo ſunt cõtractus in modo cõpromittendi.vnus qui fit inter partes,quando compromittunt,p no. per Bar.in.l.iij.§.ſed ſi filius.ff.de pecu.& iſte eſt conuentionalis. Alter eſt qui fit inter cõpromittentes,& arbitrum.cũ recipere arbitriũ ſit quidam contractus.l.iij.§.tametſi.ff.de arb.& hoc,ſecũdo caſu,procedit illud qđ ſuprà dictum eſt,non eſſe compromiſſum ante acceptationem .cùm verum ſit quoad arbitrum & partes:ſed quoad ipſos conpromittentes,compromiſerunt:non autem compromittere voluerunt.& hoc patet ex illatione, quã

facit Bald.in.d.l.si cum dies,dum dicit,quòd ante acceptationem non currit tempus arbitro , intelligendo de illo secundo contractu , & quod ante acceptationem inter partes , dicatur compromissum,probant multæ leges in tit.de arbi.maximè text.in.l.iij. in fi.& in.l.Pædius.& in.l.litigatores.§. interdum &.§.fi.& in.l.si de meis per totum.ff.de arbi.cùm itaque text.in authé.si tamen.& in cle.quãdiu generaliter dicant.ꝙ per cõpromissum suspenditur instãtia,generaliter debent intelligi.l.de pretio.ff.de publi.& sic de vtroq; tã gesto per partes,quã per arbitrũ.Adducit etiã text.in.d.clemé. quãdiu.ponderando eũ multipliciter Primò,quia simpliciter quod per cõpromissum suspendatur instantia.Secundò,quia æquiparat cõpromissum, & expressum consensum partiũ:& per consensum suspenditur immediatè.ergo & per cõpromissum.Tertiò,quia ꝑ cõpromissum suspenditur instantia, quãdiu impeditur appellationis prosecutio.sed immediatè facto cõpromisso,ante acceptationé arbitri, quis impeditur ire ad iudicem:quia adeundo,incidit in pœnã.l.si quis rem.ff.de arbi.ergo ante acceptationem suspenditur instantia.

¶Ponderat etiam text.pro hoc in authé.de appel.in diuersis locis,& text. in.d.authé.Si tamen iunctis glo.ibi,& primo,in ti.de appel.dũ dicitur quòd electis arbitris,pars ex cursu temporis non debet lædi,& ibi,glos.dicit,nõ læditur ex cursu temporis,qui negligens non fuit.& etiã text.ibi in fi.dicit, quod non potest culpa partibus imputari post electionem : & in eodé loco in fi.dicit,quod nõ est culpa imputanda ei,qui gestis de electione arbitrorum credidit,super verbo credidit.glo.dicit,id est,confidit,quod debet arbiter sumere causam : & sic ex quo pars credidit arbitros causam sumere , non est in culpa,& tempus nõ debet currere.Ex prædictis itaq;,constat secundum ipsum in eo.tit.de appella.& in dicta authenti.si tamen põderari electionem tantum,& non acceptationem , de qua mentionem fecisset, si illam interuenire voluisset l. vnica.§.si auté.C.de caduc.tollé.Cõcludit itaque ex præmmisis, additis etiam nonnullis alijs rationibus quæ respiciunt casum illum,de quo agebatur particulariter : quod ante acceptationem suspenditur instantia appellationis.

¶In hac.q.id mihi magis iuridicum videtur , quòd nisi facta sit acceptatio,non suspendatur instantia appellationis.& hoc per textum in dicta authenti. de appella.colũna octaua.vbi imperator consultus determinat casum eo,tunc contingenté : in quo pendente appellatione,apud præfectum prętorio : partes ipsæ arbitros elegerunt : & apud ipsos concurrerunt.& causam ipsam exercuerunt.eo casu dicit Impe.etiam si decies millies plusquam biennium excesserit , non perimitur instantia appellationis , & sic constat ibi in eo casu , non solum arbitros fuisse electos , sed acceptasse, & causam fuisse agitatam coram eis. vnde Impe.ibi super tali facto sic exposito (vt supra dicit) sancimus igitur memoratum quidem negotium: ex quo nobis hæc nuntiata sunt,nihil lædi ex cursu temporis. Non solum enim fuerat nuntiatũ imperatori arbitros

bitros fuisse electos,sed etiam coram ipsis causam agitatam:& ex eo facto, ius fuit ortum.

¶Subiungit etiam imperator. Deinceps auté in omni negotio,in quo tale quid agitur &c. & sic vult in omni simili causa idé debere terminari propter quod si nos volumus ex illa determinatióe ibi facta,decidere alios casus consimiles:necesse est,ꝙ omnia concurrant quæ fuerũt enumerata in ea expositióe casus Imperatori facta. Quod scilicet arbitri eligãtur,& fiat cõcursus corã ipsis,& causa sit exercitata.aliàs autem,nisi omne illæ qualitates concurrant, similis determinatio fieri non potest.vt est text.in.l.nõ solum.§.qui primipil'um.ff.de excus.tut.& in.c.per venerabilem.§.verũ qui fil.sint legiti.& no.per Abb.& alios in.c.trãslato de cõsti.& per Bal. & alios in.l.qui liberis.in princi.ff.de vul.& pup.& hoc demonstrat Imp.in eo tex.in verbis subsequentibus,apud electos aũt venisse,& ibi,eo ꝙ apud iudices illos sit exercitatum negotiũ:& necesse est dicere,ꝙ cùm Imp.causam illã deciderit super facto enarrato:ꝙ omnibus alijs casibus decidendis per eã determinationé,concurrant omnia illa,quæ mouerunt Impe.ad ita determinandum per no.in.l.nõ possunt.ff. de lega.& in.d.c.translato.

¶Nec obstãt ponderationes factæ in diuersis verbis dicti text.per Soci.dũ vult fieri tamen mentionem electionis,non autem acceptationis:quia dico,quòd considerandus est casus propositus imperatori,non autem singula verba de per se..

¶Nec ob.d.cle.quãdiu:quia responsum est suprà per Fulg.in.d.consi.

¶Nec ob.consideratio Soci.quòd duplex sit contractus, vnus inter partes cõpromittentes, Alter in iudicem & partes quando acceptat:quia dico, ꝙ compromissum & arbitrium, ad hoc vt dicatur perfectum & validum,requirit tres personas:actorem.s.reum, & iudicem,vt ponitur in diffinitione arbitri per Gos.Azo.Hostien.& alios in rubri.de arbi.& in rub.de iudi.vbi volunt, iudicium esse actum triũ personarũ,iudicis,actoris,& rei,qui redditur in inuitum,& hæc vltima verba ad differentiam arbitrij,quod nõ redditur in inuitum,sed in volentem:attamen tres personæ,vt in iudicio requiruntur.sed quando est cõuentum inter partes tantum, non est perfectè arbitrium & compromissum, cũ superfit illud ad agendum.per textũ. in.l.pen.C.de his quib.vt indi.& in.l. j.ff.de ori.iu.facta itaque acceptatione:tunc est cõpromissum,& vires suas extendit & operatur, & lex loquens similiter de aliquo actu, intelligitur de valido,& perfecto.per text.in.l.rei §.opere.ff.de verbo.sig.& ibi glos.& Barto.& in.l.si is qui.xl.§.j.ff.ad.l. fal.& .l.fin.ff.de aur.& arg.leg.& in proposito ponit Alexã.in consi.lxxij. Videtur prima colũ.iij.versi.præterea volumi iij.ex quo validum est compromissum ad suspendendum,quando est facta acceptatio:& sic tres sunt personæ.quemadmodum etiam facit currere tempus post acceptationem, vt dixi suprà in.j.q.princi in ver.acceptet.

¶Nec resistit ponderatio text.in dicta cle.quandiu vltra responsionem suprà datam,quòd procedat de iure canonico.dũvult,per simplex pactũ su-

 spendi

ſpendi inſtantiam:quia, dico illud eſſe eò,quoniam illud pactum erat perfectũ,nec requirebat illud poſt ſe:quod ſecus eſt in compromiſſo, cùm requirat acceptationem ad hoc, vt dicatur validum & perfectum vt ſuprà.

¶Nec obſt.ll. quæ appellant compromiſſum id ſolum quod eſt factum per partes:quia dico,quod etiam.ll. pacta inualida, appellant pacta de facto, & tranſactiones, & alij contractus & legata, vt eſt videre in titu. de pactis.de tranſac.de emptio.& vendi.de lega.& ſimilibus.& eſt text.in.l.ij.§.j.ff.quẽadmodum teſta. aper. in .l. Paulus & ibi glo.ff.de verbo.ſigni.

19 ¶† Infertur ex prædictis, quod Iaſo. malè conſuluerit in conſil.xxxv. circa primum dubium,volumi.primo,dum concludit,quòd poſt petitum compromiſſum,& pronuntiatum compromittendum, non currat inſtantia per auctoritates, & rationes quas adducit: quia ſi vera eſt præcedens concluſio, quòd non ſuſpendatur,niſi facta acceptatione,fruſtrà quæritur, an per ſolam petitionem,ſeu pronunciã,quòd compromittatur,poſſit ſuſpẽdi. & ita in hoc caſu determinat Deci. in .d.c. ex ratione.colũ.quinta verſi. ſecundò limitatur, de appellatio. & Alexan.in conſil.lxxij.videtur prima conſideratione.volu.iij.vbi adducens omnes auctoritates,& rationes,quæ tranſcriptæ ſunt.per.d. Iaſo. in dicto conſil xxxv. illis reſpondet, & concludit, non ſuſpendi inſtantiam per talem pronuntiationem de compromittendo. vt ibi latè per eos.nec inſiſto:quia(vt iam dixi.)q.hæc ceſſat per præcedentem determinationem,quòd ante acceptationem non ſuſpendatur inſtantia.

20 TERTIVS † Effectus compromiſsi huius ſtatutarij eſt, vt per illud ſuſpendatur teminus probatorius aſſignatus pati:nam ſi infra tempus aſſignatum, partes compromittant, & cauſa non expediatur,per arbitros ſubducitur illud tempus:& iudex poterit accipere probationes refecto tantundem temporis, quod lapſum eſt infra tempus compromiſsi, ita vt dicimus inſtantiam appellationis ſuſpendi per dicta clemen. quãdiu de appellatio.& auc.ſi tamẽ.C.de temp.app. ſic & hũc terminum probatoriam ſuſpẽdi, cùm in eo actu vtriuſque conſenſus concurrat.Item quia legitimè impedito,tempora iuris vel hominis, non currunt c.j.&.c.illud de præſc.&.c.quia diuerſitatem.de conceſ.pręb.&.c.ſi electio. de electio.in.vj.&.c. ſicut in fin. de appel. in clemen. & per prædicta determinatum fuit per dominos de Rota. terminum ſuſpendi in deciſio.cclx. fuit dubitatum in nouiſ.quam refert & ſequitur But.in.c.licet cauſam. col. v.verſicu.quæro an curſu.de proba.& Franc.in.c. ex ratione. colũ.vj. verſic. ſexto quæro.de appellat.& Bertac. in tracta.de epiſcopo,lib.j. in prima parte,colũ.fina.

21 QVARTVS † Effectus compromiſsi eſt,quod ſecundum, tollit primũ.nam ſi facto primo compromiſſo aliud ex poſt fiat.tollitur illud primũ. vt eſt tex.in.l. ſed & ſi.§.fi. &.l.ſeq.ff. de arbit.not.Specu.in titu. de arbi. in §.finitur in fi. But.Abb.& alij in.c.innotuit.de arbit. & de hoc dicam infrà in proxima ſequen.q.princi. in verbo compromiſſo.

22 QVINTVS † Effectus eſt vt ex compromiſſo,citatione, & litis conteſtatione

ſtatione in eo facta, actiones perpetuẽtur, & præſcriptio interrumpatur. ita Bart. Bald. Abb. & alij ſcrib. in. l. cùm antea. §. fina. verſicu. licet. C. de arb. & Specu. in titu. de arbi. §. differt. verſic. porro. & Lanfran. in tracta. de arbi. q. xxxij. vij. q. princip. & Bapt. de ſancto Blaſio in trac. de arbit. q. xlj. intellige prædicta. quod per citationem interrumpatur præſcriptio. xxx. vel. xl. annorum, quæ eſt odioſa, quãdo eſt cum mala fide. vt voluit Abb. & Felyn. poſt ipſum in. c. illud de pręſcri. & latè Bal. in trac. de præſcri. in. vj. parte. vlti. par. in verſic. quæro igitur in. ij. colũ. ſecus ſi eſt cum bona fide. vt ibi per eos: & aliud eſt, ſi ex mixta, & non ſimpliciter odioſa: nam tunc requiritur litis conteſtatio, vt puta. xxx. vel. xl. anno. cum bona fide, vel. x. aut. xx. anno. & iſtud eſt quod docto. in. d. l. cum antea in fin. dicunt quòd per citationem interrumpatur, vt per Bal. ibi, & Lanfr. in. q. xxxij. alij vt Bartol. & Abb. dicũt quòd per litis conteſtationem. ideo intelligenda ſunt in ſuis præſcriptionibus. vt ſuprà. intellige etiam prædicta vt non procedant quando litis cõteſtatio, ſeu citatio eſt facta coram arbitro cuius compromiſſum non valuit propter defectum arbitri, vel compromittentiũ, vel alia ratiõe. ita decidit Abb. in. c. illud. colũ. iiij. verſic. ſed quia. vbi accumulat alia multa, ad hoc vt inſpiciatur, an actus geſtus valeat ad interrumpendam præſcriptioné. & faciunt ea quæ dixi infrà. in. vij. quæſt. princi. in ver. j. quæro.

SEPTIMA QVAESTIO de annullatione, termino, & prorogatione compromiſsi.

Argumentum Septimæ Quæſtionis.

¶ Sæpe contingit compromiſſa electione, & acceptatione iam facta, morte, iudicio, penitentia, vel alia ſimili cauſa annullari, lapſu tẽporis à parte, vel à lege appoſito perire: & huic rei partes prouidendo prorogationem quandoque faciunt. de his itaque videbimus. Sed quia ex tribus cauſis principalibus compromiſſa pereunt. Ideo totam hanc materiam in tres partes diuidã. Primò, quando annullatur ex perſona partis. Secundò, ex perſona iudicis. Tertiò, ex ſeipſo: & in hac parte tractabimus de termino cõpromiſsi. poſtea de prorogatione.

EX PERSONA PARTIS.

Summarium.

1 *Morte alterius ex partibus, an finiatur compromiſſum, an verò tranſeat ad hæredes.*

2 *Clauſula pro ſe, & hæredibus ſi eſt appoſita in compromiſſo.*

3 *Si altera pars tantum promiſit pro hæredibus.*

4 *Lata ſentẽtia per arbitros an tranſeat ad hæredes.*

5 *Vniuerſitas, ſeu capitulum ſi facit cõpromiſſum, an mortuo aliquo de capitulo pereat compromiſſum.*

6 *Similiter ſi moritur alter ex compromittentibus, an annulletur compromiſſum.*

7 *Ingreſſus religionem per alterum ex compromittentibus, an finire faciat compromiſſum.*

8 *Plures ſi ſunt pro vna parte qui compromittant, ſi aliquis ipſorum pereat, an compromiſſum finiatur.*

9 *Prælatus si compromisserit sub nomine dignitatis, & moriatur, an cõpromissum extinguatur.*
10 *Iudicio, an finiatur compromissum, altera parte iudicem adeundo.*
11 *Compromisso secundo, an tollatur primum.*
12 *Forma seu qualitas, si est adiecta primo cõpromisso, an dicatur nouũ compromissum.*
13 *Pacto quando finiatur compromissum.*
14 *Metu quando compromissum annulletur.*
15 *Cessione bonorum, an extinguatur compromissum.*
16 *Furore, an finiatur compromissum.*



1 Morte partis alterius †certum est annullari compromissum, vt est text. in.c. fina.de arbit.nec iura compromisi transeunt in hæredem, vt in.l.diem proferre.§. primo, & in.l.si interpellatur.ff.de arbitr.& hoc adeo verum est, vt dicunt Bart.Bald.& Abb.in dicta.l.diem pro ferre.§.primo, post Innocen. in .c.ex parte de arbi. quòd instantia compromisi ad hæredem non transit, etiam: si erat in causa conclusum, & delibera tum per arbitrum, quid esset iudicatu rum.& not.Abb.in.d.c.fina.rationem autem, quare non transeat ad hæredes ponit Anto.de but.post glo.in.d.c.fin. quia arbitrium est stricti iuris, & non extendibile nisi exprimatur. quod secus in iudicio.c. dilectus, de arbitris, sic in pacto personali.l. iurisgentium. §.pactorum.ff.de pactis, ideo dicebat Hostien. in titu. de arbit. Arbitrium habere mediam viam inter iudicium, & societatem:quoniã in societate non succedit hæres etiam ex speciali pacto, quãuis in actione succedat, per quam tenetur rationem reddere, & reliqua præstare.l.nemo potest, &.l.cum duobus.§.idem.ff.pro soc. in iudicio verò semper succedit, etiam si nihil sit dictum.l. secunda.ff. de præto. stipul.l. oratione, in fine.ff. de fer.l. vna.C. ex delic.def.in arbitrio succedit, si est dictum, aliàs non. Assignantur & aliæ rationes per Abb.in dicto.c. fina. Prima, quia arbitri communiter eligun tur amici, vnde compromittentes recesserunt à iudice ordinario, propter confidentiam specialem, quam habeant in arbitros, in quos compromiserunt:quæ ratio non vendicat sibi locum in hærede. Nam hæres quandoq; non est, ita amicus, vel notus arbitro, sicut erat defunctus. vnde cum arbitri fuerint assumpti sub specie amicitiæ, & confidentiæ personalis : non debet compromissum transire in hæredem : quia ista confidentia est quid inhærens personę defuncti.meritò nõ debet transire ad hæredem per prædicta augmento opinio.in.l. non distinguemus.§.quæsitum.ff.de arbi.vbi di citur, quòd arbitri non possunt alijs vices suas delegare, nisi partes consen serint:quoniam partes habuerunt con fidentiam de eis : & non de alijs. & si diceremus contrarium, quòd quid pos set habere arbitrium quandoq; sibi su spectum:cuius suspitionem forte probare non posset.not. in dicto.§.quæsitum.item si à persona arbitri non receditur:quia compromissum omnino est personale, quoad arbitros, vt in .l. si quis arbitratu.ff. de verbo. obligatio. & in dicto.§.quæsitum, & in.c.vno de legatorum, de offic.delega. ita debet esse compromissum personale quoad ipsos compromittentes: & est bonum simile in exequutoribus testamentorum.

rum. nam illud officiū vni iniunctum, nō transit in suum hæredem: quia hoc officium solet iungi prætextu amicitiæ & confidétiæ magnæ: quæ non ita de facili cótingūt in personá hæredis. vt dixit gloss. in.c.fi. de test. lib. vj. Sed iudicium transit in hæredem: quia iudex ordinarius additur, ex necessitate & præsumitur, quòd incedat per semitā iustitiæ quoad omnes. vnde non additur prætextu amicitiæ. & meritò compromissum differt hoc casu à iudicio. vnde licet arbitria sint redacta ad instar iudiciorum. l. prima. ff. de arbit. istud est verum regulariter: sed fallit, vbi inter ea datur diuersitas. not. Roma. in. d. l. prima.

¶ Ex præmissis rationibus dici potest, quòd quamuis arbitri qui ex necessitate statuti eliguntur, dicantur iudices, & habeant iurisdictionem ordinariam à statuto. vt dixi suprà in sexta quæstio. principa. in principio. Attamen quia eliguntur ex voluntate partium: & secundum eorum amicitiam, quòd ista electio non transeat ad hæredes. Nam & si partes necessitentur compromittere, non tamen compelluntur magis vnum eligere, quàm alium. ex quo electio facta, quæ ex amicitia, vt plurimum prouenit: non debet transire in hæredem, qui forsam non est tam amicus: nec de eo habet tantam confidentiam.

¶ Prædictam cóclusionem, quòd mortuo altero ex compromittentibus non fiat transitus in hæredem: sed compromissum annulletur. ponit Speculator in titulo de arbit. §. finitur, versiculo item morte, & Bartolus in. l. qui liberis. §. hæc verba, colū. ij. ff. de vulga. & pupil. sequutus est Abb. Butr. Imo. in dicto. c. finali, de arbi. & reliqui ibi, Butr. in. c. quintauallis de iureiuran. in. xiij. diff. & ibi Abb. in. ix. differé. & Inn. in. xij. dif. Bar. & alij omnes post ipsum in. l. si quis arbitratu. ff. de ver. obli. loquétes principaliter de arbitratore. Lanfranc. in tractatu de arbit. in tertia quæstione quarta. quæstióe principali, Baptis. de sancto Blasio in tractatu de arbitr. & arbitra. quæstione quinquagesimasecunda.

¶ Intellige prædicta, vt procedant etiā quòd compromittentes per stipulationem promiserint facere compromissum in vnum, vel plures: vsque quo causa expediatur. nā si alter mortuus fuerit, hæredes non possunt compelli ad compromittendum. nam si expirauit compromissum iam factum. ergo & promissio de compromittendum: quia non debet esse maioris efficatiæ quoad transmittendum in hæredes species compromissi faciendi resultans ex dicta promissione: quàm sit ipsum compromissum iam factum. simile videmus in spe vsufructus constituendi. l. sempronius. ff. de vsufru. leg. & cùm sit actio personalis non debet egredi personam: & verba non extenduntur, vt operentur contra eorum naturam. l. si vno, in princip. ff. locati, & per alia plura. ita concludit Pau. de cas. in cósilio trigesimoprimo super primo quæstio dicendum videtur, quòd hæredes. volumine primo, in antiquis.

¶ Intellige secundò, prædicta procedere etiā, quod ante mortē alterius partis, esset cóclusum in causa. vt iam dixi ex mente Bar. Bal. & aliorū in. d. l.

diem.§.primo.ff.de arbi.& etiã si per arbitros præfixa fuisset dies ad audiē dum sentētiam:nec aliud restabat nisi eam sentētiam publicare.nam adhuc non transit ad hæredes.ita est textus in capitu.ex parte de arbi.& ibi Abb. qui dicit,quòd quamuis alia iura dicant morte partis compromissum expirare.vt est in.l.idem.§.primo,&.l. sed interpellatur.ff.de arbi. Attamen nullū ius reperitur.ita decidens,idem esse post cōclusum,& terminum assignatum nisi ille tex.

2 ¶ † Limita prædicta primò,non procedere si in compromisso dictū sit per partes,quòd compromittunt pro se,& hæredibus.Nam tunc nō finitur morte:sed transit ad hæredes.vt est,tex.in d.cap.fina.de arbi.& in.l.diē proferre.§.primo.ff.de arbi.not.Spec.in tit. de arbi.in.§.finitur,versi.item more, Abb.& alij.in dicto.c.fina.Bart.Bald. Abb.in.d.l.diem proferre.§.primo,& Bal.in consil.cij.omnis potestas,volu. iij.& Hypo.de Marsi.in singu.liiij.

3 ¶ † Intellige hoc procedere quando vtraq; pars compromittens promisit pro hæredibus.secus autē quando vna pars tantum de hærede fecit mentionem.Nam tunc non comprehenduntur hęredes.l.sed interpellatur.§.si ab altera.ff.de arbitr.& ibi Barto.Bal.& alij.no.Henri.boych.in dicto capit.fi. & ratio est:quia non debet cōpromissum claudicare secundū Bal.& Barb. in capitu.vno delegatorū,colum.iiij. nume.xxiiij.de offic.delega.& Areti.in capitu.presentata,de test.in primo nota.

4 ¶ † Limita secundò,vt non procedat promissa conclusio,quando post compromissum est lata sententia.nam & si moriatur cōpromittens,hæres eius succedit in emolumento,& damna:ꝙ ex sententia contingit.argu.l.idem,in princip.ff.de arbit.& not.Specu.in titu.de arbi.§.finitur.versi.sed nunqd, & Henri.boyeh.in.d.c.fina.de arbi.& ibi Abb.qui dicit.ꝙ per sententiā iam latam,cessant omnes ratiōes per quas hæres non compellitur compromittere.& idem Abb.in.c.ex parte,eo.titu. de arbitr.

5 ¶ † Limita tertiò,prædicta non procedere,quando per capitulū,vel vniuersitatem esset factū cōpromissum. nam tunc & si aliqui de capitulo,vel vniuersitate deffiçiāt,& alij subrogentur:attamen compromissum tenet,si mors aliquorum illud nō annullat.ita est tex.& ibi Bald.Ange.Pau.de cast. & Iaco.de sancto Georg.in.l,proponebatur.ff. de iudi.idem determinat Dyn.per illum text.in.l.si grege.ff.de leg.primo.allegat etiam text.in.§.si grex.insti.de leg.& in dicta.l.proponebatur,versicu.nam & si legionem,sequitur Dynum,Bald.in dicta.l.si grege, & Imo.Paulus de castro.& Alexandr.ibi.

¶ Intellige hoc vt procedat in compromisso facto pro vtilitate ecclesiæ, secus si requireret vtilitatem canonicorum, vel alicuius ex vniuersitate. Nam tunc mortuo aliquo ex ipsis (secūdum quòd dicam infrà) vel illo ad quē spectat, expirabit cōpromissum, ita intelligunt Bal.Paul.de cast.Imo. in dicta.l.si grege allegat not.in capitu.quærelam,ne pręl.vic.su.quos etiā refert ibi Alex.

¶ Intellige secundò,vt non procedat prædicta limitatio, quando de iure, & autoritate superioris esset destructa ecclesia,

ecclesia, & postea esset restituta.nam tunc expirabit compromissum.ita do. Bald. Ange.in dicta.l. proponebatur, & Alexand.in.l.si grege,allegant tex. in.l.interdicit,in fine.ff.de códitio.& demonstratione.

6 ¶ † Quid si alter ex compromittentibus est mortuus ciuiliter,vt puta bãnitus,an annulletur cõpromissum Bapti.de sancto Blasio,in dicto tracta.de arbi.& arbitra.quæstio.liij.concludit, quòd annulletur si modo bona morientis ciuiliter sint publicata,seu cõfiscata.itaq; fiscus habeatur loco hæredis per text.& gloss.in.l.inter eos.§.fina. ff.de fideius.& in.l.quoties.ff.de noua.& quòd habetur in.§.relegati,insti.quib.mo.ius pat.po.sol.Imol.in.d. c.fina.de arbi.facit pro hoc,ꝙ voluit Barto.in.d.l.si quis arbitratu,in fine. ff.de verbo.obligatio.vbi idem determinat in compromisso facto in arbitratorem,vt stante banno,& publicatione bonorũ annulletur compromissum.quod sequuntur Alexan.Roma. Iaso.Socin.in dicta.l.si quis arbitratu,asserentes hanc esse communé opinionem si hoc procedit in arbitratore. tantò magis dicendum est in arbitro, cuius compromissum facilius annullatur. vt per docto.in dicta.l. si quis arbitratu.

7 ¶ † Quid stantibus præmisis si alter ex compromittentibus ingrediatur monasterium dicas idem,quòd cõpromissum annullatur,argumen.tex. in.l.deo nobis.C.de episco.& cleri.& authen. ingres. & authen. si qua mulie.C.de sacr.sanc. ecc.ita tenet Bap. de sancto Blasio,in. d. tractatu. dictę quæstionis.liij.

8 ¶ † Quæro iuxta præmissa,quid si sunt plures pro vna parte qui cõpromittunt:& vnus ex illis moriatur,an eo casu compromissum difiniat? Albe. galeo.in tracta.de arbitr.versi.antepe nul.quem referr,& sequitur Ioan.an. in additio.ad Specu.in titu.de arbit. §.finitur.versi.item morte.distinguédo dicit,ꝙ si res erat diuidua,& quilibet litigabat pro parte sua:tunc durat compromissum.quia tot sunt compromissa quot sunt partes,& personę. C.communi diuidundo.l.ad officiũ. ff.de verbo.oblig.l.scire.&.ff.de iniur. l.si plures.secus si res erat indiuidua: quia tunc finitum fuit cõpromissum. vt est in seruitutibus.l.hæredes.§.antea. ff. familia ercisсun.&.l. loci corpus.§.pen.ff.si seruitus vendi.& hanc distinctionem sequutus est Angel.in consilio.ccxxiij.pũctus est,ex orta.dicens,quòd pro ista decisione defficiũt iura:& inhęrendũ est auctoritati maiorum.

¶ Sed pro supradicta decisione,est gl. in terminis.in.l.diem proferre.§.primo.ff.de arbi.quæ eo modo distinguit inter causam diuiduã, & indiuiduã, & in casu diuidui dat aliam distinctionem:quòd,aut fuit cõpromissum simpliciter per plures: & tunc procedat illud quod est dictum,morte vnius nõ annullari.aut est cõpromissum,& dictum,quòd arbitri habeãt iudicare simul de tota,aut de omnibus,& tunc idem dicitur,ac si esset indiuidua,vt annulletur argu.text.in.l.quid tamé. ff.de arbitr.& ad hanc glo.simpliciter se remittit Barto. & Bald.in dicta.l. diem proferre.§.j.quam veram puto. & de ista glo.facit mentionem Ange. in consilio.lxvj. Ioan.rober. colum.ij. versi.videndum,vbi determinat similem

lem quæstionem.dicens,quòd si compromissum sit inter plures:& tale cõpromissum nõ teneat quoad aliquem ex istis,quòd quoad alios debet esse validum eũ causa sit diuidua.nã nihil repugnat cum vno non tenere,& cum alio esse aliquod.l.fundus.ff.de contr. empt.&.l.si petita,&.l.non idcirco.ff. de iudic.&.l.etiam.§.ex causa.ff. de minor.

¶ Facit pro hoc,quod voluit Abb.per illum tex.in.c.cum tempore,in tertio nota.de arbi.dicens,ꝙ si factum sit cõpromissum super pluribus,quorũ aliqua non dependeant à potestate compromittentiũ,nõ inficitur per expressionem inutiliũ:sed remanet compromissum validũ super alijs quæ dependent à potestate cõpromittentium.& ratio potest esse:quia tot videntur esse cõpromissa,quot sunt res super qbus factũ est cõpromissum.d.l.scire.ff. de verbo.obliga.&.l.quid tantum,& ibi Bar.& Bald.ff.de arbi.ꝙ dictũ refert, & sequitur Iaso.in.l.j.§.sed & si mihi, col.v.versi.nono,adde.ff.de ver. obli.

9 ¶ † Quid si prælatus sub nomine dignitatis cõpromiserit,an tũc eo mortuo expiret.Areti.in.c.præsentata,in primo not.de testi.post Lau.Vinc.Butri.Abb.ibi,dicit transire ad successores per illum text.dummodo sit factũ de rebus ecclesiæ:nam tunc præsumitur factũ nomine ecclesiæ:& durat,ꝙ intellige quando est factũ inter duas ecclesias.secus si est clericus,vel alter, de re propria.nam tunc non transit, ne claudicet,vt dixi suprà.item si interuenerit auctoritas superioris capit. prouenit,de arbit.

IVDICIO.

10 Iudicio † videtur finiri compromissum quoties altera ex partibus,vel vtraque in iudicio causam suã agit,spreto arbitrio,vt sentẽtietur per iudicẽ ordinariũ,vt in.l.nõ distinguemus.ff.de arbi.§.cõpromisso,& in.l.litigatores.eo.tit.ꝙ etiã ponit Bart.in.l.qui fidem.ff.de transact. Est enim in vnius cõpromittentiũ potestate,cõpromissum soluere,per eius accessum ad iudicem: coram quo suo ordine intendit causam prosequi.dũ tamen pœnam in cõpromisso adiectã soluat,in quam ex hoc incidisse censetur.l.sed si in seruum,in fine,cũ.l.sequenti.ff.de arbit.& ita tenet Roma. in consilio.cccxxxviij.in casu proposito,consultationes,in princ.& Alexan. in cõsi.lxxij.videtur primò,colũ.pen. versic.non omitto,volu.iij.& Bap.de sancto Blasio,in tract.de arbit.quæst. lj.cõcludens etiã,ꝙ si vtraq; pars ierit ad iudicem:nõ compellitur postea arbiter iudicare,de quo dicam infrà in verbo excusatio.idem voluit Lanfrã. in tracta.de arbitr.quæstio.iiij.princ. in fine.

¶ Aduerte circa præmissa,quòd loquẽdo in terminis iuris communis,nõ est difficultas,quòd per alteram ex partibus,eundo ad iudicem: soluitur compromissum, soluta pœna: sed attenta forma statuti nostri per quod partes arctantur compromittere,& tenentur eius dispositionem sequi:non videtur ita passim concedendum esse.ꝙ facto compromisso,liceat alteri ex partibus recedere à cõpromisso:& ad iudicem ire.aliàs enim compromissum reddetur ellusoriũ,vt eo facto,pœna nulla apposita,liceret parti à cõpromisso recedere.quòd esse nõ debet.argumẽto.l.

to.l. prætor.ff.de iudi.&.l.fina.ff.ne qui.in lo.publ.& hoc modo statutum nobis in nullo suffragaret.

¶ Vnde, in hoc casu possemus dicere, q non ita simpliciter licitum sit parti compromittenti, recedere ab arbitrio, quemadmodũ non licet parti recedere simpliciter ab arbitramento.vt per Bald.in.l.eos.§.apostolos.C.de appella.& Barto.Ange.in.d.l.qui fidem.& Roma.in.l.ij colum.xxix.nu.xlvij.ff. de re iudi.& Bald.in.d.quæst.lj.& per alios suprà.& dixi, in.vj.quæstio.principa.in primo effectu.ita in casu statuti nostri dicendum puto, quamuis electi dicantur arbitri, vt dixi suprà.iiij. quæstio.primæ quæstio.princi.in verbo arbitrum,& arbitratoré, quòd aut vtraq; pars cócorditer vult post constructionem compromissi recedere ab arbitris:& ad ordinariũ ire.& tũc liceat de volũtate partiũ.cõtrarius em̃ discensus sufficit.l.ab emptione.ff.de pact.& quòd not.in.l.prędia.ff.de ser. rustic.pdio.& in.l.put quisq;.ff.de solu.aut altera tantũ ex partibus recedit:& vult ad iudicem ire.& tunc, aut aduersarius opponit pédentiã cõpromisi,& eius exceptionem:& tunc repellitur agens coram iudice.& sic nõ procedit iudicium:nec potest dici cõpromissum esse solutum.& ita non habent locum leges suprà allegatæ, quæ loquuntur in compromisso voluntario, hic auté sumus in necessario, propter quod ex eo solo, q per alteram ex partibus eatur ad iudicem, non soluitur compromissum. Aut aduersarius non opponit exceptionem pendentiæ compromisi.& tunc aut compromissum erat factum ante litem contestatam:& eo cásu soluitur compromissum per litis contestationé factã per partes. Aut factum fuit compromissum post litem contestetam:& tũc soluitur per sententiam iudicis. ita in proposito distinguit Paulus de castro.post Barto.in.l.qui fidem.ff.de transactio.reperio tamen Fulg.consilio centesimodecimosecundo.factum est, qui dicit, quòd si factum sit compromissum (etiam apposita stipulatione) quòd toties cómittatur, quoties fuerit contra factum, quòd si altera partium adierit iudicem:& litem fuerit contestata, quòd propter hoc non soluitur compromissum.sed possit dici illud prouenire ex vi clausulę appositæ in stipulatione.& pro prædictis, facit quod ponit Specu.in titu. de arbi.§.finitur, versic.fina.vbi vult, non expirare iurisdictionem iudicis ordinarij per compromissum, eo, quia partes non possunt renuntiare iudicio, cum conferatur in initium:& iurisdictio detur à lege,& à superiore.l. inter stipulantem.§.primo.ff.de verborum obligatione.l.prima.ff.de offic.eius, quod secus esse dicit, si partes recedunt à compromisso, quod est voluntarium.vnde cùm arbitri electi ex forma statuti sint iudices:& habeant iurisdictioné, statuto, vt dixi suprà, in septima quæstione princip. dicendum est non licere partibus recedere ab eo compromisso, ex suo arbitrio:nisi secundum distinctionem suprà positam:stante etiam eo.quod est quid necessarium compromittere ex statuto, vt in iudicio.

11 Compromisso † Annullatur cópromissum si post

si post primum, aliud fiat per partes istud est, ꝙ determinat tex. in l. sed si seruũ, in fin. cũ l. seq. ff. de arb. & ratio est quia cōpromissum est voluntariũ, intelligendo de electione quæ fit per partes, non autẽ de actu ꝙ fiat cōpromissum: nã illud est necessariũ, vt dixi supra, in verbo mortuus: & tunc quia voluntarium est, partes cõmuni consensu ab eo recedere possunt, & aliud construere, vt in c. j. de reg. iur. & in l. nihil tã naturale. ff. de reg. iur. nã ꝙ eorũ cõsensu cõstructũ est, eorũ cõsensu reuocari põt. ita tenet Spe. ti. de arb. §. finitur. in versic. fin. Pau. de Eleaz. & Car. Imo. in clem. quãdiu, de appella. Ioan. an. & But. Imo. in c. innotuit. de arbi.

¶ Prædicta aũt demõstrãtur vera per id quod voluit Bald. in l. falsus. C. de fur. colũ. ix. versi. scias tamen. vbi dicit, ꝙ si quis producit duo mandata in diuersis formis, vltimo statur argu. ff. de acqui. poss. l. si quis ante. & si sunt facta eadem die, & non apparet quod sit prius, valet illud quod dat maiorẽ baliã. l. Sempronius proculo. ff. de lega. secundo, ita etiã tenet Bal. & Imo. in l. si ita scriptũ. ff. de hæred. insti. de mandato autem procurato. ad mandatum iurisdictionis valet argu. l. etiam quia. ff. de iurisd. om. iudi. & ita pro hac sententia inducit Soci. in consi. lxxxvij, pensatis his. col. j. volu. iiij. & hanc conclusionem sensit Lap. elleg. xcix. & eam confirmat alleg. cviij. & sequitur Deci. in c. cæterum, colum. ij. nu. v. de rescriptis, & Lanfran. in titu. de arbi. quæstio. iiij. princip. in fine.

12 ¶ † Iuxta prædicta, quæro si post factum primum compromissum adiecta sit aliquo forma, vel qualitas, an ex ea adiectione dicatur nouũ cõpromissum? dicas esse nouum compromissum: quia adiectio formæ, vel qualitatis facit illud nouũ tex. & ibi Bar. Pau. de castr. Ange. & Iaso. & alij, in l. ius ciuile. ff. de iusti. & iure. vbi concludunt, ꝙ si aliquid adijcitur actui, quod respiciat substantialia, id tale facit actũ nouum, vt in capit. de causis de offic. delega. & in l. Labeo. ff. de arb. & ita determinat Soci. in consil. xvj. pro decisione, colũna tertia versi. secunda respondetur, volumi. j. subdens quod sicut regulariter arbiter non compellitur acceptare compromissum à princ. l. tertia. §. tametsi. ff. de arbit. ita nec istud compromissum tanquam nouum.

13 Pacto † Finitur compromissum, si quando pars vtraq; voluntariè recedit ab ipso cõpromisso, vel promittit pœnã nõ petere, vel trãsigit, vel accepto fert id de quo est cõpromissum. ita est tex. in l. non distinguemus. §. cõpromisso, & seq. ff. de arbit. Spe. in tit. de arbit. §. finitur. versicu. item soluitur.

14 Metu † Soluitur cõpromissum. vel potius non inducitur inter ipsas partes: nam si metu quis inducatur ad compromittendũ, tunc caret consensu, qui est de substantia actu, l. prima. ff. de pact. l. obligationum substantia. §. fi. ff. de act. & obliga. l. vbi repugnantia. ff. de regulis iuris & est speciale in arbitrio quemadmodum, & in iudicijs, ꝙ ob metum non inducatur. l. secunda. ff. de iud. l. si mulier. §. si duos. ff. quod met. cau. ita determinat Salyce. in l. si quis ex consensu. C. de episcop. audientia &

Ange.

Ange.in consil.cxvij.visa narratione, col.ij.versi.iij.qui dicit,ꝙ saltē debet rescindi, quia consensus affuit, licet coactus per.d.§.si dos.

15 Cessione bonorum † Extinguitur compromissum,cū neq; agere,nec cōueniri possit.l.itē si vnus.ff.de arbi. no.Spe.in tit.de arbi.in.§.finitos.ver. item vno.

16 Furore † Si vnus ex litigantibus furere ceperit extinguit cōpromissum.l.si cōpromissum ita.ff.de arbi.no.Spe.qui ita intelligit illum textum in dicto titu.de arbit. in.§.finitur versicu.item si sit furiosus,sentit Bar.in.l.cum furiosus.post glo.ff.de iud.

EX PERSONA IVdicis,seu arbitri.

❦ Summarium. ❦

1 ☞ *Morte alterius ex arbitris,an finiatur compromissum,*
2 *Sub nomine dignitatis,si factum est compromissum,an transeat in successorem.*
3 *Persona existens in dignitate,si non est nota parti alteri, an transmittat compromissum in successorem.*
4 *Clausula,quod transeat ad hæredes arbitri,quid operetur.*
5 *Penitentia arbitri, an finiatur compromissum.*
6 *Infamia iudicis,an compromissum extinguatur.*
7 *Infamatus,an reasumat arbitriū si fuerit restitutus.*
8 *Infamia si non fuit opposita,an compromissum valeat.*
9 *Excommunicatio,bannum in arbitro,an extinguat compromissum.*
10 *Magistratus,monachatio,sacerdotiū superuenientes,an annullent compromissum.*
11 *Volentes prædicti,an possint arbitrium finire sententiando.*
12 *Sacerdos si fuerit factus Episcopus,an cōpelli possit ad expediendum arbitrium.*
13 *Absentia longa,an faciat compromissum perire.*
14 *Inimicitia superueniens cū arbitro,an faciat finire compromissum.*
15 *Culpa alterius ex partibus si facta est inimicitia,an pereat.*
16 *Amicitia intrinseca,si per alterā partem est facta cum arbitro,an extinguat compromissum.*
17 *Affinitas , familiaritas superuenientes, an tollant compromissum.*
18 *Sententia,vt si pronunciat se non esse arbitrum,an extinguatur compromissum.*
19 *Sententia diffinitiua,an extinguat compromissum.*

1 Morte iudicis, seu arbitri. † Finitur compromissum.nā si ex tribus arbitris q necessariò eliguntur ex forma huius nostri statuti vt iam dixi in.j.qō.principa.in versi.in vnum.&c.vnus decedat finitur cōpromissum, nec duo superstites poterūt sentētiā ferre.tex.est in c.vno delegatorū,& ibi Host.Io.and. & reliqui omnes scrib.de offi.delega. no.Bar.in.l.duo ex tribus.& ibi Pau. de cast.Alex.Ias.& reliqui omnes.ff. de re iudi.& vbiq; doc.sequūtur hoc, & istud magis debet ꝓcedere in istis arbitris statutarijs q sunt arbitri iuris,& sunt ordinarij iudices,vt dixi in vj.q.princ.in princip.de quibus mentionē facit Barba.in.d.c.vno delegatorū.in secūdo no.& tex.in.c.præsentata

tata

tata de testib.in vno autem arbitro solo,nulla est difficultas.ꝙ eo mortuo expirat cõpromissum text.& ibi gl.in l.dié proferre..§.j.& in.l.si interpellatur,& ibi gloss.ff.de arbi.

2 ¶†Iuxta prædicta,quæro quid si sub nomine dignitatis factum est cõpromissum, vt puta, in potestatem Paduæ,vel Episcopum, vel Vicarium, & sic de alijs, an transeat in successorem Raph.fulg.in.l.qui liberis.§.hęc verba.ff.de vulgari & pupillari.tenet eam opinionem, quod transeat motus per text.in.l.quod principi.ff.de lega.secundo,vbi legatũ factum principi transit ad successorem in dignitate, & tamen legata fiunt respectu affectionis glo.& doct.in.l.cum filiabus.in princip.ff.de legatis primo,& in.l.nec adiecit.ff.pro soc.hanc sentẽtiam sequutus est Alexan.in.d.§.hæc verba,dicens istam esse veriorem de iure motus per.d.l.quod principi, & per eam rationem,quia si sit deputatus exequutor sub nomine dignitatis transit ad successorem, & istud sequi videtur secundum ipsum But.in.c.fina.de offic.delega.ad text.in dicto.§. hæc verba. respondet ipse Alexand. tripliciter,primò ꝙ ibi facta fuit mẽtio hæredis in eo text.sub conditione, ex quo conditio debet impleri in forma specifica,idest,in hærede scripto tantũ. secundo respondet,quod ibi loquitur in nomine appellatiuo imposito testatore, sed in quæstione nostra nomen dignitatis nõ fuit impositum à compromittentibus.tertiò ꝙ nomẽ appellatiuum,de quo in tex. non est primordialiter in persona secundi hæredis, sed repreſentatiuè. dignitas autẽ actualis inest primordialiter, non autem per repreſentationem.Io.de Imo.in.d.c.fi.de offic. deleg.col.vij.dicit hanc opi.forte de iure veriorem cùm imputandum sit partibus cur expresserint nomen dignitatis. Areti.in.d.§.hæc verba, dicit ꝙ de subtilitate iuris hæc opinio est vera: & istud tenet per reg.generalẽ,quæ est,ꝙ cõmisſio facta per nomen appellatiuum transit ad successorem.c.si gratiosè,de rescrip.libr.vj. & capi.quoniam Abb.de offi.delega. Nec obstat,ꝙ videatur esse electa industria personæ,quia cõmittens præsumit,ꝙ quilibet qui succedit in illa dignitate erit sufficienter industriosus,& peritus,nec mutatur persona: quia dignitas cui fit cõmisſio, est eadem in vtroq:.l.meminisse & ibi Barto.ff.de offi.proconſ.& leg.hanc opi. relatis aliquibus ex prædictis tenet Ang.Are.in.§.substituitur,in fi.insti. de pup.sub.& Barba.in.d.c.quoniã Abb.col. x.nu.xliij.vbi adducit aliqua ex ꝑdictis,& nõnullis alia leuia. ¶Contrariũ, ꝙ non transeat ad successorem,etiam ꝙ sub nomine dignitatis sit compromissum vti æquius,& verius.tenẽt cõmuniter doc.& princ. Bar.in.d.l.qui liberis.§.hæc verba.ff. de vulga.& pupilla.per illum textũ. vbi substitutio facta de hęrede nõ cadit in eos in quos non est affectio,licet sit sub nomine appellatiuo.item quia sicut compromissum non transit ad hæredem, sic nec ad successorem in dignitate,& etiam quia si cõmittitur exercitium, vel aliquis similis actus non transit ad successorem, vt not.Innocen.in capitulo fin. de offic.delega.alia ratio asſignatur per Bald.in capi.vno delegatorum,de offi.dele.

offi.dele.dicēs, ꝙ arbitrium nō habet certos fines à natura, nec per aliam demonstrationē, quia diuersæ sunt hominū voluntates.l.si vnus.ff.de arb. &.l. quia poterat.ff.ad trebel.ergo videtur esse electa industria personæ, & fides quæ ad alium nō trāsit, quia accidētia animi trāsmitti nō possunt.& qa dignitas sine psona nihil agit ar.l.cuius bonis.ff.de cur.fur. Alia rō assignatur p Bald.in consi.ccxvij.ego puto, vol.iij. vbi decidit maximā quęst.cōpromissi facti in Regē Francorū de pluribus'castris feudalibus, dicens morte Regis finiri cōpromissum. Nā cùm persona sit assumpta loco finalis causę, quę est anima in substātia hominis, & nō persona idealis quæ est dignitas ipsa, illa persona prima faciet locum prorogationi: non dignitas. igitur extincta persona, extinguitur prorogatio.d.l. cuius bonis, ea enim quæ fidei sincerè sunt non inueniunt successorē, qa sunt qualitates indiuidui, & animi passiones. Ideo sacramenta ecclesiæ atq; similia tutelæ, commissariæ & officia, vbi fides, & industria personæ eligitur, morte soluuntur, & similiter voluntates de futuro.l.j.§.nec autem.C.de cadu.tol.l. ꝙ ait lex.ff.de diuor.l.si ita legatū.§. illi si volet.ff.de leg.primo.l.iiij.ff.locati.c.si gratiosè, de rescript. libro.vj. Subdens Bald.ꝙ licet nomen appellatiuū fuerit appositum, non tamē fuit appositū, causa extensionis, sed causa demōstrationis præsentis proprij subiecti, & totum fuit factum propter reuerentiam certæ personæ, id est, certi Regis. Nam reuerentia, & respectus personalis habet vim taciti' nominis proprij.l.fideicommissa.§.interdum. ff.de legat.iij.ex quo morte Regis debet esse finitum compromissum. de isto consilio sequendo, hanc opinionem facit mentionem idem Bald. in.c.primo in verbo Marchio, de his qui feu.dare poss.& in.c.j.in fin.de inuest.in mar.fact.& in.l.fi.in.§.primo, versicul.no.quod potestas.C. communia de leg.dicēs, quod si testator erat sapientissimus, successor autem infans vel parum discretus, vel duræ ceruicis, iniquum esset, quod tantus arbitratus transiret ad eum.d.l.cuius bonis. itē quia arbitratus æquiparatur delegationi, quæ forsam in tam arduo negotio non transiret ad successorem in dignitate.c.quoniam Abbas, de offi.delega. Hanc rationem comprobat Are.in.d. §.hæc verba.dicens, quòd generaliter, quælibet commissio particularis nudi exercicij, sine iurisdictione videtur fieri propter industriam personæ, nisi cōmissio sit valde limitata, vt in. cap. is cui de offi.deleg.lib.vj. no. Bar.in.l.in vsucapionibus.§.primo.ff.de diuer. & temp.præscri. Sed commissio facta in arbitrum est talis. ergo, videtur electa industria personæ, & per cōsequēs, quòd non sit recedendum ab ea, nec negotium per alium explicari possit.l. in compromissis.ff.de arb.vbi dicitur, quòd in arbitrio nō receditur à persona prædilecta, hoc idem voluit idem Bal.in.d.c. quoniam Abbas, sequens simpliciter dictum Bar.&in.l.iij.C.de relat.&.in.l.fi.in.xxvj.quæst.C.de hęre.insti.& Petr.de Ancha. in.c.si gratiose, de rescrip.lib.vj. Paul.de castro Ioan.de Imo.sequuti sunt hanc opinionem in dicto.§.hæc verba, & ibi etiam Iason. latè tractans hunc articulum, qui tamen impugnat vnam ex rationibus Bartoli, dum dicit

com

compromiſſum non tranſire ad hære des,ergo nec ad ſucceſſorem in dignitate. Nam dicit Iaſo.iſta ratio non videtur vera: quia delegatio nunquam tranſit ad hæredes,vt in cap.vno dele gatorum,de offi.delega.& tamen trãſit ad ſucceſſorem indignitate dicto.c. quoniam Abbas, Deci.in dicto.c.quoniam Abbas,in fine tuetur Barto.à dicta impugnatione: dicens, quòd dũ dicitur,quòd delegatio non tranſit in hæredes,conſiderari debet,quòd aut delegatio facta fuit alicui nomine pro proprio,& tali caſu non tranſit in ſucceſſorem, vt in dicto capi. quoniam Abbas,aut fuit facta ſub nomine dignitatis,& tunc non tranſit in hæredem quia in tali dignitate hæres non reperitur,ſed ſucceſſor,in quo eadem dignitas reperitur. in cõpromiſſo autem, vt loquitur Bartol.videtur procedere eius fundamentum,quia ſi cõpromiſſum non tranſit in hæredẽ. qui reputatur eadem perſona cum defuncto.§.primo.in authenti.de iur.iur.à morient.præſt. minus debet tranſire in ſucceſſorem in quo non eſt tanta coniunctio, ſicut cum hærede. Attamen dicit Deci.poteſt aliter reſponderi ad dictum Barto.quòd iſta æquipa ratio de hærede ad ſucceſſorem nõ ſit bona,quia in hærede non eſt illa qualitas forte quæ erat in defuncto.Nam poſſet eſſe,ꝙ hæres eſſet pupillus, vel mulier, quòd ſecus eſt in ſucceſſore in dignitate, in quo illa præſumptio, quæ reſpectu dignitatis fuit contemplata reperitur.

¶Sed aduerte quod Barto.in dicto.§. hæc verba per prædictum fundamentum voluit conſiderare naturam propriam compromiſſi, allegando textũ in.l.diem proferre.§.primo.ff.de arbi. Nam text.ibi vult,quod ſi hęredis non ſit facta mentio,ſoluatur compromiſſum per mortem alterius ex partibus,& ibi gloſ.dicit idem eſſe in arbitro, ex quo demonſtratur eius natura, vt non tranſeat de vna perſona in aliam,ſed tantummodo expræſſę perſonæ comprehendatur:& ſic non recipiat trãſmiſsionem ad alium,niſi expræſſe ſit dictum.vnde & ſi ſub nomine dignitatis ſit factum compromiſſum, non tamen tranſcendit perſonam nominatam,cũ de ſucceſſore nõ ſit facta expræſſa mentio.vt requirebatur, eſt etiam conſiderandum, vt videtur ſentire Bald. in præallegato conſi.quod ex communi vſu,& reſpectu cuiuſdam dignitatis,& ſubmiſsionis,quoties de aliquo ſuperiore fit mẽtio,ſemper illum nominamus per nomen dignitatis,vt ſi volumus nominare poteſtatem Paduæ qui nunc appellatur Clariſsimus domi. Marc. Anto.Contarenus Eques. Dicemus volo quòd do. Poteſtas faciat hoc,non do. Mar.Antonius,& idem in nominando ipſum & alium quemlibet ſimilem. Nam per dignitates, eos appellamus, non per nomina propria, ex quo hic talis vſus loquendi attendi debet,& conſiderari: quòd compromittentes id dixerunt, habito reſpectu ad perſonam tunc exiſtentem, non ad dignitatem,qui cõmunis vſus loquendi præfertur cuicunque proprietati verborũ.l.liberorum.§.quod tamen Caſsius.ff.de legatis tertio,no. Barto.in.l.omnes populi.ff.de iuſti.& iure,& Abb.in capi.ij.de arbitris. Prętere a arbitri eliguntur reſpectu amicitiæ,ſeu cõfidentiæ quã habent partes,

tes,de eis:quæ confidentia, & amicitia non est transibilis ad successorem, vt dicit Abb.post alios,in capi.fin.de arbit.& dixi supra, in hac quæstio in verbo morte partis,& ibi dicta adduci possunt pro comprobatione huius conclusionis, quam sequitur Fely.in d.capi.quoniam Abbas,in princip.& & Lansan.in tracta.de arbi.in.vj.quæstio.princip.& Iaco.de sancto Georgio,in.l.prima.ff.de iudi.colūna tertia,& Bert.in tracta.de episcop.libro iiij.par.v.colum.xij.nu.lx.

¶Et tenendo hāc partem ad rationes prædictas respondet Iaso.& ad respōsiones Alexand.ad tex.in.§ hæc verba,quòd ibi tertius hæres non profertur sub conditione:nec cōsiderat qualitatem,sed ratio text.est, quia non veniunt ex iudicio testatoris,& sic qa non habent affectionem,aut voluntatem testatoris,& istud est,quod consi derat Bar.in.d.§.hæc verba,ꝙ quando dispositio est facta sub nomine appellatiuo,& nō concurrit affectio disponentis,non cōprehēdit eū qui venit sub eo nomine appellatiuo, & sic in compromisso facto sub nomine dignitatis,licet cōprehēdatur successor in dignitate:tamen quia nō habet voluntatem,& affectionem partium,nō venit in eo.

¶Non obstat text.in.l.quod principi, quia respondet Ias.ex mente Bald.ꝙ ibi sumus in legato quod de facili acquiritur. Nam acquiritur etiam igno ranti.l.Titio, in fin.ff.de fur.illud ergo legatū quòd censebatur acquisitū illi principi,merito transmittit ad successorem in dignitate.nam licet hæreditas non adita, non transmittatur, secus est in legato,alio modo respondet Bal.in.d.l.fi.in.§.j.c.cōia de leg.ꝙ ibi legatū,erat effectū res propria dignitatis,& non concernit industriam personæ,sed arbitrium concernit industriam,& confidentiam . ita etiam respondet Iaso.in.d.§.hæc verba.

3 ¶† Limita prēmissam conclusionē ex mente Pau.de castr.vt non procedat, quando constaret,ꝙ nō habebant notam illā personam constitutā in ea dignitate,nā tunc censebitur datum dignitati,& erit transmisibile ad successorem argu.text.in.l. qui habebat.ff. de reb.dub.ita Paulus.de castro.in.d. §.hęc verba,& ibi Alexand.quod tamen intellige, vt dicam in sequen. quæstio.

4 ¶† Quid si per partes expressum est, quod compromissum transeat ad hæredem arbitri eo moriente.Vber. de Bob.in.l.de his rebus.ff.de arb.quem refert, & sequitur Abbas in.l.non distinguemus.§. compromisso.ff.eo.distinguendo determinat, quòd aut hęres est idoneus, puta maior,& masculus,tunc inchoata per defunctum potest proficere ad instar hæredis tutoris,aut est inhabilis,puta minor, vel fœmina,& tunc non posit,& ita intelligi potest præcedens limitatio.

5 Penitentia arbitri. † An pereat:tu dic quod si est causa legitima,licitum est, vt puta si damnum,vel interesse esset passurus de quo dixi suprà in.j.quęstio.principa.in verbo acceptet in versic.limita.

6 Infamia Arbitri, † quæ morti æquiparatur, vt vult glos.& ibi docto.in capitu.vno delegatorum de offic.delega.ex quo Bald.in l.prima.in fine.C.manda.dicit ꝙ ma-

gnum salariũ debetur aduocato quando causa est de vita: eodẽ modo quando est causa status dignitatis. & hæc deficere facit compromissum, vt not. Specula. in titul. de arbit. §. finitur, versicu. item si capitales, & videtur textus, in d. l. licet. ff. de arbit. quamuis loquatur quando à parte litigante fuit infamatus, idem tamen videmus in iudice delegato, vt propter infamiã superuenientem repellatur. c. scisitatus, & ibi glos. & docto. de rescrip. no. in. l. quidam consulebat. ff. de re iudi. maximè quia isti sunt arbitri iuris, ex quo si sunt infames nõ possunt iudicare, vt dixi supra, in. ij. quæstio. princi. in verbo infames.

7 ¶ † Quid aũt si infamatus fuerit restitutus, an reassumat arbitrium. dic quod sic: vt videmus in delegato, vt plenè per Abb. & alios præcipuè Deci. in d. c. scisitatus.

8 ¶ † Quid si non fuit apposita infamia: vel alia, de quibus infra habentia impedimentum de iure ciuili, an sententia illo tacito valet. Abb. in dicto capitu. scisitatus de rescri. dicit ꝙ non: attamen in contrarium est communis opi. volentium sententiam valere. ita refert Deci. in dicto. c. scisitatus, in quarta columna, vbi videas, qui etiam post Abb. disputat de impedimento naturali.

Excommunicatio, bannum.

9 † Et hæc faciunt compromissum expirare modo, & forma, vt dixi suprà in secundo quæstione principa. in verbo excommunicatus, & in verbo bannitus, not. etiam Barbatius in c. vno delegatorum, in glos. in verbo infamem de officio delega. & faciunt quæ dixi suprà in hac quæstio. in verbo morte partis. in versicu. quid si aliter.

Magistratus, monachatio, sacerdotium.

10 † Et ista faciunt deficere compromissum, vt in magistratu est text. in. l. iij. in fine, cũ. l. sequen. ff. de arbit. in sacerdotio. est textus, in. l. non distinguemus. §. sacerdotio. ff. de arbit. & in Monacho ponit Speculator, & in omnibus alijs prædictis, in titu. de arbit. in. §. finitur, versi. itẽ si arbiter, &. §. fina. versic. sed pone quòd vnus.

11 ¶ † Intellige tamen prædicta, vt finiatur quoad hoc, vt ipsi arbitri eo modo deuenientes ad dignitates prædictas non posint compelli, secundũ iura allegata, secus autem si ipsimet voluerint iudicare: nam tunc possunt, & maximè existens in magistratu, & sacerdotio, secus si sit monachus: nam tunc defficit cõpromissum ob inhabilitatem personæ, cùm monachus non possit esse arbiter, vt dixi suprà, in secunda quæstione princip. in verbo, monachus.

12 ¶ † Ex præmisis, quæro, clericus fuit electus arbiter, postea factus fuit Episcopus, vel Archyepiscopus. Nunquid factus Episcopus poterit compelli ad expediendum cõpromissum. glos. & scriben. post ipsam in capi. præsentata, de test. tangunt hanc quæstionem, & Cardi. post Petr. de Sason. ibi dicit, quòd iste factus Episcopus, poterit compelli, eo quia non mutauit forum. vnde per suum superiorem poterit astringi, quod non esset si à principio fuisset laicus: & postea factus sacerdos: nam tunc mutauit forum, vt per

per iudicem laicum non posſit compelli, & ita procedat text.in.l.non distinguemus.§.ſacerdotio.ff. de arbit. Aret.in dicto.c.præſentata dicit,quòd tex.in dicto.§.ſacerdotio,vbi dicitur, quòd arbiter excuſatur à compromiſſo ſi ſuperuenit ſibi ſacerdotium,intelligitur in eo qui prius erat laicus, & poſtea factus fuit ſacerdos. Sed ſi ſacerdos (dicit ipſe) acceptat compromiſſum,licet poſtea efficiatur Archyepiſcopus,vel Epiſcopus: & ſic mutetur in altioré gradum,attamen non poteſt ſe excuſare per text.in dicto.c. præſentata,qui non ponderat aſſumptionem ad maiorem gradum,ſed diſtantiam loci, & diuturnam abſentiã, & ſic limitatur ſingulariter text.in dicto.§.ſacerdotio,& hanc opinioné tenuit Anto.de but. Pet.Card.in dicto c.præſentata.

¶Contrariam ſententiam, quòd ſacerdos electus Epiſcopus, non poſſit cópelli tenuit glo.in dicto.c.præſentata, & eam ſequitur Bald.ibi,dicens eam opinionem eſſe bonam quia honoratus eſt, & nouus homo videtur.l.falſa.§.j.ff.de condi.& demon.

¶Abb.in.d.c.pręſentata dicit hãc opi. eſſe veriorem,ponderando text.in.d. §.ſacerdotio,qui fundauit ſe apertiſſimè ſuper illa ratione,quòd ſacerdos habet nunc vacare ſacris,ideo in fauorem diuinæ maieſtatis non debet compelli, ſecus ſi poſt clericatum acceptauit, quæ ratio ſi bene conſideretur, concurrit cum promoto ad Archyepiſcopatũ,habet enim vacare circa maiora longè quã prius.argu.c. qui epiſcopatũ .viij.quæſtio.prima,& c.ſcripturis, & .c. ante omnia .xl.di.vnde fauore onerum cultus diuini ſuperuenientis,compelli non debet,cùm magis debeat verſari in ſacris,promotus de clericatu ad epiſcopatũ,quã de laico ad clericatum,& ideo magis excuſandus argum.auct. multo magis.C. de epiſco.& cler.& capi.cum in cunctis de electio. ex quo datur concluſio, quòd propter ſuperuenientiam epiſcopatus non poſsit clericus compelli ad pronunciandum, Felyn.in.d. capi. præſentata ſequitur hanc opi.& Imo.ibi,& ponderat illam rationem, videlicet multitudinem cauſarum, & occupationem in prælato & textus.in d.capi.ſacerdotio non ponderat mutationem fori,ſed quia nunc habet vacare ſacris.

¶Pro confirmatione præmiſſorum facit illud quod gloſ.d.capi. præſentata.non ſimpliciter allegat textus. in d. §. ſacerdotio, nec aſſumit fundamentum. prout præſupponunt tenétes cótrariam partem; quòd illud ibi euenit ob mutationem fori, ſed gloſ. etiam allegat text.in.l.licet.ff.de arbit.vbi ille qui habet occupationem negotiorũ propriorũ, vel profectioné vrgenté,aut munus aliquod Reipub. cauſa poteſt excuſari à cópromiſſo,& ſic glo.conſiderauit onus impoſitum, non auté mutationé fori,intelligendo eam ſecundum leges quas allegat.

¶Facit pro hoc dictum Azo.in Summa de arbi.colum. finali.verſicu.item propter valitudinem, vbi dicit,quòd arbiter accepto cópromiſſo, excuſatur propter valitudinem, quæ poſtea ei euenit: aut propter ſuperuenientia negotia: aut vrgentes profectiones,vel munera indicta, vel incómoditates imminentes,ſi tamé ab his non cito liberaretur. nã tunc differre

cogitur arbitrium.d.l.licet, & sic constat, quòd multitudo negotiorum quę superuenit in Archyepiscopo, eum excusat, vt adhuc electus nō cogatur pronunciare. Facit in simili text.in.l. post litem cum duabus.ll.sequen.ff. de procurato. vbi procurator excusatur ob beneficiū religionis, vel si iudicio publico, aut priuato districtus fuerit ... vel aliqua alia maiori re.

13 Absentia lōga. † Et hæc facit deficere compromissum, & per eam arbiter excusatur, vt est text.in.l.licet.ff. de arbit. & quod plus est ob absentiam longam potest altera pars, vel ambę adire iudicem ordinarium, sine metu pœnæ, ita per illum text.not.Hostien.in dicto.c. præsentata, de test, & ibi Areti. Felyn. & alij.

14 Inimicitia † Si modò capitalis superuenit cum arbitro, extinguitur compromissum, text.est in.l.licet, & in.l.non distinguemus.§. cum quidam.ff. de arbit. not. Specu.in titu.de arb.§.excipitur, ver. item ꝙ inimici.

¶Intellige hoc tantum procedere, vt si arbiter fuerit electus, & voluit iudicare, & per partem fuerit oppositum, & protestatum de inimicitia, quòd non potuit iudicare, & si pronuntiauerit, etiā nullo alio constituto, obstat exceptio de iniquitate laudi, quia ius præsumit esse iniquum, & est ratio quia inimicus promptus est ad nocendum, item determinat Baldus. in.dicto.§. cum quidem, quem sequitur Felynus, in.c.suborta.de re iudi.colū.iiij. versi. fallit.iij.& Hip. in.l.j.§.præterea, col. x.nu.lxxj.ff.de quæstio.

15 ¶† Limita prædicta non ꝓcedere quādo culpa partis superuenit inimicitia: nam tunc non rumpitur, imo pars incurreret pœnam, ita not. Bartol. in.d. §.cùm quidam, & Alb.ibi, qui allegat tex.in argu.in.l.si mortes.§. culpæ.ff. locati, & in.l.in his.ff.solu.matri.

16 Amicitia † Intrinseca superueniens, eodem modo facit defficere compromissum, item sensit Specul.in titu.de arbi.§.excipitur, versicu.sed nunquid.alleg.tex.in.l.humanitatis.C.de excu.tuto.& in.l. aut affinitatis.ff.de procurato.Ioan.And. in addi.ad Specu. in dicto versicu. sed nunquid, dicit quod amicus potest excusare se, si fuerit elect⁹ arbiter in causa amici.& hoc, quia ille arbiter vult prouidere famæ suæ, ne lædatur. facit pro hoc quod dixi suprà in.iij. quæst. princi.in verbo, Amicus. vbi amicitia intrinseca æquiparatur coniunctioni sanguinis.

¶Intellige prædicta quādo altera pars opponitur arbitro, prout in simili dicimus in coniuncto sanguine, vt dixi suprà in secunda quæstio. princip. in verbo, In causa consanguinei, vel familiaris. nam tunc altero opponente cessat compromissum, secus si tacet.

Affinitas, familiaritas,

17 & similia † superuenientia. Hæc operantur, vt compromissum pereat, si altera pars recuset arbitrum, & si sententiam tulit, doli mali exceptione submouetur.text.est in .l. non distinguemus.§.cùm quidam.ff.de arbit. & faciunt pro hac decisione omnia superius posita in proximis quæstionibus. & tenet Lanfran.in tracta.de arbit.q. xxxiiij.in.vij.q.princip.& Bla.in tracta.de arbit.q.xl.& Abb. in .c. primo. de arb.

de arbitris.

19 Sententia †Vt puta, si pronuntiat se non esse arbitrum, & hoc casu expirat compromissum, cùm per hanc interloquutoriam finiatur iudicium, & potestas arbitri, ita est text. in l. dicere. ff. de arbit. in fi. & ibi not. Bartol. volens hanc interloquutoriam non posse reuocari per arbitrum, & per consequens finiatur iurisdictio. hoc idem voluit Bald. in l. j. colum. xvij. nume. lxxvj. versicu. pone arbiter. C. de confes. & Fely. hoc sequitur in c. significantibus. in princ. de offic. deleg.

5 ¶ † Locus autem citationis esse debet ille,in quo fiet compromissum,aut secessus.i.locus propinquus,puta,in hortis,si modò illius sit auctoritatis arbiter,vt in secessibus soleat agere, & litigatores facilè eo in loco cõueniri possint. Nisi inter partes cautum sit, quo loco debeat comparere. nam tunc id seruabitur:prædicta autem seruabuntur nisi ambæ partes ob turpitudinem & inhonestatem eo in loco nõ possint comparere, tunc enim non tenentur. ita est text.in.l. si cũ dies.§.si arbiter. ff.de arbit.tenet Specu.in titu.de cita. §.primo.versicu.sed nunquid arbiter. & in titu.de arb.§. differt.versic. item non potest citare. sequitur Bald. Alb. Rom.in.d.§.si arbiter.

6 ¶ † Intellige prædicta,quòd in dubio attendatur locus compromissi, nisi aliud appareat ex coniecturis, vt puta duo Patauini fecerãt compromissum Venetijs, vel alibi in vnũ Patauinum Paduæ habitantem, tũc verisimile est eos sensisse de loco patriæ suæ, ita determinat Albe. in.d.§. si arbiter. arg. tex.in.l.sed & si susceperit.§.j.ff.de iud. &.l.quæ conditio.ff. de conditione & demonstratione.

7 ¶ † Quæro inhærendo præmissis, si tres sunt arbitri,& vnus committat citationem,an istud valeat.glo. in.l.sicuti.ff.de arbi. videtur sentire quòd valeat,ibi dum dicit cætera causæ.Bal.l. ibi reprobat hanc opinionem , & dicit quòd non valet talis commissio, quia est contra naturam cõpromissi, & contra rationem eiusdem legis.Idẽ Bald. in addit.eiusdem.l.dicit illud idem,& hoc sequitur Alexand. in .l. si vni colum.secunda,versicu. sed an ista gloss. ff.de re iudic. dicens quòd Bald.vbiq; reprobat glo.in.d.l.sicuti. ex quo cùm volueris citare de commissione arbitrorum id facias quòd omnes committant citationem,quando est necessaria commissio.

8 ¶ † Libellus necessariò de iure debet porrigi,adeò quòd eius commissio vitiat sententiam.l.prolatam.C. de sententijs.§.diffinitiua.ij.q.vj.not. Spec. in secunda parte sui operis in princip. corã arbitro necesse est de iure quòd porrigatur libellus,quia in his proceditur ad instar iudiciorum.l.j.ff.de arbitris,iuncta auct. offeratur.C. de lit. contest.not.Spec.in titu.de arbi. in.§. restat.concludit Alb. & alij omnes doctores,ibi in.c.cum dilectus. de arbit. per tex.in.l.pen.C.de arb. Rom.Alb. in.l.j.ff.de arbit. & Baptista de sancto blasio,in tracta.de arbi.q.xxix.Statutum autem nostrum vult quòd pars petitionem suam porrigat,aut in actis scribi faciat suam expositionẽ, & per illud verbum appositũ, In statuto procedant de facto,possent partes sine libello, & via regia tantùm procedere, not.

not.Soc.in c.j.colũ.viij.versic. vj.fallit de lib.obl.& dixi supra in verbo de facto in versi.infertur primo.

9 ¶† Quæro iuxta hæc, quid differant libellus,& petitio.de Leaz.in clemen. sæpe de verbo.significa.& ibi Card.in prin.in.xvij.quæstione, dicit quòd libellus debet continere quædam quæ respiciunt eius formam, & quædam quæ respiciunt eius intentionem. & in his omnibus debet esse aptè conceptus.not.Specul.in titul.de lib. obl.§. qui libellus.& ponit formam, & substantialia libelli.Soci.in.c. secundo,de lib.ob.in.xij.quæstione princ. Petitio verò non requirit aptitudinem nisi quoad intentioné vt cócludat aliquid necessariò, omissis his quæ respiciunt formam. Et dicit Ioãnes de Lignano, & Ioannes de Imol.post ipsum.in dicta clementi.sæpe in verbo habens,in secunda quæstione, quòd sufficit sola narratio,licet non concludatur,secundum eum, quod secus esset in libello per text. in.l.j.ff. si mes.fal. mod.dix. Item procedet petitio si actor non petijt reum condemnari,sed cogi; quod aliud est in libello.l.prima.C.de exec. rei iud.prædicta autem dicit Imo.procedere vbi ex narratione potest apparere quid actor velit.per text. in.l.j.§. j.C.de rei vxo.act.

¶Licet enim non pronuntietur in eo quod est primũ, sufficit quòd pronuntietur iuxta illud, quod est petitũ, & si aliud sit petitum,& est tex. in simili in.l.iam tamen.§.in hoc.ff.iudi.sol. & quod nota.gloss.in.c.cum olim Abbas de offic.deleg.

¶Intellige prædicta procedere, dummodo non sit tanta ineptitudo, quòd tollatur defensio reo. ita tenet Ioan. de Lignano,& Imo. in dicta Clementina sæpe.

¶Item libellus est dandus iudici ante productionem, secundum aliquos, & tempore productionis datur copia parti. Item libellus debet porrigi in scriptis.quod non est in petitione nam iudici nõ ostendit,nec copia parti datur, & potest fieri narratio in actis notarij.

¶Item maior est acceleratio expediendi in petitione,quàm quòd sit in libello.nam abbreuiãtur lites in petitione, quia reus per dilatorias respicientes ea quæ sunt de forma libelli, non potest litem protrahere. est etiam in alio acceleratio: quia non est necesse reum respondere petitioni,sed libello sic,vnde in petitione reo per contumaciam absente recipi possũt probatiões,quæ non possent in libello,cùm contestatio est necessaria, ita determinant prædicti omnes in dicta Clementina sæpe. & sequitur Georgio,nat.in.d. Clemé. sæpe in prin.col.lxxxv.in gl. in verbo necessario.in fine.

10 ¶† Infero ex præmissis, quòd quãuis de iure communi actio sit proponenda coram arbitro,per nota. per Barto. in.l.societaté.§.arbitrorũ.ff.pro socio. & Are.in.§.omniũ institu. de actio.& arbi.& Baptista de san. Bla. in tracta. de arbitr.q.lxiiij. Attamé in casu statuti nostri non requiritur, cũ solennitas illa libelli non sit necessaria per iam dicta,sed sufficiat qualis qualis petitio.

11 ¶† Secundo infero, ꝙ in casu nostri statuti lis non cõtestatur, & si de iure cõmuni requiratur hoc corã arbitro, per no.per Spec.in ti.de arbi.in.§.porro.& Roma.in.l.j.ff.de arbi.& Bapti. de sancto Blasio,in.d.tracta. de arbit. quæstione trigesima.

12 Iuramentum. † Calũniæ corã arbitro præstatur, vt est tex. in l. fin. §. sed quia veremur. & ibi gl. in verbo compromisso. C. de iur. cal. & ibi Bart. Ang. Bal. Saly. & alij omnes. & text. in l. nõ nouam ibi vel apud arbitros. C. de iudi. not. Spec. in tit. de arbit. §. differt. versicu. porro. & Bapti. de sancto Blasio. in tracta. de arbi. & arbitrat. quæstione. xxxj.

¶ Sed aduerte quod in casu statuti nostri, per illa verba quæ dicũt, sola, mera, pura veritate inspecta, excluditur iuramentum calumniæ. ita determinat Anto. de but. in capitu. secundo in tertio notabili de iur. calũ. & sequũtur omnes docto. quos posui suprà in j. quæstio. principa. in verbo sola. & sic ex vi statuti non iuratur de calumnia coram his arbitris.

13 Testes. † Citari faciet arbiter coram se, per nũcium. vt no. Bald. in. l. sed iterpellatur. ff. de arbit. an autem possint testes cogi per arbitrum ad testificandum. Specu. in titu. de arbit. in. §. differt. versi. est arbiter, dicit quòd nõ potest compelli per arbitrũ, sed debet inuocare potestatem ordinarij, qui eum coget, cùm nullam habeat super testes potestatẽ, vt vult Bald. in. d. l. sed interpellatur. item si testis falsum deposuerit coram arbitro, non poterit eum punire arbiter, sed debet ipsum mittere ad iudicẽ cõpetentem, qui ipsum puniat secundũ delicti qualitatem. ita Spec. in titu. de testa. §. primo colũ. xiij. versi. sed quater punitur per text. in. l. nullum. C. de test. idem tenet Nell. in tracta. de test. in verbo falsum. Angel. in. l. si vacantia. C. de bonis. vocan. libro. x. & Angel. Areti. in tracta. maleficiorum, in verbo falsario. versicu. quero testis. & Hippo. de marsi. in. l. prima. §. pręterea. colum. penulti. ff. de sicca. & Lãfrau. in tracta. de arbi. quæst. xxxvij. in vlti. parte.

¶ Prædicta omnia, intellige procedere ex dispositione iuris cõmunis: secus autem est in casu statuti nostri: nã arbitri statutarij, & de quibus hic, poterunt testes compellere, & delinquentes coram se, punire, cùm hi arbitri habeant iurisdictionem ordinariam, vt dixi supra in. vj. quæst. princip. in. ij. q. Et istud possint punire, tenet Ioã. an. in addi. ad Specu. in tit. de test. in. d. §. j. in versi. sed qualiter, alias quid de arbitro allegat Goffre. & Hostien. in capitu. suspitionis. de offic. delega. hoc idem voluit Ang. in repe. l. si vacantia car. viij. versi. sed quero. C. de bonis vacan. libro. x. quẽ refert, & sequitur Fely. in dicto capitu. suspitionis. in fine. Et not. ibi Abba. in secundo not. dicit tamen Ange. in. d. l. si vacãtia. quòd de consuetudine nũquam vidit illud seruari Perusij vbi est tale statutũ, quãuis de iure sit verũ: & hoc etiã nunquã vidi seruari in hac nostra ciuitate Patauina, in qua practicaui iam per annos viginti.

¶ Sed quæro, nunquid arbiter possit cõmittere examinationem testiũ extra locum cõpromissi, & mandare iudici alterius loci vt testes examinet, & sibi sub sigillo examinationes trãsmittat. Ange. in auct. de test. in. §. & quoniã dicit, ꝙ quando, sumus in arbitro cõpromissario, nõ potest mandare iudici loci vt testes examinet, & sub sigillo sibi transmittet, quia caret iurisdictione. l. priuatorum. C. de iurisdi. omni.

omni.iudi.sec* est in arbitro iuris qui eligitur in ciuitate Perusij per formã statuti:nam cùm habeat iurisdictionẽ ordinariã & municipalem, iudex est: & per consequens cõmittere potest te stium examinationem. Subdens & si dicis quod arbiter non potest mandare iudici,cum par in parem nõ habeat imperium,& etiam impune non paretur extra territorium.l.fin.ff.de iurisdictiõe omniũ iudicum. Dic,quòd in hoc maior est,& iurisdictionẽ suam exercere potest,vt not.per Cyn.in.l. properandum.§.& si quidẽ.C.de iudi.vbi ipse tenet,quòd iudex vnius loci potest non solum rogare,sed etiam mandare iudici alterius loci,quòd sententiã per se datam exequatur.l.à diuo pio.§.sententiã.ff.de re iudi.quãdo autem iudex vult committere examinationem testiũ,in alio loco debet super hoc interloqui,vt est text.in.d. §.& quoniã ibi interlocutorie.

14 ¶ † Iuxta præmissa querit Ang.in.d. l.si vacantia carta.ix.versi.sed tunc dubitatur.pone est factũ compromissum voluntarium in iudicem habentẽ imperium,corã quo litigabatur,vt corã arbitro, & testis ante ipsum falsum deposuit,an eum extra ordinem puniet.determinat, ꝙ vt arbiter punire non potest,ratiõe prædicta,sed vt iudex bene posset punire.

¶ Aduerte tamen,dicit ipse,quòd si talis iudex non habuisset imperium,sed solam iurisdictionẽ,nullo modo posset punire,aut eũ vellet punire vt iudex,& tunc aut principaliter,& ordinarie,& non posset,quia nõ habet imperium,aut extra ordinem ratiõe incidentis quęstionis,seu contrauentionis,& similiter non potest,quia non incidit quæstio coram eo,tãquàm coram iudice,sed tanquam corã arbitro, & sic nil ad rem,cũ sint diuersa,intellige prædicta,vt procedant in casu,in quo potest compromitti in iudicem, vt dixi suprà in secunda quæstio.principa.in verbo iudex ordinarius.

15 Quero † Insuper,an partes ipsę compromittẽdo possint conuenire,quòd arbitri procedãt iuris ordine omisso,& sine scriptis,& sic omittere ea,quę iam sunt dicta,& sine aliquo ordine causam expedire,dicas quòd si nos loquimur in arbitris volũtarijs nulli dubium,quòd partes dare possunt illis libertatem,vt ad eorum libitum procedere possint,cum partes solẽnitatibus iuris renũtiare possint, & dare formam arbitris,quia habent notionem tantum.ita Bart.in authẽ. offeratur.in fine.C.de lit.cõtest.Abb. in.c.primo.de lib.obla.sequitur opinionem Barto.per tex.in.l.diem proferre.§.si quis litigatorum.ff.de arbi. Vbi partes possunt cõuenire quòd arbiter iudicet altera,vel vtraq; pte absente,idem voluit Ioan.and.Butri.in d.capitu.primo,& Barto.in.l.societatem.§.arbitrorum,colum.tertia,ver. dices tu.& ibi Alexan.in addi.qui allegat text.in.d.§.si quis litigatorũ.ff. pro Soci.

¶ Aut sumus in arbitris necessarijs, qui eliguntur pro exequutione statuti nostri,mandantis compromitti debere inter coniunctos, & tunc partes non possunt conuenire,quòd procedatur sine scriptis omisis substantialibus iudicij.& ratio est,quia arbitrorũ electio fit ab ipsis partibus litigantibus,attamen ab ipsa lege iurisdictionem habẽt.l.vnum ex familia.§.si de

falci

falcidia.ff.de lega.ij.& l.vtrum.§.cũ quidam.ff.de rebus dubijs,ex quo iudicatur de ipsis tanquàm de alijs iudicibus, quibus solennitas hæc remitti non potest,vt per gloss.in Clementi. sæpe de verborũ significatione.in verbo.& necessario,& in capitu.fin.de re. iudi.libro sexto,& in capit.de causis, de offic.delega.& per Barto.in dicta authen.offeratur,& Cano.in dicto capitu.primo.de libe.obla.ita determinat Crot.in.l.nemo potest.colum.tertia,versic.infertur,& quarto.ff.de legatis primo,Ioan.hanib.in repet.d.l. nemo potest,columna decima.nume. cxxviij.conatur impugnare hanc decisionẽ,motus ex ratione statuti,alia enim ratio esse non potest quòd statutum compulerit partes ad compromittendum.nisi ne litibus,& sumptibus vexarentur,vt per Bart.& Bal.in prima constitu.C.& dixi suprà in prima questio,in princip.ex quo vnica est,licet non scripta habetur pro expressa per Soci.in rub.solu.matrimo.& alios de qbus ibi.& ista est verisimilis mẽs statuentium quæ debet cõsiderari argu.l.scire oportet.§.aliud.ff.de excu. tuto.glo.& docto.in.l.tale pactum.ff. de pact.respondet ad text.in.d.l.vtrũ. §.cũ quidam,quòd licet ibi conferatur facultas eligendi,& postquàm est electus,nihil capit ab ipso eligẽte,sed ex dispositione qua tenebatur eligere, & elect⁹ sumit ius,& illud est per modum improprium,ad tex.in.d.§.si de falcidia, respondet,quòd ibi facultas necessaria non tribuit beneficiũ, quia nihil operatur talis facultas necessaria:& ideo non debet tribuere beneficium,quod secus est in casu isto quia operatur, vt minus litibus vexarentur, per iam dicta,argumen.l.fina.ff. pro suo.

¶ Aduerte in hoc quia puto,quòd opinio Crot.sit magis vera,quòd per pactum tolli non possit modus procedẽdi in scriptis coram istis arbitris,summariè,de plano,& cætera procedentibus,cum ex omnibus istis verbis non sit sublatum, quòd fiat qualis qualis petitio,responsio, probationes,& alia necessaria pro habenda veritate,vt ex forma iuris requiritur,& vt est text. in Clementi.sępe in.§.non sic tamen, de verborum significatione.& potentia illorum verborum consistit in abbreuiando dilationes,& terminos,nõ sic tamen,vt veritas haberi non possit,vt dicit Ancha.Imo.Ioan.de lig.in dicta Clementi. sæpe,& Bald.in authen.offeratur.C.de lit.contesta.cum in ordinarijs causæ cognitio pro illis abbreuiandis sit necessaria,vt ibi per eos,ex quo dico,quòd cũ iste modus procedendi proueniat à iurisdictione, & sit eius pars,vt est text.in.l.secunda,iũcta] gl.ff.de iurisdictione omniũ iudicum.Et ista iurisdictio detur à statuto,non à partibus,compromittentibus,vt dicit Crot.& est cõmunis opinio,vt dixi suprà in sexta quæsti.principa.in principio.meritò partes nõ poterunt super ea pacisci, cùm sit iuris publici,& non sit in potestate partiũ. vt est text.in dicta.l.nemo potest, & in.l.ius publicum.ff.de pact. & istud est,quod Barto.in.d.l.ius publicum. quem docto.sequuntur,distinguendo dicit,quòd quoddam est ius publicũ positiuum,quod disponit circa formã dandam alicui actui,vt pħta,in testamẽtis cõtractibus,& iudicijs,& istud pacto priuatorum non potest tolli.d.l. nemo

nemo potest,& .l.prima.§.si qs ita.ff. de verborum obligatione.&.l. prolatam.C.de sententijs,& hoc magis esse debet in casu statuti nostri, & fere omniũ aliorũ statutorum Italiæ, per quę datur certus modus in procedendo per arbitros,qui non potest per arbitros immutari per prædicta.

¶ Pręterea tam ex forma iuris,quàm ex vi statuti à sentẽtia horum arbitrorum datur appellatio,vt dicam infrà in.x.quæstio.principa.ideo ad hoc,vt iniquitas arbitri videri posit,necesse est, quòd acta in scriptis appareant, quod secus est in arbitris voluntarijs quorum sententiæ statur.l.diem proferre.§.stari.ff.de arbitris.

¶ Non obstat ratio ad tollendas lites, quia dico, quod ob commoditatem priuatorum non debet tolli ius publicum, vt in dictis iuribus,eo maximè quia statuta hoc disposuerunt sub certo ordine, & si vtile fuisset partibus in totum amouere modum procedendi, vtique fecissent argu.text.in.l.de pretio.ff.de public.& ibi glo.

¶ Præterea statutum hoc,& eius ratio debet recipere interpretationem à iure communi, vt nota. in. l. omnes populi.ff.de iusti.& iure,& à iure est dispositum, vt certus modus seruetur per arbitros,qui ab ipsis partibus remitti non potest,& reperio,ꝙ Decius.in capitu.de causis,colum.v.nume.xix.simpliciter sequitur prædictã opinionem.

16 Testes † Per hos arbitros statutarios ob illa verba de iure,de facto,posita in statuto, possunt recipi die feriata,& iuris ordine prætermisso,ita Bald.in.l.solam.C.de testa.& dixi, suprà in prima quæstione principa.in verbo de facto.in versicu. infertur tertio.

17 ¶ † Testibus tamen reddentibus malam, vel nullam causam arbiter non debet credere,quia vir bonus esse debet,si tamen erit ratio dicta per testes non plena,sed persuasiua,ex sua conscientia ei inhærere poterit ratione sui arbitrij,vt dixi post Bald. in dicto versicu.infertur tertio,quod intellige quando interrogati sunt testes de causa,& nullã reddunt causam,alias bene faciunt fidem,sicut coram iudice,per.d.l.solam.C.de testi.not.etiam hoc Lanfran.in titu.de arbi.quæstio. xlij.in vltima parte.Testes examinati per arbitrum,an probent corã alio, dicam infrà in verbo acta.

18 Iuramentum † Necessarium, an posint arbitri differre, vt puta si semiplene sit probatum,per testem vnicum,vel per scripturam domesticam, vel per fugam rei,vt exemplificat gloss.in.l.in bonefidei. C.de rebus credito. & latè docto.in.l.admonendi.ff.de iureiurando.tunc enim differtur iuramentum per iudicem in supplementũ ꝓbationis parti petenti,vt in dicta.l.in bonefidei,& in.l.admonendi,& in capitu.fina.de iureiuran.Socin.in dicto capitulo fina. de iureiurando. prout referunt infrascripti,distinguebat inter compromissum voluntarium, & necessariũ,vt in voluntario arbiter nõ posit differre,quia iurisdictionem nõ habet,secus in necessario.

¶ Ioan.bap.de sancto Seuerino in.d.l. admonendi,columna.lvj.nume.clxvj. versicu.cùm igitur.dicitur,ꝙ hæc opinio videtur dura,ꝙ arbiter volũtarius non posit differre hoc iuramentum

supleto

ſupletorium petitum à parte, que ſemiplenè probauit, cum iſtud iuramentum ſit fundatū in ſumma æquite, vt.c.ſacrāmētū de conſ.reſt.feud. & ibi per Bald.abſonum nāq; hoc videtur, cùm arbitria ſint redacta ad inſtar iudiciorum.l.prima.ff.de arbitr. & reliquit cogitandum, Io.bapti.de ſan.Bla.in tracta.de arbi.quæſtio.lxvj.relatis prædictis firmat hanc opinionem, ꝙ poſsit deferre, per iam dicta, & etiam quia arbiter procedit ad inſtar iudicis, allegat deciſioné Lap. alleg. lxxvij. infinitæ reſpóſionis, qui hoc videtur tenere, & iſtud puto verius, quia arbitria ſunt inducta ad finiendas lites.d.l.j.& quaſi vir bonus eligitur.l. Labeo.§.tametſi. ff.eod.de arb.cūq; hoc modo per delationé iuramenti ſuppletorij lites finiantur, & ad bonum virum ſpectet veritatem indagari, & cuncta rimari.c.iudicāté. xxx.q.v.nō immerito.poterit hoc iuramentū defferre. Nec reſiſtit prædictis, ꝙ hi arbitrij voluntarij nō habeant iuriſdictioné, quia hæc delatio iuraméti non eſt iuriſdictionalis, ſed reſpicit tantummodo veritaté facti, & quéadmodū arbiter, poteſt defferre iuramentum teſti eodem modo, & parti, ad hoc vt veritas habeatur. nam iſtud eſt aſſumere probationem facti. per no.in.l.ij.C.de eden.

¶ In arbitro autem ſtatutario nullus eſt qui diſcrepet quin defferat, cum iſte habeat iuriſdictionem, vt dixi in d.quæſtio.ſecunda.vj.qō.princi.& ſic iuramentum deferet tāquam iudex ordinarius.

19 **Iuramentū iudiciale** † Arbiter poteſt deferre, cùm manifeſte ſit turpitudinis nolle iurare, vel non reſſerre.l.manifeſte.ff.de iureiuran.& maximum ſit remedium expediendarū litium.l. prima. ff. eodem de iureiuran.& hoc ſpectet ad iudicem, ergo & ad arbitrum.l.prima.ff.de arbitr. tenet Ioan.bap.de ſan.Blaſi.in tracta. de arbi.quæſtio.xlix.quod magis dicendum eſt in arbitrio ſtatutario habente iuriſdictionem, vt dixi in.d.qō. ij.vj.quæſtio.princip.& ſuprà in proxima quæſt.

20 **Publicatio** † Proceſſus debet fieri per arbitrum, cùm & iudex teneatur teſtes examinatos ad ſui inſtructionem publicare not. Barto.& alij in authen.at qui ſemel.C.de probationibus, & in capitulo fraternitatis, de teſt.ita tenet Baptiſ.de ſancto Bla.in tracta.de arbit.quæſtio.trigeſima tertia plus dicit Bald.in.l.quid tamen in addi.circa finem.ff.de arb.quod ſententia arbitri nō valet, niſi ſit publicatus proceſſus, per nota in.l.prolatam.C.de ſententijs.

21 **Concluſio** † In cauſa ſit corā arbitro, ſicut & corā iudice.not.Cy.in.l.ſi quis.ex conſenſu.C.de epiſcopali audien.& gloſſ.& Rom.poſt eā in.l.j.in.iij.col.ver.vlterius ff.de arb.ſenſit Fely.in.c.cū dilectus de fide.inſtr.col.j.& Bap.de ſan. Bla.in trac.de arb.lxvij.

¶ Effectus autem concluſionis eſt, ꝙ poſtea nil iuris, aut facti producitur, niſi iuſta cauſa iudicem moueat vel niſi ſit notorium id quod per partem producitur ita Roma.in.d.l.j.Fel. in d.c.cum dilectus.

22 **Sportulas** † Habere debet arbiter. vt eſt text.ſecundum

cundum ꝙ ibi intelligit Alb.in.l. Labeo.§.ait prætor.ff.de arbi.not.idem Alb.in rub.de arb.col.v.Henr.Boyc. in.c.cũ ab omni.de vita & hone.cler. distinguit, ꝙ aut litigantes sunt pauperes, & tunc nihil penitus, nec pro sportulis, nec pro episcopis exigi potest, argu.l.prima. C.de salg.hospit. non præbé.lib.xij.cum paupertas excuset in auth.de mandatis princip.§. si tibi columna.iiij.& capitu.cauendum.x.quæstio.ij.aut non sunt pauperes, tunc dicit, ꝙ debent habere, & possunt sportulas, & expensas, si ad longinquum locum ducuntur, extra domnm propriam, argu.in authen.de iudicibus.§.ne autem labor.& est casus in.l.in sacris.C.de proxi.sacr.libr. decimosecundo.

¶ Per statutum autem nostrum satis decisum est, quòd salarium habere beant taxandum, vel per iudices, vel per partes, quod reducendo ad ius commune, cùm statuta recipiant interpretationem ab eo, per not. in.l. omnes populi.ff.de iustitia & iur.intellige, vt suprà dististinguendo inter pauperem, & habentem facultatem soluendi.

23 Interlocutoriam † Fert arbiter. nam de incidentibus, & emergentibus potest cognoscere. sentit gl.in.l.quia arbiter.ff.de arb.& ibi hoc not. Bal.per tex.in.l.non distinguemus.§.de officio.ff.eo.& tenet Bap.de san.Blasi.in tracta.de arbi.q.xxxij.per illud quod iudices hoc faciũt, ergo & arbitri per tex.in.l.j.ff.de arbi.

¶ Iussus autẽ quilibet arbitri facit interlocutoriã, & hoc quando iussus, nõ respicit factũ principale, sed ꝓcessũm. ita decidit Bal.in.l.qualẽ in addi.ff.de arb.& in.l.dicere.§.vnde.ff.eod.allegat text.in.§.si quis autẽ implens in authẽ.de her.& falc.

¶ Intellige in interlocutoria quæ potest per iudicem reuocari, vt dixi supra.in.vij.qõ.princ.in verbo sentẽtia, nam si reuocari non potest, expirat comprommissum.

Acta facta, & testes exa

24 minati. † Corã arbitris electis ex forma huius statuti si expirauit cõpromissum, & causa reuertatur ad ordinarium, an probent inter easdẽ partes coram iudice ordinario, vt super eis possit iudicare. tex.in.l.fin.C.de test. in.c.præsentata de test.distinguunt, aut testes sunt mortui, aut viuunt, si mortui, plenè probãt: si viui tunc est in electione illius cõtra quẽ producũtur vel stare illis testibus, vel eos repeti facere, & ratio est secundũ Bald. in.d.l.fina. quia coram arbitris facilius testes mentiuntur quã corã iudice, qui potest eos interrogare adhibitis tormentis.l.iij. §. Sabinus.ff.de testi.ideo minus audent mẽtiri iudici quam arbitro, & quia solenniter examinantur ideo magis credibiles sunt, aliam rationem assignat Abb.in.d.c. præsentata, columna.ij.versicu.circa primum.dicens, ꝙ de mero, & stricto iure acta coram arbirro non deberent valere, vt acta iudicialia, quia arbitri nõ habent iurisdictionem, sed notionem quandam.l.j.C.de arbi.l.ait.in prin.ff.de re iud.& est ratio, quia partes cõpromittentes, cum sint priuatæ personæ, nõ possunt dare iurisdictionẽ non habenti.c.significasti.de for. cõpe.l.pacto priuatorũ.C.de iurisdi.

om

om.iud.sed lex habés respectũ, ꝙ partes eligerunt arbitrum, vt quendam iudicem: & ꝙ graue esset, ꝙ ista acta factum respicientia perirent, cum nõ possent de facili haberi, & ꝙ coram arbitro, licet non sit stricte iudicium, est tamen quasi iudicium, induxit ꝙ facerent fidem dicta mortuorum. In attestationibus autem eorum qui viuunt, cessat ratio præallegata, cum de facili possunt haberi. ideo voluit lex recedere à stricto iure, dando facultatem parti contra quam producuntur examinandi, vt in tex. hãc cõclusionem declarat per plures limitationes Felyn. in d. cap. præsenta, & sequũtur vbiq: scribẽtes. Lãfr. in tract. de arbi. qõ. xxxiij. Bap. de san. Bla. x. quæstio. xlvij. & lix.

¶Sed aduerte quia præcedens decisio in casu statuti nostri nõ videtur mihi vera, & puto, quod testes examinati coram arbitris statutarijs faciant fidem coram ordinario. nam (vt sæpe dictum fuit in præmissis quæstionibus) isti arbitri habent iurisdictioné, vt not. in l. apertissimi. C. de iud. & in capi. suspitionis, de offi. delega. & dixi supra in q. vj. princi. in princ. & isti arbitri possunt mulctare partem, & testes punire, si coram eis falsum deposuerint, vt dixi in d. qõ. in princi. & supra in hac eadem quæstio. in verbo testes citati, & ibi latè prosequutus sum hãc materiam, id etiã post alios conclusi ibi, quod hi arbitri habent iurisdictionem ordinariam. his stantibus dico, quod quemadmodũ acta hæc probatoria facta coram iudice ordinario fidem faciunt coram alio iudice inter easdé personas, per text. in l. cùm antea in fi. C. de arbi. & in l. iubemus. C. de lib. cau. & in capi. causamq;, el primo, de test. eodem modo acta facta coram his arbitris, debent facere fidem, cùm nulla sit inter hos arbitros, & iudices ordinarios differentia, per prædicta. ideo à pari debent procedere.

¶ Conclusio itaq; ex præmissis fit, ꝙ acta tam ordinaria, quam probatoria, facta corã arbitris statutarijs regulantur modo, & forma: prout regulantur acta facta coram iudicibus ordinarijs, & probant inter easdem personas, ac si essent facta coram ordinario. cùm rationes in contrarium deductæ non militent in his arbitris, cessat enim illud Abb. ꝙ ob iurisdictionis defectũ acta non faciunt fidé cum habeãt (vt dixi) iurisdictionem. ratio autem Bald. non est generaliter vera, ꝙ per torméta haberi possit veritas per iudicem. nam iudices omnes non habẽt potestatem hac torquendi, vt not. in l. imperiũ. ff. de iurisdic. om. iudi. sat est, ꝙ ob metũ iudicis, & arbitri qui possunt eos punire, attendant ad veritaté deponẽdã ipsi testes. cũ potestas tam iudici, quã arbitro de iure sit concessa puniendi.

¶ Prædicta autem, ꝙ attestata, ꝙ cõfessiones, & alia acta probent, amplia, & restringe, et per Bartolum Paulum de castro Iaso. Deci. & omnes alios in l. ij. C. de edend. & per Abb. Felyn. & alios in c. causamq;, el primo, de test. vbi late per eos, & quia non est materia arbitralis non insisto, ibi enim loquuntur in iudice ordinario, quod in omnibus intelligendũ est in his arbitris statutarijs.

25. Arbitri depositio † an probet, & quia

quia in diuersis locis tangitur quæstio hæc per scribentes,& per plura capita declaratur, ex dictis tamen omnium, procedam distinguendo, vt infrà. &c.

Primò,aut deponit tanquam simplex instructor.

Secundò,aut tanquam testis, & tunc. Aut partibus consentientibus.

Tertiò,aut altera inuicta,& tunc con-sidero tria tempora.

¶Primum in quo pendet iudicium coram arbitrio.

¶Secundum in quo pendet iudiciũ coram alio iudice,finito compromisso,& causa non iudicata.

¶Tertiũ in quo sententia lata per arbitrũ,causa pendet p appellationẽ,vel alio modo coram alio iudice.

¶Videamus de primo quãdo deponit, vt instructor, de quo loquitur text. in .c. cùm dilecti, de accusa. & gloss. in.c.de concilijs.xviij.distin.& tũc dico, quòd facit qualem qualem probationem, & posset esse talis, quòd faceret plenam fidem,& hoc relinquitur arbitrio iudicantis,vt no.Imo.in.c. ij. de testi.in inte.& eum refert, & sequitur But.in.c.à nobis.de test.colum.v. in fi.subdens quod ei plena fides non est adhibenda,quia sæpe tuentur iudices,& arbitri facta sua.l.eum qui.ff.de iud.c.inquisitionis.§.fi.de accusa. idẽ sentit Card.in.d.c.cùm dilecti, & ibi Ioan.de ana.in.iij.notabi.& Felyn.ibi in.iiij.nota.hoc idem vult Ancha. Domini.Cardi. Alex.in d.c. de concilijs, Imo.But.in.c.non fine de arbi. Rom. in.l.j.§.fi.col.iiij.ff.de verbor.obligat. & Felyn.in.c. cùm à nobis,colum.iij. in verbo, fallit secundo de test. quod idem dicit Fely.ibi.post Imo. & But. esse, etiam quod essent plures arbitri, & ita tenet Steph. auffer. in tracta. de testa. reproba. in verbo arbitee fallentia.ij.

26 ¶†De secundo autem quando deponit tanquã testis, dico ꝙ si partes ipsæ assentiunt,& contentantur,ꝙ in causa deponat, tunc ob voluntatem ipsarũ, partium,valettalis attestatio,no.But. & Imo.in.c.ij.de arbi.per.c.dilectorũ, de test.cog.& eos sequitur Fel.in.d.c. cùm à nobis,de test.col.pen.versi.fallit quarto.ratio autem est,quia arbiter repellitur à testificando ob affectionẽ quam habet ad causam propter laudẽ, & vituperium,quod sibi posset iniungi,vt dicunt omnes docto.in.d.c.cùm à nobis,quam obiectionem partes ipse possunt per consensum amouere,cùm illud nulli noceat nisi ipsis partibus, & ex quo possunt renuntiare per not. in.l.si quis in conscribendo.C.de pac. & in.c.si diligenti,de foro compet. & sequitur Stepha. auffe.in .d. tract. de test.reprob.in versi.arbiter.in .iiij.fallentia.

¶Intellige prædicta,quando essent plures arbitri,nam tunc alter posset deferre iuramentũ,& recipere veritatem à socio,& ex tali attestatione cõcurrere in opinionem cum alio in iudicando,& tunc cessarent omnia quæ infrà dicuntur, quando arbiter attestatur coram seipso, cùm in eo qui solus est militant etiam quando partes non consentiunt. nam cessat ratio, cùm partibus imputetur, quod eos elegerint, qui debebant esse testes, de quo per Baldum in capit. dilecta, de test.cùm in hoc casu ambæ partes asen serint.

27 ¶†Sed nunq possunt ipsæ partes paci-

cisci,quòd stetur dicto testis vnici, & ei plena fides adhibeatur? Specu.in titu.de test.§.restat,versicu.xxiiij.dicit partes ipsas posse hoc facere,cùm etiã testimonio aduersarij,stari possit.adducit text.in.l.fi.C.de fideicom.& in l.fina.C.de senté.pas.hanc decisioné, sequutus est Alexã.Areti.Soci.Ias.in l.prima.§.fi.ff. de verborũ obligatio. & Ioã.Crot.ibi, & reliqui repetentes, adducitur dictum Barto.in.l.fin.ff.de præt.stipu.hoc idem voluit Roma. in.d.§.fi.adducens text.in.l.Theopõpus.ff.de dot.prçallegata.qué tex.pro singulari allegat Bal.in.l.directas.C. de test.man.& in.l.iudices.C.de senten.idem determinat Fely.in capi.veniens,colum.penulti.versicu.iij.inquantum,& in.c.super,in fine de test. & Iaso.idem determinat,in.l.admonendi,col.lxij.nume.xx.ff.de iureiurando.& in.l.iusiurandũ,columna.ij. ff.eodem,dicit quòd ista est communis opinio,& Alexan.in consilio.liiij. incipiente circa id quod quærit colũ. prima,versicu.& puto, volumi.ij.qui dicit, quòd ista est magis communis conclusio, & in cõsilio.lxvij.viso themate,colũna.ij. & in consil.cij.super primo,colũ.iij.versi.sed præmissis eo. volu.secundo.

¶Nec obstat,quod obicijtur non posse hoc fieri per statutum, ergo nec per pactum, quia respon.Ioan.Crot.vbi supra quòd vbi tractatur de præiudicio partium,plus potest pactum, quã statutum.capi.tuis.de test.l.fina.§.fi. C.de temp.appel.

28 ¶† Intellige præmissa procedere quãdo partes ipse asenserunt stare dicto, & personæ.nam tunc facit plenam fidem: secus si consenserunt in personam tantum, ita determinat Bald.in l.in bonefidei,colum.fina.versicu.sed dubitatur.C. de rebus credi.& Saly. ibi colum.vij.versicu.circa prædicta, dicens, quòd si partes conuenerunt in personam tantum, idest, vt testificaretur consenserunt, tunc solum probat semiplenè,& eius dictum reprobari potest.l.si quis.C.de test.hãc decisionem sequitur Alexand.Soci. Iason.& reliqui omnes,de quibus suprà,contra tamen eius personam crimen, seu alius defectus opponi non potest,vt est glos.celebris,in.§.licet in verbo suplicijs, in authenti.de testi. & Cors.habet hoc pro singulari in singularibus.suis in verbo testis.el secundo, & hoc nisi superueniat causa de de nouo,vt vult Alciatus.in repititio. dictæ.l.primæ.§.fina.ff.de verborum obligationibus.

29 ¶† Sed quid si post approbationem factam de eius dicto, & persona velit pars quæ ascensit probare contrarium illius quod deposuit testis, an possit Bald.in dicta.l.in bonefidei sen sit,quòd non dicens quòd vbi talis testis est approbatus in dicto, & persona,non licet eius dictum infringere, sed clarius Salyce.hoc determinat ibi, dicés quòd plenè probat,nec possunt cõtrauenire,quia etiã vim iudicis obtinet,per textum, in.l.quæstioné.C. de fideicõmis.Alcia.in.d.l.prima.§.fi. ff.de verborũ obligatio.col.vj.versic. quarta declaratio impugnat dictũ hoc per tria fundamenta.Primo quia vbi lex statuit stari dicto vnius.tñ põt cõtrariũ probari,vt per Baldum,Salyc. in.l.j.per illum tex.C.de re iudica.& est cõclusio Canonist.in.c.proposuisti.de probatio.& argu.de lege ad cõ-

tractum

tractum valet.l.non impoſsibile.ff.de pactis.Secundo adducit Barto.in.l.ſi conuenerit.ff.de re iudi.vbi ſi per partes eſt conuentū de ſtando ſententiæ per cōfidentem partiū proferendæ,nil minus poterunt appellare. Tertiò qa ſi teſtator mandat, quòd ſtetur libris certi mercatoris tātū,circa certā mercantiam,tamen poterit contrariū probari,vt videtur voluiſſe Abb.in conſi.lj.volu.primo.

¶Credo opinio. Bald.& Salyce.eſſe veram,nec deducta per Alcia.ei reſiſtere,& in hoc id præſupono,quòd producens teſté non poteſt,ex poſt regulariter contra eius perſonā quicquam opponere,cū eum producendo approbauerit,vt eſt text.in capi.præſentiū, de teſt.&.in.l.ſi quis.C.de teſt contra tamen eius dictū,quia de eo non potuit præſcire,poteſt opponere,vt in dicto capi.præſentiū,& ibi gloſ.& Abba.& alij omnes.Altera auté pars poteſt opponere contra perſonā,& dicta ſed ſi per actoré producitur teſtis, & per reū inſtatur,quòd examinetur ſuper tota cauſa,& ſic per ipſum approbatur:tunc nō poteſt quicquā opponere cōtra perſonam teſtis.lex,& ibi gloſ.& Abba.in capitu.de teſtibus,de teſt. Et ſic productio operatur, quòd opponi nō poſsit cōtra perſonā,eodé modo dico,quòd ſi fuerit approbatus quoad dicta, quòd eo tunc nō poſsit oppouere quia approbando quoad dicta, operatur hoc, qđ vult ſtare eius iuramento,& depoſitioni: nec poteſt excuſare ſe,ꝙ ignorauerit quid eſſet dictūrus:quia ipſi eſt imputandū,cur eum approbauerit:vt eſt in delatione iuramenti.per text.in.l.j.C. de rebus cred.& in.l.quod ſi differente. ff.de dol. Dictum nanq; approbando videtur velle ſtare eius iuramēto,& vt dicit textus,in dicta.l.j. ſtari religioni debet,& facit text.in ratione ſui in.l. dié proferre.§.ſtari.ff.de arbi.ibi imputandum eſt ei qui ſe compromiſit, & iſtud eſt,quòd dicit Salyce.in dicta. l.in bonefidei, quòd per approbationé,vim iudicis obtinet, vnde ad eius ſimilitudinem nō debet poſſe retractari,ſed exequi,vt eſt text.in.l.actori.C. eo.de rebus credi.

¶Non obſtat primum, quòd poſsit contrarium probari, quando per legem diſpoſitum fuit, quod ſtetur dicto vnius, quia intelligendum illud eſt, quando depoſuit pro veritate,& ſit teſtis idoneus: nam illa generalitas reſtringitur ad habilitatem, vt in .l. prima .C. de ſacro ſanctis eccleſijs, quemadmodum, & lege cautum eſt,quod duo teſtes faciūt plenam fidem,id tamen intelligendū eſt ſi ſunt habiles, & deponant pro veritate, & conceſſum eſt à lege vt poſsit opponi,& cōtrarium probari,vt in.§.quia ita,in authenti.de teſt.& in.c.forus in fine.de verb.ſignifica.

¶Præterea plus operatur pactum in particulari, quando agitur de præiudicio ipſarum partium,quā quod operetur ſtatutum in vniuerſali, quia ſibi ipſis poſſunt præiudicare plus,quā per legem.poſſunt enim tollere iuramentum,& conuenire,quod teſtis deponat ſine iuramento.c.tuis de teſt.ꝙ non poteſt lex, quia eſt cōtra eius diuinum.

¶Præterea partes poſſunt amouere appellationem.per tex.in.c.veniētes, de iureiuran.& tamen lex,non poteſt. l.fina.in fi.C. temp.appella.&.l.j.§.j.

ff.j.qui.app.lic. prout deducunt scribentes,& præcipuè Ioan. Crot.in.d. l.prima.§.fina.ff.de verbo.obliga.

¶Non obstat dictum Bartol. in.l.si conuenerit, quia ibi solum consenserunt in committendo causam,& consenserunt,vt sententia feratur secundum consilium,qui consensus nō tollit appellationem;sed secus est in quæstione nostra, vbi partes promiserūt stare dicto testis.nam si consensissent simpliciter quòd examinaretur, non possent opponere contra personam tantum, sed contradictum admitterentur, ita ibi consenserunt, quòd sententia ferretur: attamen non promiserunt stare ei, & ex eo admittuntur ad appellādum,vt declarant Alexan.Iaso.& reliqui in dicta.l.si conuenerit.

¶Non obstat cōsilium Abba.quia est casus diuersus ab eo de quo agitur, quia ibi non tractabatur de probando contrarium contentorum in libris illius mercatoris: sed de supplendo illis libris per alium librum conscriptum per illum mercatorem,& multa alia concurrunt ibi, quæ non sunt in casu præsenti.nā agitur de cōiecturanda mente testatoris,hic autem sumus in verbis claris prolatis per ipsas partes;& sic nō facit in propositū quæstionis nostræ,vt videri clarè potest in dicto consilio.

30 ¶†Intellige,& secundo dictā decisioné procedere quando partes per consensum possunt sibi ipsis præiudicare, & si ipsi confiterentur,esset validum, & firmum,secus autem in his,in quibus,nec per pactum,nec per confessionem propriam possunt præiudicare, vt puta in dissoluendo matrimoniū, vt not.in cap.tuis,de test.partes enim videntur fateri ea,quæ dicunt p testé in quem cōsenserunt,vt est glos.in argum.in.§.primo,in authenti.vt diff. iudi.in verbo conuentum, & iudex debet sententiam ferre, secundum ꝙ partes conuenerunt,non quòd sit plene probatum,per not.in.l.si conuenerit.ff.de re iudi.

31 ¶† De tertio quando deponit altera parte inuita considerando primum tempus quando pendet iudicium coram ipso arbitro,an posit esse testis, & examinari in ea causa in qua est iudicaturus de his,quæ ipsi sunt not.& reperio quod Albe.in tractatu de test. loquens in iudice tenet,quod eius attestatio debet procedere, & sit bona motus per textum in.l.ob carmen .§. primo.ff.de test.vbi inquit iure consultus esse indubitabile,vt magistratus,siue præses posit admitti in testimonium, si præsens fuit.Nec obstat secundum eum si quispiam diceret,ꝙ ille textus est intelligendus de magistratu nolente testificari coram alio magistratu,quoniam hoc non apparet ex litera illa,quæ simpliciter loquitur dicit enim magistratū admitti posse.

¶Præterea nulla versatur dubitatio, quominus vnus magistratus posit apud alium testificari, non enim dignitas impedit officium testificandi, imo auget fidem.l.ij.ff.eodé titulo.& ideo cū non videatur bene respōsum ad.l.ob carmen.pōt itaque poni secundū ipsum hæc conclusio, quod iudex etiam pēdente iudicio coram ipso poterit testificari de his,de quibus non est sententia lata, dummodo dictum suum ab aliquo interrogatore à partibus electo recipiatur, vel à tabellione publico

publico defferente sibi iuramentum, vel etiam ab alio præside, vel magistratu, hæc conclusio optime probatur in dicta.l.ob carmen, probatur etiã, quoniã hic nulla affectio, vel commodum versantur ex parte iudicis, vt non admittatur ad testificandum.

¶ Præterea non reperitur lege prohibitum, ideo admittendum, vt in.l.prima.ff.eodé. Nec obstat secundũ eum. c.statuente.secũda quæstione.vj.quoniam potest responderi dupliciter primo, ꝙ ibi loquitur in iudice qui cognouit de causa, quo casu cũ ibi versẽt affectio, vt dicatur bene pronuntiatũ, repellitur à testificando, vel aliter ibi loquitur in clerico, qui non debet testificari regulariter, maximè sine licẽtia superioris, vt declarat illud.c.in fine sui. Non obstat etiam secundum eum, si dicatur, quòd idem erit iudex. & testis, quoniam respondet hoc non esse impossibile respectu diuersorum, quoniam inquantum non erit iudex, non possunt pronuntiare solum ex dicto ipsius iudicis, imo erit necesse, vt alium habeat cõtestem, nõ enim vult, vt sibi credatur, nisi vt vni testi, & sic dictũ suum supplebitur per alium testem. Nec esset verisimile existenté in officio iudicandi, cui committitur cognitio iuris cũ iuramento.l.ré nõ nouam.C.de iudi.aliter debere testificari, quã veritas disponit. Nec obstat similiter secundum eum, si dicatur, ꝙ iudex videbitur suspectus quia habebit affectionem ad conseruandum dictum suum, quia respondet, quòd si erit solus testis nõ versabitur affectio, quia ex vno teste nõ põt sequi condénatio, si vero erit alius cõtestis, dicit quòd nõ versabitur affectio, quia sententia iudicis reprobantis testes, non habet infamare ipsos testes.l. Lucius §.quæro.ff.de his qui not. infam. Ité quia astringitur duplici iuramento, scilicet, iuramento rectè iudicandi, & rectè testificandi, si autem malè iudicaret, faceret litem suam: vnde propter iuramenta, & pœnam malè iudicandi, non est verisimile iudicem malè iudicaturum: & hoc procederet in iudice ordinario, si autem esset delegatus, tunc fatetur, quòd à principio est remouendus ab officio iudicandi, vt possit testificari.c.dilecto, extra eodé, ratio differétiæ est, quia facilius remouetur delegatus, quàm ordinarius.

¶ Aliam opinionem tenuerunt omnes qui in hac materia scripserunt, concludentes coram se non posse arbitrũ examinari: ea ratione, quia in eadé causa non debet quis fungi duplici officio.l.quisquis.C.de post.l.fina. C. de assess. nec debet esse iudex, & testis simul, cum alius debeat esse iudex, alius testis, & alius examinator, alius examinatus.capi.primo, tertia quæstio.tertia.c.forus, de verb.significa.c.fina.de institu.

¶ Præterea arbiter, & iudex debet iudicare secundum allegata & probata, non autem, secundum eius conscientiã.l.illicitas.§.veritas.ff.de offi.præs. &.c.vendicet, tertia quæstione septima, & dicam infrà in sexta, & septima quæstione, non quæstionis principa.

¶ Præterea, quis non est idoneus testis, nisi sibi iuramentum defferatur, citetur, vel moueatur, quòd iuret, vel saltem admittatur ad iurandum. not.in.l.presbyteri.C.de episco.& cleri.& in.l.post legatum.§.is verò.ff.de his quibus vt indignis, & in.l.tertia, in

principio. ff. de iureiurando. sed hoc nemo potest facere in seipso, scilicet se citare, monere, admittere, vel sibi ipsi defferre, per prædicta: ideo nõ poterit coram se testificari.

¶ Præterea est text. secundum Abba. in cap. dilecto, de test. vbi remouetur ille iudex, & causa supenditur ad hoc vt posset esse testis in ea causa.

¶ Hanc conclusionem tenuit Iacob. de Areti. Cyn. Bartol. Bald. Ange. Paul. de castro. Ioan. fab. Salyc. Arer. Alber. in. l. ne in arbitris. §. si autem. C. de arbitris, Glo. Flor. Iaco. de sancto Geor. Salycetus in. l. ob carmen. §. primo. ff. de test. Ioan. Cald. Butr. Card. Imol. Abba. Areti. Bald. Felyn. in cap. cùm à nobis de test. Henryc. Boyc. in ca. quoniam contra de probatio. & in. c. dilecto, de test. Lanfran. in dicto cap. quoniam contra in vigesima quarta columna. versiculo quæro quinto, & in tractatu de arbitris, in vigesima septima quæstiõe, septimæ quæstio. principa. Nel. in tractatu de testibus in verbo iudex. Flor. in. l. quoties. §. fina. ff. de probatio. Stepha. auffer. in tractatu de repro. test. in verbo arbiter. Dominicus de sancto Geminia. & Preposi. Alexand. in cap. statutũ, secunda quæstio. sexta post glos. ibi.

¶ Nec obstat deductio tex. in. l. ob carmé, quòd ibi iudex generaliter potest ferre testimonium, non considerato, quòd nollet, quia dico, quòd imò lex ibi imperat. nam cui dubium est, quòd magis credendum sit existenti in magistratu, quàm alteri, istud ibi lex non decidit, sed illud quod erat dubium determinat, videlicet, quòd magistratus (si præsens est) testimonium dicere debet, & compellatur, & istud est, quod text. subiungit, quod p Senatũ fuit decisum prętoré debere deponere in causa adulterij, qa hoc pretor renuebat, cùm etiam compulsio sit de natura legis, vt in. l. legis virtus. ff. de legib. & in hoc textu non possit considerari alia virtus nisi compulsionis.

¶ Nec obstat quod dicatur, quod duo officia possunt concurrere circa eandem personam, quia id verum est quãdo sunt compatibilia, vt in iuribus superius allegatis. quod non est in casu præsenti per iam dicta, & etiam quando non essemus in iurisdictione contentiosa per nota. in. l. si consul. ff. de adopt. & ita dicit Bald. in dicto. c. cum à nobis. nam in voluntarijs procedit, in contentiosis non.

¶ Intellige prędicta etiam, quod essent plures arbitri, nam vnus non poterit ferre testimonium coram alijs. Imputent enim sibi partes, quæ eum elegerunt. ita determinat Bal. in. c. dilecta, de test. quamuis in. l. ne in arbitris relinquat cogitandum, & Lanfran. in dicto tractatu de arbitris quæstione vigesima septima, dicat contrarium, & malè allegando Bald. in dicto. c. dilecto, quod verum dicas, vt iam dixi, nisi partes assentiant cum his possint renuntiare, cùm sint inducta in earum fauorem.

32 ¶ † In secundo tempore quando iudicium pendet coram alio iud ce, vel arbitro causa non iudicata, sed finito cõpromisso, aut per mortem alterius arbitri, aut partis compromittentis, aut lapsu temporis, vel ex aliqua alia causa, secundum quod enumerauimus supra, in septima quæstione principa. in principio, tunc dico ꝙ arbiter poterit esse testis, text. est in. c. dilecto, de test. & text.

& tex.in dicta.l.ob carmen.ff. de test. quia etiam cessat ratio de qua infra, quod nulla est laus, aut vituperium, ex parte arbitri, ex quibus insurgat affectio de qua dicam infra, & istud est quod tenent omnes Canonistæ suprà enumerati in dicto.c.cùm à nobis, & in dicto.c.dilecto, de test. & in dicto.c. statutum.secunda quæstione sexta. & in dicta.l.ne in arbitris.C. de arbitris, & omnes alij de quibus mentionem feci suprà, in præcedenti articulo, in versicu.hanc conclusionem.

¶Intellige tamen hoc, quòd ipsi non credatur plusquàm vni testi.c. ex quadam.de testibus, & ita cōcludunt omnes docto.in locis suprà nominatis, & Felyn.in dicto.c.cùm à nobis, in prima fallentia.

¶Limita prædictam conclusioné non procedere quando per arbitrum didicita sunt testificata. nam tunc de causa cognouit, ideo non est amplius idoneus testis, vt dicit Flor. in .l. quoties. ff.de probatio.adducitur tex. in dicto c.dilecto, & ita determinat Salyce.in dicta.l. ne in arbitris, & in dicta.l. ob carmen, & ibi Flor.& Iacob.de sancto Georgio, & Imo.in dicto.c.à nobis, de test.& Lanfran.in.d. tractatu de arbitris, quæstione.xxvij.

¶Limita secundo nó procedere quando arbiter ante finitum compromissum processisset ad aliqué actum per qué præsumatur affectus ad causam. ita not.Fely.post glos. in.c. dilecto, de test. in fine, quod idem dico quando ex attestatione posset laus vituperium vel quid simile iniungi ipsi arbitro, vt dicam infra in sequenti casu, nam tunc non potest attestari, per rationem superius adductam.

33 ¶†In tertio tempore quando sententia fuit lata per arbitrum, & causa pendet per appellationem, vel alio modo coram alio iudice, tunc facio duo capita, prout faciunt communiter docto.

¶Aut deponit super causa principali, & de iustitia sententiæ.

¶Aut deponit super actis ipsius causę, & processu ipso.

¶Circa primum quando deponit de iustitia sententiæ, tunc dico, quòd secūdum omnes doctores, nihil probat, nec eius attestatio est admittenda, vt est text.in c. statutum.ij.q.vj. & ratio est quia præsumptio est, quòd velit factum à se tueri, not.Innocen.in.c.ij.de arbitris, & ad hoc facit quod dicitur de procuratore, & proseneta, & aduocato, qui in factis à se gestis non possunt testificari, quia suspitio est, ne affectioné habeant ad id quod fecerunt, vt in authen.de testibus.§.sunt tres, & ita tenet Butri. in.d. l. ob carmen. ff. de testibus, & Guliel.de suza.in.l.j.§. primo.ff.si mes.fal.mod.dix. & Anto. de bur.post hæc dicit, quod ista est cōmunis opinio Legistarum. in consilio vigesimoquarto, quæstio hæc. colúna quinta, & istam decisionem sequūtur omnes doct.indistinctè, quos suprà retulit in dicta.l.ne in arbitris.C. de arbitris, & in.c.cùm à nobis, & in.c.dilecto, de testibus, & in dicta.l. ob carmé, & in alijs locis supra enumeratis, & precipuè Felyn. latè in dicto.c. cùm à nobis.colū.iij.versi.ij.conclusio, & datur per omnes regula generalis, de qua per Ioan.and.in additio. ad Speculat. in titulo de testibus.§.opponitur, versic.quid si administrator, quod nunquam adhibenda est fides testi deponenti de facto suo, quando ex eo laus, aut vitu-

 perium

perium, poteſt aſcribi, quod eueniret ſi arbiter deponeret pro fauore ſententiæ à ſe latæ. ideo repellitur.

¶ Limita prædictam concluſionem, vt non procedat quoties arbiter examinatur ad declarandum, id quod obſcurè dixerit in ſententia, vel laudo dando ſanum, & conuenienté intellectum verbis ſuis. ita not. Bald. in .d.l. ne in arbitris, colũ. ſecunda verſic. finaliter, & in dicto.c. cùm à nobis. de teſtibus, colũ. fi. verſicu. item ſuper ſano. & Floria. in .d.l. quoties, in fine, & Antonius de But. in .d.c. cùm à nobis, poſt Innocentium in dicto.c.ij. de arbitris, dicens quòd arbiter in declarando dictũ ſuum debet interroganti aſsignare bonam cauſam ſuæ declarationis, & hoc conſtat, quia alius non poteſt facere hanc declarationem, cùm ſit quid conſiſtens in animo, per nota. per Angel. in .l. ex facto, in principio. ff. de vulgari & pupillari.

¶ Iſtud reſtringit Aret. & Felyn. poſt eum, qui appellat ipſum dominũ ſuũ in dicto.c. à nobis, in quinta fallentia, vt procedat ſolum, quando iudex ex officio facit declarari per arbitrum, ſed ſecus eſſe dicunt, ſi per patrem, id peteretur, niſi vtraq; pars, aſſentiat, & hoc ob timorem ſubornationis, quémadmodũ videmus in teſte, vt in.c. per tuas, & in.c. cùm clamor, de teſtibus.

¶ Sed aduerte, quòd hæc argumentatio de arbitro ad teſtem non videtur procedere in caſu iſto. nã arbitrorum electio fit de amicis, in quibus partes ipſi confidunt, & recedunt à lite compromittendo propter ſpecialem confidentiam, quam habent de perſonis ipſorum, vt dicit Abb. in.c. fina. de arbitris, & dixi ſupra in ſeptima quæſtio. principa. in verbo morte partis. quo ſtante dico, quòd teſtes deducuntur in iudicio inuita altera parte, & de quorum perſonis non eſt habita confidentia, vnde ſi poſtea deducuntur per aliam partem ad declarandum ſuum dictum, eſt timor ſubornationis, quod nõ eſt in arbitro qui eligitur, vt bonus vir, & amicus vtriuſque partis, & per eas iam approbatus: ex quo nõ poſſunt eum improbare, & timere de ſubornatione, intelligendo de compromiſſo facto in forma ſtatuti noſtri, quando eſt compromiſſum in vnum, vel in tres. nam tunc neceſſe eſt, quod fiat per ambas partes approbatio, vel tertij vel ſoli arbitri. ſecus dicerem quando eſſet compromiſſum in duos tantum. quo caſu vnus arbiter pro parte eligitur, & alter parti alteri eſt ſuſpectus.

¶ Quod magis dicerem quando tractaretur de interpretando ſententiam appellationis, cùm ex forma ſtatuti, in ſecunda inſtantia ſit recurſus ad arbitrium boni viri: & illi arbitri ſunt electi vt boni viri, quo ſtante non eſt licitum eos improbare per nota. in .l. vir bonus. ff. iudicat. ſol. ſed ſi vellent vti iudices, non vti teſtes, declaratur eorum arbitrium. dic vt infrà in vigeſima tertia quæſtione .ix. q. principa.

¶ Limita ſecundo præmiſſa, vt non habeant locum quando arbiter deponit contra ſententiam, & ſemetipſum, nam tunc eius atteſtatio admittitur, vt not. Cald. But. Abb. Imol. in dicto c. cum à nobis, & per eoſdem in dicto c. non ſine, de arbitris, per illum text. & latè Felyn. in dicto.c. cum à nobis, fallentia. ſeptima, & Stepha. auffe. in dicto tractatu de repro. teſta. in verbo arbiter.

Intellige

¶Intellige prędicta, vt procedãt quando deponit contra sententiam allegando probabilem errorem, secus autem, vbi allegaret turpitudinem suam, & quæ redderet eos criminosos tali crimine, per quod testificari nõ possent, nam tunc non admitteretur, per textum in.c. nemini.' decimaquinta, quæstione tertia, & in .c. penulti. de conf. & in.c. veniens, de testibus, ita Abb. & Fely. post ipsum in dicto.c. cum à nobis, & dicit post Butr.in.c. non fine, de arbitris, quòd si detegitur per talem attestationem turpitudo, quæ prima facie sonat in delictum, sed aliquo casu potest esse licitum, tunc non dicetur allegare turpitudinem, vt si pro iure spirituali sit data pecunia, quod prima facie sonat in delictum, vt in dicto c. nõ fine, cum aliquo casu, id tale concedatur, vt in.c. nisi essent de præbendis.

¶Limita tertiò, quando per talem attestationem nemini fieret præiudicium, vt per Anchara. & Domi. in dicto cap. de concilijs. xviij. di. & sequitur Felyn. in dicto.c. cùm à nobis. fallentia sexta, allegat Rot.' in decisione. lxxxvj. in antiqs, & Stephanus auffe. in dicto tracta. de repr. test. in verbo arbiter, fallentia. vj.

¶Limita quartò, in his quæ alijs non possunt esse nota. & sic in subsidium admittatur, vt per Butr. Abb. Imo. in d.c. cùm à nobis, & per Felyn. ibidem fallen. ix.

¶Limita quintò, & vltimo in arbitro qui admittitur, & examinatur ad solemnizandum instrumentum, vel actum, vt puta, quòd existens arbiter facta aliqua conuentione inter partes, & ex hoc confecto instrumento fuerit positus in eo pro teste. nam tunc poterit si causa fuerit reducta in appellatione examinari ad iustificandum tale instrumentum, vt per Butr. Imol. in dicto.c. non fine, & per ea quæ not. Innocentius, in.c. ex literis, de transactio. & Felyn. in dicto.c. cùm à nobis, fallen. tertia.

¶Circa secundum quando deponit de actis, & de ipso processu videndum est de duobus.

¶Primo, an possint esse testes.

¶Secundo, an probent.

¶In primo casu dum quæritur, an possint esse testes docto. omnes in dicto.c. cùm à nobis. de testibus. & in cap. non fine. de arbitris. & in .l. ne in arbitris. C. de arbitris, & in .l. ob carmen. ff. de testibus, & in.c. statutum. secũda quæstione sexta. & in locis superius narratis, concludunt istos arbitros posse esse testes, dum deponunt de processu.

34 ¶† In secundo casu, quando quæstio est an probent. Iaco. de aret. Cy. Bart. Bald. Ange. Albe. Paulus de cast. in.l. ne in arbitris, indistinctè tenent, quòd quando agitur de processu, duo plenè probant, & vnus semiplenè idem voluit Bald. in dicto.c. cum à nobis, & ibi Anto. de But. Henrye. Boych. in.c. dilecto, de testi. & Lanfran. in.c. quoniã contra de proba. in verbo testium, ver. quæro quinto.

¶Alij sunt qui distingunt, quòd aut arbiter deponit de gestis à se, & ei non creditur nisi quantum ad præsumptionem, & informationem, vel contra factũ propriũ, vt dixi suprà in. ij. limitatione, aut de gestis corã se: & tũc ipsis est eredẽdũ. ita determinat Io. Cal. in d.c. cũ à nobis, quẽ ibi sequit Card. Abb. Imo. & etiã Hen. Boych. in.c. qm̃

contra de proba. Saly. Floren. Iaco. de sancto Georg. in. l. ob carmé. ff. de test. & Salyce. in. d. l. ne in arbitris, & Flor. in. l. quoties. ff. de proba. & Lanfrã. in tracta. de arbi. quæstio. xxvij. vij. quæstio. principalis.

¶ Intelligit tamen Abb. in dicto. c. cũ à nobis, istud secundum, vt non procedat quando ex illo actu, quòd sit gestus, vel non gestus insurgeret laus, vituperiũ, aut interesse aliquod ipsi iudici. nam tunc non est ei credendũ nisi in defectum ꝓbationis, & hoc modo intelligit glo. in. d. c. cum à nobis.

¶ Ex præmissis vides varietatem in hoc articulo esse inter docto. ideo in hac materia puto distinguẽdum esse, secundum quòd casus cõtingere possunt coram arbitro sequendo distinctionem prædictam, quod aut sumus in actis gestis ab ipso iudice, & tunc aut sunt acta, quæ in consequentiã veniunt ad approbationem, & validitaté sententiæ, vt puta quòd arbitri attesté tur dedisse terminum probatoriũ vel quòd dicant admonuisse partes ad iurandum testes, & examinandum: vel quòd dederint iuramentum testibus: vel quòd detulerint iuramétum parti alteri: vel de calumnia, vel de affectione, vel decisiuum: vel quòd fecerint aliquem similem actum qui sit de ꝓcessu, & venit ad firmandum ipsam sententiam, in omnibus istis casibus & alijs similibus puto, quòd attestationes arbitrorũ, siue vnius, siue plurium nil probent quia acta hæc sunt de processu, quæ veniunt ad demonstrandum, quòd sententiam iustam, vel iniustam tulerint, cũ per hos actus posset inferri dolus, vel culpa in arbitros, si hæc non fecissent. & ita intelligas omnes prædictos doct. qui dicunt, quòd de actis gestis à se nõ probant, nisi quoad præsumptionem, vel instructionem, vel contra se, vt exemplificetur in prædictis, & alijs similibus casibus.

¶ Aut sunt actus gesti ab arbitro, qui non respiciunt sententiam ipsam aliquo modo, nec eius solennitatem, vt puta, quòd arbitri mandauerint rem, de qua erat lis, debere deponi penes Titium, vel alium: & quòd viderint eam deponi, vel quòd neutra pars colligeret, aut moueret fruct⁹ rei de qua agebatur, vel quòd mandauerint locum aliquem de quo ageretur obturare, vel quòd obturari fecerint, vel ꝙ iusserint, quòd non ædificaretur per alterã partem vsq; ad expeditionem causæ, vel quòd fecerint aliquid aliud simile, quid non respicit validitatem, aut inualiditatem ipsius sentétiæ, vel culpam, aut iniuriam, vel dolũ ipsius iudicis, quòd talia omiserint, aut non omiserint. tunc in his casibus, & similibus qui euenire possent puto arbitrorum attestationes, (si plures fuerint) probare plenè, nam si electi fuerint tres, & duo deponuntur prædictorum alterũ esse verum plene erit probatũ, & magis probatũ si omnes tres id dixerint, & ita intelligo eos qui dicunt, iudicum dictis standũ esse.

35 ¶ † Aut facta est electio vnius arbitri tantum, & dico, quòd aut arbiter producitur ad instantiam partis appellatæ, & tunc eius attestatio sola nõ probat, quia cum examinetur contra appellanté, cõtra quem ipse arbiter præsumitur habere malũ animũ, nam iudex offenditur per appellationé quãuis non sit iniuria per quam agi possit, vt

sit,vt in.l.fina.C.quando prouoc.nō est necesse,& ibi gloss.in verbo iniuriam,& not.in.l.vt debitus,de appel. & iudex commouetur,quando ab eo prouocatur,quia appellatio arguit imperitiam,& iniquitatem iudicis.l.j.in princ.ff.de appel.& Imo.& Dec.in capitu.ad hæc,el primo,de appel.dicunt quòd hæc est sola causa allegandi iudicem suspectum,quādo appellatum est à sua sententia,& aliam causam habet coram se illius appellantis, & ita determinat But.in capitu.cū à nobis, de test.in quarta colū.versi.quintus, alleg.Specu.in titu.de test.§.j.versicu. quid si sunt tres,vbi dicit,quòd iudex à quo fuit appellatū non potest esse,testis contra appellantem,quia iudex ex appellatione solet indignari capit.suspitionis,de offi.delega.quāuis Areti. in.d.c.cū à nobis,dicat ꝙ ista causa sola non est sufficiens ad allegandū iudicem suspectū ob inimicitiā,& dicat, ꝙ ista est cōmunis opin.& idem dicat Præpo.in.d.capitu.ad hæc. Attamen negari non potest.ꝙ ex appellatione à communiter accidentibus iudex,nō indignetur,prout experientia docet, ex quo nō potest dici,ꝙ si testis integer.& ideo nō debet posse ꝓbare ipse solus.

¶ Aut arbiter producitur ad instantiā illius cōtra quē sentētia est lata,& sic partis appellātis,& contra eū qui habuit sententiā pro se examinatur, & tūc dico,ꝙ cū cesset suspitio & exceptio q̄ potest contra eū obijci,de indignatiōe,quia pars producēs est illa,q̄ læsa est per sententiā,& potuisset opponere hāc exceptionē & per productionē que fit de arbitro,eius persona approbatur.iuxta capitu.prǽsentium, de test.& altera per pars quæ sententiā habuit pro se non possit iuridicè contra talem arbitrū quicquā opponere:& sic ex vtraq; parte ꝑsonæ istius arbitri sit integra.ideo dico,ꝙ huic arbitro est plenè credendū,& plenā fidē ipse solus facit.concurrentibus tamen aliquibus alijs coniecturis,& hoc iuridicum esse puto,quia testi deponenti de gestis à se,quātuncūq; singularis sit,plena fides adhibetur text.est in.l. si quis decurio,in.iiij.oppo. C. ad.l. Corneliam,de fal.quod idem voluit Paulus de castro.in.l.quicunq;.C.de ser.fugi.dicens,quòd & si regula sit in l.vbi numerus.ff.de test.quòd duo,vel tres testes ad minus requirūtur,& in l.iusiurandi.C.de testi.ꝙ non sufficit dictū vnius quātuncūque magna prǽfulgeat dignitate illa omnia ꝓcedāt, & locum habeant quando interrogantur de facto alieno de quo habent notitiā per sensum corporeum.Attamē si de facto proprio attestētur,sufficiat dictum vnius.per illū text.nam si creditur vni seruo de facto ꝓprio,vt ibi, & in.l.quæro.in princ.ff.de edil.edic. forti⁹ debet credi homini libero,quāuis illi per torturam propter vtilitatē personæ,huic autem libero sine tortura credatur,hoc idem in terminis tenet Barto.in consilio.xix.in quæstio. proposita,in versicu.ad quod respondetur volu.ij.& idem Paul.de cast.in consilio.cccxxxj.visa petitione prædicta,colū.prima.in fine,in antiquis, ꝙ est in consilio.cix.volumi.ij.in nouis, vbi dicit plenam esse dandam fidē illi testi cum deponat ibi de facto ꝓprio, per text.in.d.l.quæro,secus si deponeret de facto alieno,quod idem determinat in consilio.ccclxx.visis actis,& actita

actitatis in fine,in antiquis,sed est in consilio.ccccv.in.ij. volumi.in nouis, idem etiam dicit in consilio.cclxxij. quia per primũ egregiũ consultoré in fine,in antiquis,quod est in consil.cclxxvij.volu.primo,in nouis,hanc doctrinã Paulus de castro vti veram,& iuri consonam,& sequutus est Soci.in consil.xlix.in causa episcopi,colũ.prima,versicu.quinimo fortius,& in cõsilio vigesimooctauo.colum.secunda, versicu.tertio quia. volumine tertio, & Deci.in consil.cccxlij.in causa partus suppositi,colum.j.versicu.j. est,& in consilio.ccclxiij.in causa quæ agitur,colum.j.versicu.& quia ista soror, & in consilio.cccccccl.in causa,vt vulgo dicitur,colum.j.versicu. & probatio prædictorum , quamuis Alexand. in.l.ij.in.§.si absens.colum.ij.versicu. item per istam glo.ff.si ex nox.ca.agadicatur hanc opinio.non esse verã per nonnulla quæ ibi adducit,quæ nõ faciunt in propositum:vt dicit ibi Iaso. Attamen idémet Alex.in consil.excvij.visis dubitationibus.colũ.ij.versicu. quia respondeo , volumine septimo,dicit prædictam cõclusionem esse veram:quòd si quis deponit de factis à se,quòd dicto ipsius solius standum sit,& quamuis etiam Iaso.in dicto.§. si absens.& in.l.nec his.ff.de acquirenda hæreditate,impugnet hanc opinionem per tria fundamenta ibi per eum adducta.Attamen idemmet Iaso.in.l. cunctos populos,in prima lectura,colum.penulti. versicu. confirmo.C. de sacro sanctis ecclesijs,simpliciter pertransit cum opinione prædicta Salyc. & Pauli de castro.ad text.in capitulo cum à nobis,de testibus,qui adducitur per Iasonem,contra prædicta facilis est responsio,quòd ex depositione iudicis in casu dicti capituli.cum à nobis.poterat insurgere laus,aut vituperium ipsi deponenti,vt communiter ibi intelligitur per doctores,& dixi suprà,secus autem hic cum in prædictis casibus de quibus agitur nullũ, aut vituperium , aut laus contingere posset ipsi arbitro:& ita intelligo doctrinam, præcedétem ,communem,vt habeat locum quando attestanti si ꝑsenecta erit,vel similis,vt eius depositio valeat quando nulla laus,nullum commodum aut vituperium contingere posset testificanti. Ad illud quod dicitur per eundem Iasonem,quòd legato non creditur,nisi sint aliæ coniecturæ,idem dico hic,& intelligũt scribentes,quòd aliqua alia coniectura cõcurrit cum illa depositióe arbitri,seu alterius ex suprà dictis. Ad tertium de regula generali que vult,quòd nulla causa est que vnius testimonio terminetur per text.in capitu.licet vniuersis de testibus,adductum per Iasoné, dico verum esse,quando deponũt tanquàm testes per sensum corporeũ visus,auditus,& tactus:secus hic vbi de gestis à se deponunt,& habét alias cõiecturas,vt iam dixi.

QVAESTIO NONA de Sententijs,earum Effectu,& executione.

Argumentum nonæ Quæstionis.

¶ Causa instructa,formatoque coram ipsis arbitris processu,adhibitisque solennitatibus tam ex statuti vi , quàm ex iuris communis norma requisitis, facta per arbitros partibus ipsis copia dicendi,

dicendi, & allegādi, inſpectis per vtrāque partem deductis, eorumque iuribus iuſte penſatis, recto ordine ad ſententiæ prolationem per ipſos arbitros deueniendum eſt, ex quo de ſententijs tractabimus per infraſcripta capita.

Summarium.

1 *Sententiam an poſſit proferre arbiter abſque eo quod videat cōpromiſſum & ſciat ſe eſſe arbitrum.*

2 *Quid ſi per partes facta eſt prorogatio, an de ea debeat habere ſcientiam.*

3 *Citatio an ſit neceſſario facienda ante prolationem ſententiæ arbitri.*

4 *Quid ſi per partes cōuentum eſt, quod arbiter ferat ſententiam ipſis abſentibus.*

5 *Quid ſi ſententia eſt lata ad fauorem non citati.*

6 *Quid ſi ſtantibus verbis ſtatuti, quod procedatur ſola, mera, &c. an teneat ad fauorem non citati ipſa ſententia.*

7 *Quid ſi eſt interlocutoria, an teneat parte non citata.*

8 *Quid ſi eſt in vltima die compromiſſi, an teneat ſententia ſine citatione.*

9 *Quid ſi terminus ſtatuti eſt prorogatus, an dicatur terminus ſtatuti vel hominis.*

10 *Sententia an per arbitrum poſſit ferri partibus abſentibus ſed citatis.*

11 *Sententiā in quo loco arbiter ferre debeat.*

12 *Quid ſi locus eſt inhoneſtus ipſis partibus.*

13 *Quid ſi locus non eſt tutus parti, vel aduocato, vbi arbiter vult ſententiare.*

14 *Quid ſi eſt ſuſpitio peſtis in loco ſententiæ ferendæ.*

15 *Quid ſi locus accipitur ſtrictè in quo iudicet arbiter.*

16 *An in quocunque loco ciuitatis poſſint arbitri iudicare.*

17 *Quid ſi arbiter locū elegit, an poſſit poſtea ipſum mutare.*

18 *Sententiam ferre debeat arbiter, an ſecundum eius conſcientiam & voluntatem, an verò ſecundum voluntatem à iure informatam.*

19 *Sententia ſi eſt lata ſecundum voluntatem arbitri, an teneat.*

20 *Quid ſi eſt lata ſecūdum voluntatem arbitri, & contra compromiſſum, an valeat.*

21 *Quid ſi ſententia arbitri contineat errorem iuris expreſſum.*

22 *Quid ſi cum cauſa erronea arbitri concurreret alia cauſa non erronea.*

23 *Quid ſi ſententia arbitri eſt lata contra conſuetudinem an valeat.*

24 *Quid ſi fert arbiter ſententiā contra ſtatuta ciuitatis.*

25 *Quid ſi ſententia arbitri eſt lata pretio, vel dolo arbitri.*

26 *Quod ſtandum ſit ſententiæ arbitri, quomodo intelligatur.*

27 *Sententiam arbiter an ferre debeat ſecundum allegata, & probata, an vero ſecundū ſuam conſcientiam.*

28 *Sentētiādo arbiter, an debeat ſeq. æqtatē.*

29 *Compromiſſum ſi eſt factum vno die, & eodem die eſt facta ſententia.*

30 *Arbiter an poſſit ſententiam dicere, ſi ſibi non conſtat de meritis cauſæ.*

31 *Sententiā ſi profert ſimpliciter, & eſt certum, ꝙ ſibi non conſtat de cauſa.*

32 *Sententia ſi eſt lata habita relatione ad acta, an valeat.*

33 *Quid ſi ex actis nō conſtat de quantitate.*

34 *Quid ſi in ſententia dicit, ſibi nō liquere de cauſa, an valeat ſententia.*

35 *Quid ſi ſunt plures, & vnus iurat ſibi nō liquere de cauſa, an cæteri poſſint ſententiā proferre.*

36 *Quid ſi ex actis conſtat de quantitate, & ad ea habita ſit relatio p ſniam, an teneat.*

37 *Quid ſi per ſententiā habita eſt relatio ad acta*

acta probatoria conditionaliter, an sententia valeat.

38 *Quid si habita est relatio ad acta cōditionaliter, nec est dictum, alias absoluo, an valeat sententia.*

39 *Sententia, si est lata per relationem ad aliqua extrinseca.*

40 *Sententia si est lata per verba conditionalia de futuro, an valeat.*

41 *Sententiam si ferat arbiter vltima die cōpromissi, an valeat.*

42 *Sentētia arbitri an esse debeat in scriptis.*

43 *Quid si est causa parua.*

44 *Quid si est interloquutoria an ferri debeat in scriptis.*

45 *Quid si est causa summaria, in qua proceditur summariè, de plano &c. an sit ferenda in scriptu sententia.*

46 *Quid si partes consentiāt, quod sententia feratur sine scriptis.*

47 *Noctis tp̄e, an arbiter sn̄iam ferre possit.*

48 *Quid si in die sequenti expiraret compromissum, an possit de nocte sententiare.*

49 *Quid si arbiter est de iure & de facto, an sententia valeat de nocte.*

50 *Consensus partium, an possit facere, quòd sententia feratur de nocte.*

51 *Consuetudo q̄ sententia feratur de nocte, an valeat.*

52 *Interloquutoria an valeat.*

53 *Si tres sunt arbitri, an duo sententiā ferre possint absente tertio.*

54 *Quid si absens reuersus velit sententiā ratificare.*

55 *Praesentes si sunt omnes arbitri, & taceat vnus an alij duo iudicare possint.*

56 *Omnes arbitri si sunt p̄sentes tēpore examinatiōis & allegationis, & simul habuerūt sermonē, vnus autem ante latam sententiā discedat, an alij possint iudicare.*

57 *Diuersas sentētias arbitri an ferre possint.*

58 *Vnus ex tribus arbitris cōdemnauit, alius absoluit à contentis in petitione & alius absoluit ab instantia iudicij, quae sentētia horum praualeat.*

59 *Plures sententias arbiter an possit ferre.*

60 *Super parte quaestionis seu causae, si sentētiam tulerit arbiter an valeat.*

61 *Semel de vna re si sententiam tulerit arbiter, an iterum de eademmet possit sententiam dicere, siue sit nulla, siue sit aliqua ipsa sententia.*

62 *Quid si est interloquutoria, an possit iterum de eadem re iudicare.*

63 *Quid si incontinenti arbiter mutaret sententiam.*

64 *Sententiam arbiter an possit corrigere, emendare, supplere, seu declarare.*

65 *Vnus arbiter, si condemnauit in plus quā alter, quae sententia praualeat.*

66 *Maior pars arbitrorū quae dicatur esse, an respectu omnium vel minoris partis.*

67 *Sententiam arbiter an ferre possit secūdū voluntatem partium.*

68 *Quid si contra eorum volūtatem sententiam tulerit arbiter, an valeat.*

69 *Quid si non est conuentum praecise, sed dictum in plus quā centū nō possit cōdenare.*

70 *Ab obseruatione iudicij an arbiter absoluere possit.*

71 *Si actor non probat, an reus debeat absolui per arbitrum.*

72 *Quid si est clausula sola, pura, mera &c. an possit arbiter sententiare in causa non probata.*

73 *Sentētia lata verbis enuntiatiuis, vt puta credo Titiū debere centū Gaio, vel pronuntio te posse petere, an valeat.*

74 *Si pronūtiat te condemnandum vel absoluendum in centū, an valeat.*

75 *Sententia lata in alium quòd cōpromittatur an valeat.*

76 *Sn̄ia si dicat pronūtio Titiū nihil debere Sempronio & si Sēproni⁹ senserit se grauatum,*

natum, ꝙ debeat iterum compromitti.

77 *Sententia quod si alterutra pars senserit se grauatā habeat facultatē cogēdi alterā partem iterum ad compromittendū infra certum tempus in alios arbitros.*

78 *Super duplo, crescēte in actione legis Aquiliæ arbiter an possit pronuntiare.*

79 *Diē solutionis vltra vel citra quā à lege sit terminatū, arbiter, an statuere possit: & quis effectus ex ea re oriatur.*

80 *Arbiter, an possit sententiare super fructibus, pœna, & interesse.*

81 *Si pronūtiauit sup principali omissis accessorijs, an iterū sup illis possit pnūtiare.*

82 *Arbiter an possit mulctare contumacem.*

83 *Super qualitate rerū si est differentia, arbiter an poterit cognoscere.*

84 *Generalem quietationem fieri debere inter partes, an arbiter iudicare possit.*


85 *Totam rem vni, super qua erat compromissum, & alteri quid aliud an adiudicare possit arbiter.*

86 *Super futuris an sententia lata per arbitrum valeat.*

87 *Reseruare aliquid in sententia, vt puta, expensarum taxationē, vel similia an possit arbiter.*

88 *Succedere adinuicem partes vt possint, an arbiter valeat sententiam dicere.*

89 *Litē suā an faciat arbiter malè iudicādo.*

1 VERO Primo: † An arbiter possit ad sententiam deuenire absq; eo quod videat compromissum, & sciat se esse arbitrum: & videtur quod sic, nam veritati omnia cedunt. c. veritate & ibi no. viij. dist. c. fraternitatis de frigidis & male. & veritas erroribus gestorū nō vitiatur not. Bal. in. l. j. §. itē solent circa medium primæ col. ff. de de offi. præfec. vrbis faciunt not. per eundē Bal. in. l. ex his in fi. C. de test. milit. text. in. c. j. §. j. de simo. in. vj. l. vulgaris. §. si quis. & ibi Bartol. ff. de fur. cū itaque secundū veritatē sit arbiter, nō videtur curandū an viderit & scierit se esse arbitrum.

¶ Facit præterea in simili: nam sufficit ꝙ verè sit impedimentum primi matrimonij ad hoc vt secundum licitè contrahatur, licet aliàs non habeatur fides, & scientia primi impedimenti. c. ij. de eo q dux. in mat. quā po. per adul. facit. c. ij. in fin. de hære. in. vj. vbi operatur heresis patris, licet de ea cognitio non habeatur, ad hoc etiam possunt adduci no. per Host. & Abba. in capitulo cum oporteat. &c. qualiter & quando, de accusat. dum dicunt sufficere aliquem esse infamatum verè ad hoc vt contra eum inquiri possit, quamuis de ipsa infamia non apparuerit, ex quo videtur dicendū ꝙ sufficiat arbitrū esse constitutum, & verè cōpromissum absq; eo ꝙ requiratur scientia & inspectio compromissi.

¶ Veritas tamen est, quod arbiter ad sententiam deuenire non potest, nisi prius viderit, & cognouerit compromissum. ita not. Bald. in. l. dicere. per illum text. ff. de arbi. nā potestas arbitri dependet ab ipso compromisso, vt dixi in. iij. quæstio. vj. qō. principa. per no. in. c. cū dilecta. de rescip. & in l. non distinguemus, §. de officio. ff. de arbit. Ideo de eo cognitio est habēda cùm de dependentia tractari nō possint, nisi habeatur prius cognitio eius à quo dependent. argu. text. & ibi no. per Barto. Bald. & alios in. l. de his. ff. de transa. & in. l. prima. versicu. ratio autem. ff. quemadmod. test. aper. not.

Ange.

Ange.in consil.xciij.cum lis & quo.ij. colum.volu.j.

¶Et maxime hoc procedit in casu statuti nostri, cùm isti arbitri electi ex forma istius statuti habeant iurisditionem saltem delegatam, vel prout dixi in secūda quæstione sextæ quæstionis principalis.& in habente iurisdictioné non cadit dubitatio aliqua, circa processum, & sententiam, quod nullius sit momenti quādo iudex est dubius iurisdictionis suæ, vt not.Barto.& alij post eum in.l.quæro.ff.de eo qui pro tuto.& in.l.sed & si de sua.ff.de acquir.hæredi.& idem Bar.& Soci.in.l.multū.ff.de cōdit.& demon.Ang.in rep.l.falsus in vlti.q. C.de furt.Canō.in.c.prudentiā, maximè Abb.& Barb.cir.fi.com.j. partis illius.c.de offi.deleg.Imol.in.c.ex tenore de for.cōpe.Inno.in.c.cum ex officijs.de prescrip.

¶Ad quod etiam faciunt ea que dicā infra in hac quæstio.in ea parte, de effectu cōpromissi in fine, in eo quod quæritur an presumatur cōpromissum precessisse.

¶Nec obstat ꝙ veritas attendatur, quia illud pcedit quādo aliquid opponitur veritati, nam tunc magis attendenda est veritas, vt in contrario, secus quando requiritur quod cū veritate aliud concurrat ad adminiculum veritatis, vt in casu nostro argumento eorū quæ nota.in.l.iubemus. & in.l.cū antiquitas.C.de testamentis.& in.c.primo.de fide instrumentorū.latè in capitulo quoniā contra. de probationibus.& licet sit verū, ꝙ sit factū compromissum, tamen hoc sit ad hoc, vt arbiter informetur qualiter procedere debeat, & in consequentiam terminare, cùm ex eo auctoritas sua dependeat, vt supra dixi, si itaq; cessat compromissum, quod est principale: ergo & accessorium.& sic dependés ab eo.l.quicunq;.C.de cōdi.ob cau.l.non dubiū.C.de legibus. cum similibus.

¶Nec obstat illud de matrimonio secundo, quia cōtrahens sciebat, & erat certus de primo impedimento, cùm esset in facto proprio argumento.l. error.& l.cùm quis.C.de iuris & facti ignorantia.

¶Nec obstat illud de heresi, cū multa specialia in se retineat, vt nota.in c.j.& per totum titulum, de her. Ad illud etiam de infamia, dic ꝙ illa inquisitio non ita dependet ab infamia sicut iurisdictio & eius exercitium à cōpromisso, ideo diuersa, ergo nō fiet illatio.l.fina.ff.de calumnia.l.si maritus.C.de donatio.inter vir & vxor. l.inter stipulantem.§.sacram.de verbo.obligationi.

2 ¶† Intellige prædicta procedere etiā quod sit facta prorogatio: nā si facta est de tempore ad tempus, & arbiter ignorauerit, non valet sententia: quia habet iurisdictionem limitatam: vt cùm nesciat prorogationé dicitur ignorare fundamentum iurisdictionis suæ.vt nota.Alexand.post Barto. in.l.sed & si.ff.de acquirenda hereditate.& Soci.in.l.multū.colum.finali. ff.de conditione & demonstratione. & ibi latè Imo.

¶Idem dico de prorogatione de persona ad personam, quæ fieri potest in iudice ignorante, vt in locis superius adductis, ꝙ tamen nō est in arbitro, quia est nouum compromissum vt dixi suprà in septima quæstione principali,

cipali,in verbo,prorogatio,in versiculo de tempore & etiam prædicta intelligo in quacunque prorogatione, siue de re ad rem, siue de causa ad causam, vt declaraui suprà,in dicto verbo, prorogatio,& ratio est.quia arbitri tantã habent potestatem,quanta est expressa in compromisso, & non vltrà . vt dixi supra in .vj .q. princi . in tertia quæst. cùm itaque addatur aliquid per prorogationem & arbitri ignorant, non debet valere,quia illud est fundamentum suæ iurisdictionis, vt suprà dixi.

3 S.E C V N D O, † Quæro an citatio debeat interuenire ante prolationem sententiæ arbitrorum? & in hoc dicas, quòd quædam est citatio, seu requisitio, quæ fit per arbitrum in alium arbitrum absenté, quãdo plures sunt electi. & de hoc vide per doctor.in.l.si in tres.& in.l.item si vnus. §.item si plures.ff.de arb.&.in.l.si vni ex pluribus.ff. de re iudicata aliquid in.c.prudentiam.de officio delega. & dicam infrà.

¶Alia est citatio quæ fit per arbitrum in partem quando pars citatur ad audiendam sententiam diffinitiuam & in hoc scrib . confundunt duas .q. de citatione & præsentia partis, sed prius videbimus de citatione, an debeat interuenire, postea quid de præsentia partium erit dicendum cognoscemus.

¶Guliel.de con.in.l. episcopale .C. de episcopa.aud . tenet, quòd citatio per arbitrum fieri debet, secus dicit in arbitratore, idem tenet Bald . in .l. ex compromisso. in rep . in . v . q . ff . de arb . Cano . in .c. quintauallis de iure iurando Socin . in tract .de citatio.xlij.par. vij. articu. princip. Lanfran. in tracta . de arb. xliij . q. per illam rationem quia arbitria sunt redacta ad instar iudiciorum lege prima.ff. de arbitris . & sic arbiter debet ordinem iuris seruare.l. si de meis.§.recepisse. ff. eodem facit etiam ratio Barto. posita in .l. si quis arbitratum.ff. de verborum obligationi.in.iij.col. circa medium, licet loquatur de arbitratore: nam ideo dicit arbitratorem debere citare,quia posset lædere partem per .l. nam ita diuus. ff . de adopti . & etiam pars posset trahere arbitratoré in aliã sententiam,quæ ratio pariter videtur militare in casu isto scilicet quando sumus in arbitro, quamuis istud vltimum magis congruat quæstioni infra dicen . de præsentia partis, vt ibi dicam, hoc idé tenet Imo.in.d.l. si quis arbitratu.ff.de verb.ob . in secunda colum,in prin.

¶Aduertas tamen quòd supradicta adducuntur in materia arbitri qui eligit ex mera voluntate partium , quæ ad hoc non tenetur ex forma statuti, vnde secundum communiter docto.videtur satis impertinens locutio, dicere quod arbiter possit & debeat citare,nam citatio pertinet ad nuntium publicum , auten .qui semel.C.quomodo & quando iudex, qui eligitur solùm per habentem iurisdictionem. l. fina .C. de spor. & arbiter non habet iurisditionem,sed notionem.l.notionem.ff.de verbo.sign.l. si se non obtulit .§. ait prætor.ff .de re iudica. ita Bald . in.l.ij.C. quomodo & quando iud.quem sequitur Socin . in tract.de citat. prima quæstio . artic . v . Baptista de sancto Blasio.in tracta.de arbit. & arbitr. lxx . q. ij. colum . circa finem. Contrarium tamen posset dici per

ci per tex.in.l.sed interpellatur.§.arbiter. & per dicta Bart.in.l.sancimus. C.de iudi.& etiam quia citatio est de iure naturæ introducta cle.pastoralis de re iud.no.per Bart.in extrauagan. ad reprimendum in ver.figura quæ natura est communis omnibus, & ex alijs rationibus posset substineri forsan quod non esset iniquum dicere, quod arbiter compromissarius propriè citare, non autem requirere, seu intimare debeat: prout dicunt supradicti. Tamen quia, vt dixi suprà in.q. viij.in ver.citatio. communiter tam Paduæ, quàm vbique seruatur quod citationes fiant per nuntios publicos, absq; eo quod constituatur per arbitrum. Ideo non insistā circa hoc quicquid enim sit de istis arbitris compromissarijs dico quòd quoad arbitros electos ex forma statuti nostri de quibus non est dubium quod posint citare per nuntium, vt in di.quæstione dixi.isti debent ad sententiam citare arg.eorum quæ not.in cap.cum specia li de appella.& per Anto.de Butri.& Abba.c.suspitiones de offi.delega.per Bar.Bald.& Ias.in.l.fin.C.de iudi.& in.l.ij.ff.à quibus appella.liceat, & per Soci.in.d.suo tractatu.de cita.in.lxij. ampl.vij. articu. in.iij. columna.nam cùm isti posint condemnare absentes, vt in seq.q.demonstrabo, certum est quòd prius debeant citare arg.no. in.d.l.nam ita diuus.ff.de adop.& in capi.nos quemquam secunda quæstio.prima.

¶Item habētes iurisdictionem de necessitate debent citare vt not.per Cano.in cap.primo de caus.pos.& pro.& in.c.ecclesia sanctæ Mariæ.de consti. & in.c.inter quatuor de maior.& obe. & in.l.de vnoquoq; de re iudi.maximè vbi agitur de magno præiudicio. prout no.in.d.clemen.pastoralis de re iudi.& quando requiritur cognitio vt nota.in.d.l.nā ita diuus, & in.l.in causæ.§.causæ cognitio.ff.de min.& in capi.fina.de sup.neg.præla.in sexto.sed clarū est quod isti electi ex forma statuti habent iurisdictionem vt dixi suprà in sexta quæstio.princ.in prin.ergo debent citare, & quemadmodum contrahitur hermodicium coram iudice vt dicitur in.l.properandum.§. sinautem reus.C.de iudi.ita & coram istis arbitris electis ex forma statuti cō trahit arbitri, vt infrà dicam

4 ¶†Amplia in tantum hoc esse verū, vt etiam si fuisset conuentum inter partes quòd arbiter posit ferre sententiam ipsis absentibus, nihilominus deberent ipsę partes citari ad hoc vt sententia sit valida per not.per Speculato.in titulo de arbitris, & arbitratori.§.excipitur.in fine ibi sed pone, & in.§.finali prope finem eodem titulo. Albericus, in.l. diē proferre.§. si quis litigatorum.ff.de arbitris faciunt not. per Alexandrum in dicto.§. si quis litigatorum in additio. Ad Bartol.

5 ¶†Item amplia vt etiam non valeat sententia arbitri parte non citata, cùm esset lata in fauorem non citati, vt notat Baldus in additio. ad Speculato.§. finali, versiculo coacti ea ratione quæ habetur in.l.furiosi. ff.de re iudicata, & in.l. ea quæ.C. quomodo & quando iudex, cùm citatio sit de ordine iudiciario. Ideo non valet iudicium ea omissa, argumē to notatorum in.l.prolatum.C.de sen tentijs ad hoc faciunt nota.per eundem Baldum in.l. si accusatoribus.

C.de

C.de accuſationibus, & per Antoniũ de Butrio, in capi.cauſam quę.de iud. Bartol. in.l. properandum. §. finautem reus. C.de iudi.& ibi etiam Ange. Pet.de Anchara.in conſil.cvj.Viſo proceſſu.

6 ¶ † Caueas tamen, quod Bartol.in extrauagã.ad repri.in verſiculo, ſine figura videtur dicere quod iſta non procedunt quando ſumus in cauſis, in quibus procedendum eſt ſine figura iudicij,& ſummariè.nam tunc poterit ſententia ferri pro non citato,& probatur per rationem quæ eſt quod alteri per alterum non acquiritur de iure ciuili. vt in .l. ſtipulatio. iſta.§. alteri. de verborum obligatione. & in.§.alteri inſtitu.eodem.ſed bene acquiritur de iure gentium,ſaltem ex naturali obligatione.vt nota.doctores in dicto.§.alteri. & in.l.prima .ff. de pactis.& in cauſis in quibus ſummariè proceditur attenditur ius gentium,non autem ciuile,vt notat.in dicta clementina ſæpe, de verborum ſignificatione, & ſic debemus dicere, quod acquiratur parti non citatæ per dictam ſententiam latam in cauſa ſummaria.& ideo cùm in caſu ſtatuti noſtri,dicatur ſola,pura,& mera veritate inſpecta, quæ verba videntur importare quod cauſa ſit ſummaria vt dixi in prima quæſtione, in verbo, ſola. deberemus dicere attenta ratione iſta, quod in caſu ſtatuti noſtri poſſit ferri ſententia, & valeat pro parte non citata.& licet Bartolus loquatur in iudice,tamen idem videtur dicendum in arbitro qui habet iuriſdictionem,per ea quæ ſupra dixi. Hanc rationem ſequitur Petrus de Ancharano in dicta clementina ſæpe.& Rapha.Cũ.in dicta.l.furioſo.ff.de re iudicata. & Romanus in .l. ſtipulatio iſta.§. penultimo. ff. de verborum obligationibus. Alexand.tamen in dicta.l.furioſo.reprobat hoc dictũ Bartol.quia nõ eſt verum,quod alteri acquiratur obligatio ſaltem naturalis, ſed acquiritur ſtipulanti tantum illa ſola naturalis,vt declarant doctores, in dicto.§.alteri.& in.l.prima.§.quod meus .ff. de ſtipula.ſeruo.& Baldus, in.l.certi conditio.§. quoniam. ff. ſi certum petatur. Iaſo.in dicta.l.furioſo.dicit quod Alexan.tenet cum Bar. tamen hoc eſt falſum, imò tenet contrarium,vt dixi.

¶ Puto tamen quod poſſit ſaluari dictum Bartoli, quia licet non acquiratur per priuatum alteri, vt in dicto .§. alteri.tamen acquiritur per pſonam publicam. vt nota.in.l.ſi ex arrogato. & in.l. non aliter .ff. de adoptionibus, & in .l. ſecunda. ff. rem publi.ſal. ſor.& in.l.prima.§. exigere.ff.de magiſtra.conuen.not. Bald.in l.ſecunda.C.per quas per.nob.acquirit.& in.l.certi conditio.§. quoniam. ff.ſi certum petatur. & ſic acquiratur per notarium publicantem ſententiam, ſeu arbitrum proferentem: ex quo erit prima limitatio ad ſupradicta quam ipſemet Alexander firmat & ſequitur in conſilio.ciiij. Viſo proceſſu columna ſecunda verſiculo accedit,volumine ſexto.

7 ¶ † Secundò limita quando fertur ſententia interloquutoria per arbitrum.nam tunc non videtur requiri citatio,ſecundum notata per Innocentium in capi.auditis &.c.quærelam. de præſcript.idẽ videtur tenere Imo. in capi.ad petitionem ſuper gloſ.magna,

gna, de accusatio. hoc etiam tenet idē Ioan. de imo. in. l. quòd iussit. ff. de re iudicata. & Domini de rot. in. xcij. & cccxxxij. decisio. sed in contrariū facit quia nil est innouandum in præiudicium absentis seu non citati vt nota. in capi. primo de caus. possessionis, & proprietatis. & in. c. inter quatuor. de maioritate & obedien. & in ca. caueant, & in. c. omnia. iij. q. ix. nec etiā iura per quæ sunt moti supradicti scribentes probant intentionem suam: nā textus in capi. finali. de offic. iudic. licet dicat quòd non sit lis contestanda super incidentibus, non tamen dicit quòd parte nō citata iudex possit interloqui, super quolibet incidenti, & ita etiam textus in. l. quod iussit. ff. de re iudicata. quamuis dicat, quod potest reuocare iudex interlocutoriam, non propterea dicit parte non citata. Vnde distinguas prout facit Bartolus Baldus in. l. diem proferre. ff. de arbitris, & idem Ioan. de imo. in. l. si opus. ff. de noui operis nunciatione. ꝙ aut agitur de præiudicio partis, & tūc arbiter non potest ferre interlocutoriam parte non citata per notata in. l. à procedente. C. de dil. aut non vertitur partis præiudicium, & tunc procedat opinio Innocentij in dicto. c. auditis, & in capi. querelam. per. l. scio. ff. de restitutione in integrum. & . l. qđ si interpellatur. §. primo. ff. de arbitris & ad prædicta faciunt notata in dicta lnam ita diuus. ff. de adoptionibus. & in. l. ne quicquam. §. vbi decretum. per Bartolum & alios. ff. de officio præfect. con. & in. l. quod iussit. ff. de re iudicata. & Antonius de Butrio, in dicto capi. auditis. & per Alexandrum in. l. ea quæ in additione ad Bartolum C. quoniodo & quando iudex per Socinum in tracta. de cita. in septimo articulo ver. vigesimus secundus casus. & per Bartolum in. l. ij. C. de tempor. appella. Quod tamen declarat Bartol. & alij post eum in. l. de pupillo. §. meminisse. ff. de operis noui nuntiatione. licet de iudice loquatur, vt interloquutoria teneat lata par arbitrum sine citatione, etiam quando vertitur partis præiudicium, si dicta interloquutoria potest verificari, ex cognitione subsequenti ex clausula iustificatoria, quia vbicunq; pōt ab exequutione inchoari, non est necessaria citatio. tenet Baldus, & in repetitione. l. prædictæ ne quicquam. §. vbi decretum, faciunt notata in. l. fin. C. de fer. addas etiam alias declarationes. vt per Soci. in supradicto tracta. Intellige tamen hanc limitationem vt in præcedenti ob illa verba sola pura. &c.

8 ¶ † Tertiò, limita quando arbiter esset in vltima die termini conuenti inter partes. nam tunc talis dies interpellat pro homine. arguū. l. magnam. C. de controu. & commit. stipu. Secus si esset terminus præfixus à lege: nam tunc etiam vltima die requireretur citatio. vt videtur velle Bartolus in. l. si de meis. ff. de arbitris. refert Baldus in authenti. ei qui. C. de tempo. appel. & in. c. iij. quo tempo. mil. inuesti. feudi. pet. pos. Rom. rubri. de arbi. in. iiij. colū. faciunt no. in. l. qui ante Calendas. ff. de verb. oblig. & in. l. societatem. §. arbitrorum. ff. pro soc. & in. l. ij. C. de tempo. appella. & in. l. item illa. ff. de consti. pec. Bald. in. l. fin. C. qui admit. Socin. in tracta. de citatio. vij. particu. versi. xiij. casus. & dicam infra in illa. q. an in vltima die compromissi iudicet.

cet. Alias etiam limitationes tradunt docto. quæ melius cadunt in materia clausularum: de qua dicam in meo cõpromisso.

9 ¶† Sed quæro iuxta hoc, quid si terminus legalis, vel statuti prorogatus ex voluntate partium, an amplius dicatur terminus statuti, ita vt requiratur citatio in vltima die, dicas breuiter quòd requiritur citatio: quia ille dicitur terminus statuti. nam prorogare, nil aliud est, quàm augere, seu extendere qualitatem, seu potentiam rei de qua fit prorogatio. c. p. & g. de offi. delega. not. Specul. in titu. de dilatio. §. videndum versicu. hæc sunt. & per prorogationem non alteratur primus actus: sed extenditur. not. glo. in. l. interuenientes. ff. ad muni. not. Soci. per multa quæ adducit in capi. significasti. columna. iij. de fo. comp. & dixi supra in. vij. quæstio. princi. in verbo prorogatio versicul. quæro insuper. cùm itaque augeatur, extendaturque terminus, dicendum est illam durare, & per consequens esse terminum statuti, & citationem requiri, & facit quod nota. Bal. in. l. Aemilius. col. vj. ver. noto quintó. ff. de min. qui dicit quòd prorogatum tempus est vnum, & idem cum primo, nec reputatur quid diuersum. per textũ. in. l. sed si manente. ff. de preca. & , vt dixi suprà in eodé loco; cùm etiam prorogatio intelligatur facta cum eisdem qualitatibus, & conditionibus, cum quibus erat factum primum compromissum: vt est glos. communiter approbata in capi. hi qui. de præben. li. vj. & ibi oés doc.

10 TERTIO, † Ex præmissis quæro, an arbiter possit ferre sententiam absentibus partibus etiam citatis. Oldra. in. l. diem proferre. ff. de arb. in. §. si quis litigatorum. tenet quod non: quia non contrahitur hermodicium coram arbitro, sicut corám iudice, vt not. in. l. properandum. C. de iudi. in §. sinantem reus. & glos. in dicto. §. si quis litigatorum. Idem tenet Specul. in titu. de arbi. & arbitra. in. §. excipitur in fine. per text. in dicto. §. perinde, & in. §. differt versic. item arbiter non pronuntiat. & Azo. in summa. in iiij. colũ. C. de recep. arbi. nisi aliter sit cõuentum inter partes, sequitur Gof. & Hostien. in sum. eo. titu. in. §. qualiter. Albe. in. d. §. si quis litigatorum, Barto. & scri. in. l. ij. C. eodem; & adducitur etiam alia ratio, quia sententiæ arbitri statur metu pœnæ quæ pœna committitur etiam quãdo stat per partes quominus sententiam per arbitrum ferri possit. ideo cùm semel sit pœna commissa, amplius committi non potest, & sic dato quòd sententia feratur, tamen est nullius momenti, cùm impunè partes ab ea possint recedere: vnde idem est non facere, & inutiliter facere, vt nota. in dicta. l. nó dubium. C. de legibus. tamen videtur absurdum quòd pro tam modica contumacia, vt quia semel citatus non venit, committatur pœna argu. text. & ibi not. in. l. non ex omnibus. ff. de arb.

¶ Iaco. de Rau. dicit quod aut causa erat instructa, & in his terminis quod si pars adesset, posset ferri sententia: & tunc cõmittatur pœna. vt in. d. §. si quis litigatorũ. aut causa non erat ita instructa, vt posset ferri sẽtẽtia: & tũc, quãuis pars non veniat, non committitur pœna. per nota. per glosam. in authen. de iudi. §. si verò. & in hoc casu procedat contrarium. d. l. non ex omnibus.

¶Gui. de Suz. dicit quòd quando aliquid conuentum est inter partes, illud seruandum est. per dictam .l, non distinguemus. §. de officio. ff. de arbitris aut simpliciter promissum est sententiæ stari: & tunc si pars citata non venit, & finitum est tempus comprisi tunc committitur pœna. vt in dicto. §. si quis litigatorũ. & .l. si duo. §. semel, ff. eodem titulo, de arbitris. Aut pars citata non venit nec est finitum compromissum & tunc distinguit, prout facit Iaco. de Raue. Quoad primum membrum, puto Gui. bene loqui per text. in dicto. §. si quis litigatorum. dum dicit in principio, quia per eum factum est, quominus arbitretur. & etiam in versiculo pœnam ibi quia per eum &c. Et sic in duobus locis vtitur illo verbo arbitretur: quod verbum videtur importare totum negotiũ, hoc est, tam sententiam, quàm iustitiam. nam si voluisset intelligere de sententia tantum, certè hoc dixisset, vt in. §. præcedenti facit argumen. nota. in .l. si vero. §. de viro. & .l. si cum dotem. ff. soluto matrimonio, quo vero ad secundum membrum, credo quòd non sit facienda differentia, an fuerit instructa vel non. per textum in .l. diem proferre. §. stari. ff. de arbitris. cum possit dici sententia iniqua, tam ex meritis quàm ex ordine, per notata in .l. prolatam. C. de senten. & interlocuto. omnium, iudicum. & in .c. primo. de ordin. cog. ad hoc faciunt nota. in .l. ex quacunque. ff. si quis in ius vocatus non ierit. vel dicas, quòd committatur pœna quando fuit citatus peremptoriè, vt .l. & tertium. ff. de iudicijs. & .c. ex literis de officio delega. secus si simpliciter, & ita procedat contrariũ. d. l. non ex omnibus.

¶Cynus in .l. si quis ex consensu. C. de episcopali audientia. dicit supradicta habere locum quando non esset conclusum in causa. nam tunc si pars citata non comparet, non potest ferri sententia per arbitrum. secus si esset conclusionem saltem re ipsa, quia tunc poterit ferri sententia absente parte, per ea quæ habentur in capitulo auditis. de procuratoribus. quæ esset maxima limitatio ad supradicta si vera esset. Reprobatur per Baptistam de sancto Blasio in tractatu de arbitris, & arbitrato. in quæstione septuagesima, dicens, quòd concluditur in causa tam coram arbitro, quàm coram iudice per not. in .l. prima. ff. de arbitris. & in Clementina sæpe, de verborum significatione. & in authenti. iubemus. C. de iud. vnde sententia lata sine conclusione in causa esset nulla, ex eo quia non conclusum, vt nota. in .d. l. prolatam. C. de sententijs & interlocutorijs omnium iudicum. & textus in .d. si quis litigatorum. non fundat se super non cõclusione, sed super absentia partium Comprobantur præmissa per eundem textum in versiculo coram, quę dictio importat, vt illud dicatur factum coram aliquo. quando fit & præsente & intelligente, vt ibi dicitur. & in .l. coram. ff. de verborum significatione. & Bartol. in .l. prima. C. de erro. aduoca. in secunda quæstione. Bald. in rubri. C. qui admit. colũ. tertia. & in .l. j. xiij. colum. & in .l. bonorum. eodem titul. Cardina. in Clementina prima, de appellationibus, in principio. & in Clemẽtina prima. §. porro. de hære. Alex. in consi. clxxix. Viso & opportune. ij. vol. & in eodẽ textu geminatur, adeo quòd

quòd videtur multum se fundare super præsentia partium, intantum vt videatur eam requirere præcisè. argumen. nota. in l. ballista. ff. ad Trebellianum. & per Baldum in c. fina. de officio delegati. & propterea credo Baptistam de sancto Blasio rectè dicere. & de conclusione, dixi suprà in viij. q. prin. in verbo conclusio.

¶Intellige tamen supradicta, quando vtraq; pars non est absens, quia tunc ambobus absentibus, verum est quòd non committetur pœna, cùm mora vnius alteri prosit per l. non ex omnibus. §. finali. ff. de arbitris. & not. in l. non distinguemus. §. dies. per Albe. & Bald. eodem titulo. secus est; si vna pars erat præsens, & instabat vt expediretur vt l. dies. §. hoc autem. ff. de damno infecto. in l. properandum. §. primo. C. de iudi. item intelligantur iam dicta in arbitro compromissario electo ex voluntate partium tantum.

¶De electo verò ex forma statuti nostri, quia isti arbitri electi habent iurisdictionem ordinariam, vt dixi in secunda quæstióe sextá, quæstionis principalis debemus dicere, quòd non requiritur partis præsentia per nota in l. properandum. §. sinautem reus. C. de iud. & in l. ea quæ. & in l. consentaneum. & authenti. qui semel. C. quomodò & quando iudex. & sic contrahitur Hermodicium coram istis arbitris, sicut coram alijs iurisdictioné habentibus, vt in dicto. §. sinautem reus.

¶Ex alio etiam hoc comprobari posset, q̃ vltra rationes supradictas, quare arbitri non possunt ferre sentētiam absente parte. Alia esse potest, quia nō est prouisum de remedio appellationis in arbitro, sicut notat. in l. prima. C. de rec. arb. at in arbitro statutario secus est, vt not. Bartol. in l. fina. & ibi Bal. & Salyce. C. de iudi. & dicam infrà, in quæstióne sequen. ideo non agitur de tanto præiudicio, quando est lata sententia ab arbitro statutario, sicut quando esset lata ab arbitro compromissari, cùm eidem sentétiæ esset standum, siue bene, siue malè latæ per dictum. §. stari.

11 QVARTO † Quero in quo loco arbi. habeat iudicare. & in hoc distinguas, quòd locus quandoq; capitur largè pro ciuitate & territorio, aut municipio: vbi factum fuit compromissum, quandoq; strictè pro loco particulari, puta porticu, vel platea, in quo partes conuenerunt, & compromiserunt. Si capitur largè, tūc dicit tex. in l. si cùm dies. §. si arbiter. versi. quid ergo. ff. de arb. quòd in dubio videtur electus ille locus, in quo fuit factum compromissum. vnde Doc. ibi dicunt quòd in dubio sentétia per arbitrum est feren. in loco compromissi. Spec. in tit. de arbi. §. si. versi. de loco. Idem tenet per eundem text. intantum quòd si compromissum esset factum in villa, & postea sententia esset lata in ciuitate, non valeret: & ad hoc allegat tex. & ibi nō. in c. Rodulphus de rescript. & text. in c. si ciuitatis de sententia excom. lib. vj. faciunt nota. per Alb. & alios in l. si locus. ff. de iud. & in l. si vt pponis la. ij. C. quomodo & quando iudi. & in l. fi. ff. de iur. omniū iudi. & in l. hæres absens. §. primo. ff. de iud. Barba. in d. c. Rodulphus. nume. xl. & in hoc nullus dissentire videtur, nisi essemus in persona illius qualitatis, cui liceret in successibus. per d. §. si arbiter. vel inter partes esset conuentum de loco; quia

tunc ille locus seruaretur, vel aliud ex coniecturis appareret: vt puta, si duo Patauini compromiserint Venetijs, in ciuem Patauinum: quia tunc verisimiliter videntur sentire de loco patriæ. arg. tex. in. l. sed & si susceperit. §. primo. ff. de iud. & l. quæ conditio. §. primo. ff. de condi. & demon. ita dicit Salyce. in. l. j. in fine. C. de arb. & Albe. in dicto. §. si arbiter.

12 ¶ † Item intelligitur de loco honesto vtriq; parti: nec etiã circa hoc aliquid operatur consensus partium. nam iudex seu arbiter nõ debet sequi earum voluntatem. arg. l. cùm mulier. ff. solu. mat. tamen si tulerit sententiam ex earum voluntate, non poterunt postea contrauenire per not. per Spec. in tit. de senten. §. iusta propositionis. versic. item nulla ratione loci. & in tit. de arbitris. §. sequitur. ver. sed quid si sponte. & in tit. de cit. §. contra versic. item quòd sit ad locum facit text. in. c. quãtunlibet. xlvij. distin.

¶ Item quòd non sit inhonestus etiam alteri, seu vni tantum parti. vt not. per supra dic. scrib. per. d. l. si cum dies. §. si arbiter versic. vnde eleganter ne compromissum claudicare dicatur, vt not. Albe. in dicto. §. si arbiter, & in. l. litigatores. §. si de meis eod. tit. de arbitris, sicut dicitur de iudicio, quòd non habet claudicare. l. final. C. de fruc. & lit. expensis. not. glos. in dicto. §. si arbiter dixi supra in sexta quæstione princ. in verb. morte partis. versic. intellige hoc procedere.

¶ Prædicta limita, quãdo respectu personarum locus quamuis inhonestus eisdem partibus esset honestus, vt puta, quia quilibet esset leno, vel turpis conditionis, nam tunc videtur quòd valeat sententia argu. tex. in. l. quoniã. C. de hære. & l. si quæcunque. C. de episcopis & cleri. & l. de viro. ff. solut. matrimo. not. Spec. in titu. de arbit. §. sequitur versicu. sed quid si vterq;.

13 ¶ † Tutus etiam debet esse locus ad quem partes vocantur per arbitrum vt accedere debeant, nedum ipsis principalibus, sed etiam aduocatis, ita not. in dicto. §. si arbiter, & in. l. locus. ff. de iudi. & per Alb. in. l. secunda. ff. si quis in ius voc. Ratio potest esse, prout dicit Innocen. quem sequitur Abb. in. c. ex parte de appel. quia si principali & non procuratori locus est tutus principalis priuabitur facultate cõstituendi & agendi per procuratorem prout est sibi à iure concessum. per. l. prima. ff. de procura. videmus enim quòd maximum sequimur commodum posse per procuratorẽ maximè instructum, eodem modo si locus est tutus ipsi procuratori, & non principali, sequeretur, quòd ipse principalis cogeretur, in causa ardua agere per procuratorem, contra. c. querelam de procu. & nedum principali, sed etiam procuratori, vt dixi, locus debet esse tutus, sed & omnibus his, quos secum habet necesse ducere per not. in Clementina pastoralis per Bonifaciũ, & Card. & Imol. de re iudicata. Alb. in. l. ea quæ. C. quo modo & quando iudex, & in. l. si locus ff. de iudicijs. Baldus. in. l. peremptorias. C. senten. rescin. non poss. Card. in. d. c. ex parte de appellationibus. dixi supra in tertia quæstione principali. in versicu. exceptio loci inhonesti & sequenti.

14 ¶ † Item si esset suspitio pestilentiæ in eo loco ad quem vocantur partes per arbitrum non teneantur accedere vel cor-

vel corruptio aëris.per notata.in.c. ad supplicationem.de renuntiationibus. & in.c.communis filius.xxiij. distinctione,de quo latè per Hieronymum præiud. in tractatu de pest. impat. de iud.c. primo. & sequen. & per Ioannem Franciscum de rip. in eodem tractatu de pest.in tertia parte principali in primo priuilegio,per totum. vbi latè prosequitur per octo quæstio. sed quia vt plurimum arbitri eliguntur per partes,quę sunt eiusdem ciuitatis: ex quo raro potest euenire quęstio ista de loco non tuto,cùm non sit verisimile,quòd quis in sua ciuitate posit prętendere iustum timorem,propter concursum amicorum in iudicium existentium, qui communiter componunt omnia hæc dubia. ideo vlterius non me extendam. videas de materia per supradictos. Et faciunt nota. per Bartol. in.l. de ætate.ff. ad Trebellia. & per glo.in.c. querelam. lxxiiij.dist. Fely.in.c.accedens.el.ij.v. colum.vt lite non contestata.& in.c. cùm dilecti. de dolo & contumacia, Iaso. in.l.ij.in §.quod diximus in tertia colum.ff. si quis cau.& in .l. secunda, per Albericum.ff.si quis in ius voca.nó ierit. Bal. in.l.militis.in vltima colum.C.de testamento militari. Barto.in.l. penultima.§.ad crimen.in penultima colum. ff.de pub.iud.& in.l.metus.ff.ex quibus causis maio, Bald. in .l.iij. in fine. C.de episcopa.aud.& in.l. sed eximendi.§.fina.ff.ne quis eum qui in ius voca. glo. in.c.fiue. de coniuge.xxxiij.q. prima. Bald.in .l.si res. C.de rei vendi. & an si vocatus, seu citatus ad locum non tutum possit statim appellare,an teneatur causam proponere, & etiam probare coram arbitro,vide per supra dictos,& maxime in dicto.c.ex parte. de appellatio. in dicto tractatu de peste per Rip.

15 ¶ † Quandoq; locus capitur strictè, & tunc aut quærimus, an iste contineatur in compromisso, ita vt in quo loco fuit factum compromissum in eo etiam teneatur arbiter sententiam proferre. Specula. in dicto titulo de arbitris. in.§.sequitur. versiculo, item quæritur an strictè, tenet quòd arbiter nó arctatur iudicare in eo loco particulari vbi fuit factum compromissum, sed sufficit quòd pronuntiet in eadem ciuitate, seu loco largè sumpto argumé. text. in .l.j.§. vbi autem.ff. de vi & vi arma. & .l. prima.§. eodem.ff. ad Silleniano. nam locus etiam quandoq; capitur pro tota prouincia, l. fina. C. de præscrip.longi tempo. Et verba iuris non sunt calumnianda, sed rectè intelligenda .l. penultima .ff. ad exiben.c. præterea.de verborum significatione. Et ita in effectu vult quòd tota ciuitas sit comprehensa in compromisso, & quòd in qualibet parte seu loco ipsius ciuitatis sufficiat iudicare, hoc idem videntur sentire supradicti docto. in dicto.§.si arbiter.& in dicta.l.si locus. ff.de iudi.

16 ¶ † Quæro tamen cùm sit locus ita largè comprehensus in cópromisso,& satis sit si ipse arbiter iudicat in quocunq; loco ipsius ciuitatis, vel municipij, an debeat restringi locus ille ad particularem, vel potius liceat vagari per totam vrbem,& an sit in potestate ipsius arbitri eligere sibi locum particularem, vel hoc pertineat ad partes compromittentes. ad primum dico ꝙ debeat restringi ad particularem locum, ne liceat vagari per nota. in.l.via.

iuncta.l.certo.§.primo.ff.de seruituti bus rusticorum prędiorum.& .l.si cui. ff.de seruitutibus. Nam quamuis videbatur seruitus toti fundo,tamé est restringenda ad particulam, & commoditatem fundi seruientis. Barto.& alij post eum in.l.stipulationes nō diuiduntur in secunda columna. ff. de verborū obligationibus.& ne fiat con tra mentem statuti quòd voluit consu lere indemnitati partiū.vt dixi in prima & secunda quæstiōe princip.quæstionis primæ faciunt nota.in.l.serui electio.ff.de lega.j.

¶ Quo verò ad secundum,dico quòd partes possunt conuenire in quo loco sit pronuntiandum,vt ex supradictis apparet:sed quando partes nihil dixerunt,tunc arbiter potest eligere locū particularem,dummodo nō sit incongruus ipsis partibus.vt nota.in dicto.§.si arbiter.& in.l.siue proponis in additio.ad Bar.C.quomodo & quando iudex.& per Bald.latè in capitulo primo.§.finali.de prohibitio.feud.alien. per Federicum, nec est dicendu m', ꝙ isti arbitri cùm eligantur in locū prio rum iudicū debeant etiam sedere in loco eorū,quibus suborgantur per regulam.l.si eum.§.iniuriarū. ff.si quis caut.nā isti suborgantur quoad causam,non quoad locū , & licet Baldus loquatur de arbitris iuris qui eligun tur in locū ordinarij recusati, tamen, verba sua videtur etiā habere locum in arbitris statutarijs per ea que dixi in secūda quæstione,sextæ quæstionis principalis.

17 ¶† Iuxta hæc quæro,an posteaquam arbiter elegit sibi locum,posit eū mutare?dicas quòd sic.per ea quæ dixi in sexta q̄stione principali,in verbo prorogatio,ibi de loco,dummodo arbiter hoc innotescat partibus,vt notat Baldus in dicta lege si cùm dies.in additione. nam cum sit ista mutatio loci quædam interlocutoria debemus dicere quòd sit concedenda ipsi arbitro. per nota in.l.quod iussit.ff.de re iudi. & dixi suprà in.viij.qō.in ver.interlocutoriam.

¶ Hæc omnia intelligas procedere secundum iuris dispositionem:& si aliter de loci consuetudine appareat,ab ea non discedas.nam minimè sunt mutanda.l.minimè.ff.de leg.capitu. primo.& per totum tit.de cons.l.de quibus.ff.de leg.

18 QVINTO † Quero,an arbiter habeat iudicare secundum voluntatē suā,vel secundum voluntatem à iure informatam,seu secundū iura , & videtur quòd arbiter nō teneatur sequi aliquod ius,nec eius intentionem per text.in.l.qualem,& ibi not.ff.de arbi. nam dicit text.quòd non pertinet ad prætorem qualem sententiam arbiter dicere debeat:& quāuis arbiter cogatur dicere sententiam,non tamen cogitur dicere æquam,vel iniquā.vt no. ibi glo.per illū tex.ad idem facit tex. in.l.diem proferre.§.stari.eo.tit.de ar bi.vbi manifestè dicit text. standum est sententiæ arbitri siue æqua sit,siue iniqua. Præterea ad hoc videtur text. in authē.iusiurandum quod præst.ab his.in.§.& equus.dum dicit quòd accipientes administrationem,& alij iudices iurant de seruando æquitatē secundum quod ipsis visum fuerit,& sic non astringuntur seruare nisi ꝙ ipsis placuerit:& ideo possunt iudicare secundum suam voluntatem etiam non informatam à iure aliquo.Idem dicamu s

mus in arbitro per.l.j.ff.eodem.similiter pro ista parte est tex.cùm ibi not. in authé.decernimus.& incorp.vnde sumitur de arbitri.dum ibi prohibetur ne fiat compromissum cum sacramento:& hoc ideo,quia multoties ꝑpter ignorantiam arbitri partes multum lædebātur ex quo volebāt quòd iterum cognosceretur,& sic incurrebat periurium,vnde Imperator prohibendo quòd isti non iurent,videt permittere quòd sententia posit quomodocunque ferri,siue iustè,siue iniustè: nec teneantur arbitri seq iura aliqua, idem probat text.in capitu.si quis.§. arbitrarij.ij.q.vj.nam dicit quòd imputandum est partibus qui tales elegerunt,vnde ab eorum sententia nō appellatur,sed debet valere,nisi per iniuriam, vel pecunia corrupti sententiā tulerint,& sic excipiendo illos casus videtur confirmare,quòd & si nō tulerint sententiam secundum iura,si tamen non sit aliqua ex illis causis,vel similibus,de quibus ibi,propter hoc, sententia non debet dici nulla,sed valere debet. facit gloss. in capitu.causamque de elect.& not.in.l.si societatem.§.arbitrorum.ff.pro Soci.& text. in capitu.in præsentia de renun.adde pro ista parte text.in.l.item si vnus.§. idem Pomponius.ff.de arbi.prout inducitur per scribé.in.l.si conuenerit, ff.de re iudicata.

¶ Pro alia parte quòd imo arbiter debeat sequi voluntatem à iure informatam non autem voluntatem suā differentem eam ab omni iure.est tex.in.l. nemo.C.de sen.& inter.omnium iudicum,vbi expræsse loquitur tam de iudice,quàm de arbitro,qui non debent sequi sententias aliorū,seu exempla:sed secundum leges & iustitiæ vestigia iudicare,& sic text⁹ ille expręsse dicit,quòd arbiter habet sequi iura,non autem iudicare secundū suam voluntatem.Secundò,facit tex.in authen.de iudic.§.omnis,vbi dicitur ꝙ omnes iudices siue habeant cingulū, siue non, debent iudicare secundum iura:& sic ille text.videtur velle,quòd omnes qui habent potestatem iudicandi,debent iudicare secūdum iura.sed clarum est quòd arbitri habent potestatem iudicandi,ergo debent seruare iura.vel dato,quòd ille tex.loquatur de iudicibus,tamen arbitria sunt redacta ad instar iudiciorum.dicta.l. prima,ff.de arbi.ergo &c. Tertio,facit text.in capitu.de libellis.xx.di.dū dicit quod non secundum aliorum libellos est iudicandum,& canones,vel decretalium regulas relinquere,ita vt dicatur,nō catholicus quilibet iudex cuiscunq; qualitatis, qui non accipit, & seruat decreta.ad hoc est text.in capitu.relatum.xxxvij.di.&.l.sed licet. ff.de offic.præs.l.singuli.C.de accu.l. fin.C.si contrarius vel vtilitatem publicam. Quartò,facit textus.in capitu. primo de constitutionibus.vbi dicitur,quòd canonum statuta debent ab omnibus obseruari.nec qs debet duci suo sensu,sed canonum auctoritate, ex quo glossa ibi notat,quod iudex, seu arbiter debet vti in iudicando sensu suo,dum tamen secūdum leges iudicet.& licet glossa videatur loqui tātum de iudice,tamē cum alleget iura loquentia de arbitro,dicendum est ꝙ etiam de arbitro loquatur,cū sit intelligenda secundum allegata per eā: vt nota.Barto.in.l.non solum.§.liberationis.ff.de lib.leg.faciunt nota.in capitu.

capitu.secundo de arbitr.& in capitu. quintaualllis.de iureiurando. Quintò,pro ista opinione, est text.in.c.ne initaris.eo.ti.de constitu.vbi ille nititur prudentiæ suæ qui præfert opinionem suam patrum decretis,quod tamen nō est faciendum,vt ibi apparet: imo decreta sunt sequenda,& secundum ea,sententia ferenda est.Si vis tenere primam partē,poteris ad omnia supradicta vno verbo respōdere,quòd loquatur in iudice.secus est quādo sumus in arbitro.Nec obstat si dicatur quòd arbitria sunt redacta ad instar iudiciorum.per dictam.l. primam.ff. de arbitris.quia licet sit æquiparata in aliquibus, non tamen quoad omnia, imò multa fiunt per iudicem quæ nō possunt fieri per arbitrū:vt not. Abb. in rubrica de arbitr.& in.l. prima.& dixi suprà in quæstione quarta principa. in versiculo causa, cum multis sequentibus. Præterea videtur quòd possit assignari specialis ratio diuersitatis:quare iudex habeat sequi iura non tamen arbiter, quia secundum communiter accidētia arbitri,qui eligūtur sunt iuris ignari,propter quod Imperator in dicto.§.quia vero.in authentica.de iudi.fuit motus ad faciendum illam constitutionem,per quam prohibuit,quòd non fieret arbitrium seu compromissum iuratū,vnde cùm non sit possibile quod isti sequantur, & iudicent secundum ea que ignorant, relinquitur necessariò concludendum,quod possint iudicare secundum voluntatem suam,nō autem informatam à iure,vel dispositione aliqua,facit in argumen.text.in capitulo primo. de constitutionibus,in sexto. & not. in capitulo eorum.vndecima quæstione tertia.& per Speculatorem in titulo de aduoca.§.primo.in versiculo. vel sic, cum alijs sequentibus. Nec obstat si dicatur, quòd quilibet debet scire iura, saltem per cōsultum peritorū.aliàs dicitur esse in lata culpa:vt not. Barto.in.l. quòd neruę.ff. depositi.& gloss.in.§.suspectus. instituta de suspec.tutor.& principaliter text.in.l.leges.la tertia.C.de legibus. quia illud intelligitur quoad commodum & incōmodum scientis,vel ignorantis,non autem alterius:& sic partium,ita loquuntur omnes.ff.tam.ff. quam.C.eodem titulo.de iuris & facti ignorantia.& dicta.l.leges.cum similibus.& etiā illa præsumptio quæ oritur de quā in locis prædictis ad iustum finem oriri,certum est text.etiā in dicta.l.nemo.C.de sententijs.& inter.omnium iudicum,nō obstat:nam ibi illud verbum arbiter stat impropriè:& hoc patet ex situatione facta sub illa rubrica,quæ de iudicibus tantum loquitur. argumento.l. imperator.ff.de in diem adiect.vel illud dictum fuit de sententia ferenda secundum iura ad exclusionem aliorum exemplorum seu sententiarum aliorum iudicum,non autem ad exclusionem nudæ voluntatis,& quòd hoc sit verum,apparet ex sequenti responso. Itaque dico quòd possumus respondere supradicta procedere quādo concurrit iudicum voluntas cum.ll. dispositione,vt sit sensus quòd iudicandum est secundum leges,quando ipsi iudices hoc volunt facere,& hoc ideo ne contrarietur text.in dicta authenti.iusiuran. quod præst. §.& æquius dum ibi text.ponit in voluntate iudicum,quæ ab eis agenda sunt,nam expedit

pedit iura iuribus concordare.capit. cum expediat. de electio.in sexto.l. si quando.C.de inofficioso testa.

¶Hanc opinionem sequitur Ber.& Innocentius in dicto capitulo primo, de constitutionibus.& Ioan. Sadole. in.l.tertia .de legatis primo,numero vigesimoquarto. Imo.etiam videtur velle in dictò capitu.primo.& dicit ꝙ de mente illius gl.est & etiam aliorũ, ꝙ arbiter posit iudicare sensu suo.sed iudex non debet iudicare sensu suo, sed secundum leges & iura. subdens postea,quod licet doctores videantur simpliciter transire cum hac opinione,tamen hoc indistincte non videtur verũ:quia si iudicaret errore expresso,non valeret sententia,nec pœna cómitteretur.per.l.apud celsum.§.item queritur.ff.de do.excep.si autem sententia esset lata,non expræsso errore standum esset sententiæ:licet lata sit contra ius.per.d.l.diem proferre.§.stari.ff.de arbitris.vnde in effectu tenet ꝙ arbiter non tenetur sequi iura,dũmodo error nõ exprimatur in sententia.& hæc opinio videtur cõmuniter apprehensa.faciunt no.per Archidiaco.in capit.à iudicibus.secunda quæstione sexta.& per Ioã.And.in additio.ad Spec.in titu.de arbitris.in principio,versic.est autem differẽtia.Anto.de Butri.in capitu.causam que.de electio.& in capit.quintavallis.xxiij. differentia.de iureiur.Bal.in.l.si irruptione.ff.finiũ regundorum.

¶Contrarium tenet Bald.in dicto capit.j.de constitutio.dum dicit primò, quod videtur arbitrum posse sequi voluntatem suam per dictam.l.qualem. postea dicit quod arbiter facit litem suam malè iudicãdo,etiam in his quæ sunt de apicibus iuris.l.si quis in conscribendo.C.de pactis.subdens quod licet Inno.& Ber.velint quod arbitri possint trãsgredi leges,tamen hoc nõ videtur sibi verum quamuis concederet in arbitratore pro bono pacis.per capit.nisi.de preben.& in parua quãtitate,pro qua verisimiliter transigeretur,per nota.per glo.in.l.si de meis. §.recepisse. ff. de arbitris.nec obstat, quod nõ iurant arbitri,quia idem est in delegato,& tamen delegatus tenetur seruare legem:ex quo idem dicendum est in arbitris.Barba.etiam in dicto capitulo primo,de constitutio.sequitur hanc partem:dicens,quod glo. in dicto capitulo primo,quæ allegatur pro contraria parte facit potius contra:& multum fundat se super dicta.l.nemo.C.de senten.& interlocũ. omnium iudicũ.& dicit,quod ad illã legem,nec vera,nec colorata responsio potest dari:& ex alijs mouetur,vt ibi per eum.& si aliter dicat de iudice,& tenendo hanc partem,potest replicari ad responsionem suprà datam ad dicta.l.nemo.& dici quod non est vera:vt videmus fere in omnibus titulis,maximè in titulo ad Trebellianum:vbi agitur etiam de fal.vt.l.qui quadraginta & in.l.Marcellus,& ecõtra in titulo de Falc.agitur de Trebellian . & circa ista non insistam : quia sunt sine dubitatione , vt etiam dixi suprà in.vj.qõ.princip.in.ij.quæstio.versicu.non obstat tex.nec etiam vrgere videtur tex.in dicto.§.æquius, quia immediate sequitur secundum legem , & omnem æquitatem , sic posset retorqueri in hac quæstione : ego crederem,quòd indistinctè arbiter,siue esset ignarus,siue prudens,& doctus,

doctus,teneatur sequi,& iudicare secundū iura: & adhærere huic opinioni saltem inquantū facere potest. nam arbiter facit litem suam, & punitur sicut iudex.vt not.Bar.Bal.Salyce. in.l.penulti.C. de pactis. Ias.in §.præterea, numero duodecimo insti.de act.vt dicam infra in quæstio. quadragesima,& quia non adhibuit tantā dignitaté,quantā adhibuisset, si causa esset sua.arg.l.hæredes.§.non tantū. ff.familia erciscundæ.& not. per Salyce.in.l.cū duobus.§.j.ff.pro soc.& in.§.fina.institu.eodem titulo,late per Bartolum in.l.quod nerua.ff.dep.& in capitulo præsbyterorum, &c.continebatur eum sequen. de homi.quo vero ad forū poli(nulli dubiū est)quod tenetur seruare iura saltem ex præcepto posito in capitulo primo,prima distinctio.nec obstat si dicatur,quòd text.in dicto.§. stari dicit,quòd standū est sententiæ, siue iustæ,siue iniustæ,& alia iura dicunt, quòd est imputandū partibus, quæ voluerunt in talé compromittere, vt in dicto capitulo si quis.§.arbitrij.secunda quæstio.vj.cum similibus,& sic iura videntur permittere, quod iste arbiter ferat sententiā qualemcunque:vnde nō debet puniri,cū faciat lege permitté te.l.Gracchus.C. de adul.&.l.ij.ff.quod quisque iuris, quia dico,ꝙ ista intelligi debent quo ad liberationem arbitri à pœna: vt vt,not.Bal.Salyce.& Iaso.in.l.si quis, in conscribendo.C.de pactis,& Bald. & Iaso.in.l.iustitia.in principio.ff.de iustitia & iure.

¶ De arbitro vero statutario, quod debeat iudicare secundum voluntatem à iure informatam, non est dubium,cùm iste habeat ordinariā iurisdictionem,vel saltem delegatā dixi in secunda quæstio.sextæ quæstionis principalis.& in habente iurisdictioné,omnes tenent,quòd secundū.ll.& iura debent sententias ferre,vt in dicto capitulo primo,de cōsti.& in dicta.l.nemo,cum supra adductis.item quia istis arbitris statutarijs habet locum appellatio, vt dicit Bartol.in dicta.l.fina.C.de iudi.& dicā infra in sequenti quæstio.vnde si consideretur,quòd isti arbitri possent ferre sententiā secundū suā voluntatem, excluderetur appellatio.nā semper arbiter diceretur bene iudicasse secundum conscientiā suam,quod tamen concedi non debet secunda quęstione sexta capitulo omnis oppressus. ita dicit Boych.in dicto capitulo primo, de consti.& sequitur Barbat.ibidem in decima octaua columna circa mediū. Potest tamen arbiter de quo agitur,quemadmodū & iudex ex causa. ll.transgredi,vt not.Innocen.in dicto capitulo primo,de constit.& Bald.in l.& si seuerior.colūna secunda.C.de infam.& latè deducit Felyn.in dicto capitulo primo.columna.xiiij.versic. fallit septimo. Deci.ibidé in secunda lectura,colum.fina.& quid sit sequédū per arbitrū ad sententiā venientem,quando statuta & ius commune concurrunt satis potest colligi,ex his quæ dixi in quæstio.prima in principio,in versi.de iure.& an magis æquitatem,quam ius scriptum,arbiter sequi debeat,vidimus infra in quæstio. octaua.

19 SEXTO, † Iuxta præmissa quæro,an sententia lata secundū voluntatem arbitri sit nulla,& facio regulam affir-

affirmatiuam, quòd sit standum sententiæ arbitri, & si sit iniqua. d. l. diem proferre. §. stari. & l. qualem. ff. de arbitris, & per ea quę dixi suprà in præced. quæstio. ex quo infero, quòd licet dubitetur, an sententia lata contra communem opinionem sit nulla. nã Ange. in. l. qui Romæ. §. duo fratres. ff. de verbo. obligatio. tenet, quod sit nulla, & sequitur Imo. in. l. quarta. §. hoc autẽ iudicium. ff. de dam. infect. sed idem Imo. in dicto. §. duo fratres & etiam Paulus de castro tenẽt contrarium quos refert, & videtur sequi Alexan. in. l. cũ prolatis. ff. de re iudica. de quo dubio traditur per Abbatem in. d. c. j. de constit. in fine, & per Barbatiam, ibidem in decima. vij. col. & per scribentes in. l. secunda. quando pro. non est nec. tamen nõ videtur dubitandũ de sentẽtia arbitri, ꝙ si sit lata contra talem cõmunẽ opinionẽ, teneat per. d. §. stari. & per nota. per Antonium de Butr. in dicto capitulo quintaualllis de iure iuran. xxiiij. disse. dum dicit, ꝙ sententia arbitri non reducitur ad arbitrium boni viri, & & no. indifferenter, tam in. d. c. quintaualllis quã in. d. §. stari, & in. c. ij. de de arbitris. Blasi. in tracta. de arbit. & arbitra. qõ. lxxvij.

20 ¶ † Fallit primò, quando sententia arbitri esset lata secundum voluntatem, & contra cõpromissum: nã tunc esset nulla per nota. in capitulo cũ dilecta. de rescriptis, & in capitulo Pisanis, de restitutio. spoliatorum, & l. non distinguemus. §. de officio. ff. de arbitris, & dixi in tertia quæstione, sextæ quæst. principalis, & dependet omnis potestas arbitri in dicto cõpromisso: in tantũ, ꝙ si esset compromissum de iure, & processum de facto, & econtra, non tenet sententia: vt ibi facit. l. diligenter. ff. mand. cum simi.

¶ † Fallit secundò, quando ius est clarum, & sententia arbitri continet errorẽ expressum. per no. in. l. ij. C. quãdo prouo. nõ est nec. & in. c. per tuas. de senten. excõmu. & per Bar. Alexã. & Iaso. in. l. cum prolatis. ff. de re iudi. Fely. in capitulo primo, de re iud. in quarta amplia. & per Moder. in dicta. l. qui Rom. §. duo fratres, de verbo. obligatio. Butr. in dicto. c. quintaualllis. columna decimaquarta, intelligas expræssum in ipsa sententia puta condẽnauit, quia minor potuit testari, contra. l. qua ætate. ff. de testibus: nam si non est expræssus error, non dicitur tunc arbiter iudicasse cõtra ius commune, sed contra ius partis. cap. cũ inter, de re iudica. & l. pœna. de iustit. & iure, no. in. l. si expressim, & ibi text. ff. de appellat. faciũt not. per Bartolum in. l. is cui bonis. ff. de verborum obligationi. & ita dicit Felyn. ita dicto capitulo primo, de re iudica. in prima limitatione, nec etiã sufficeret, quod error per æquipollens eliceretur: vt. no. Innocen. in cap. P. & G. circa finem de officio delegati, & docto. in. d. cap. ij. de re iudic. licet Barba. videatur inclinare in cõtrariam partem.

21 ¶ † Quid autẽ, si cum causa erronea concurreret alia non erronea in sententia arbitri? & videtur, ꝙ tunc debeat valere per nõt. per Innoc. in. c. in præsentia. de renunciatio. & per But. & Alber. in. d. c. j. de re iudi. videas tamen de hoc latè per Fely. in. dicto capit. primo, secundo limit. nec videtur quod sit facienda differentia quoad supra-

supradicta inter arbitrum, precipuè statutarium, & iudicem, per ea quæ iam dicta sunt.

22 ¶ † Amplia hanc limitationẽ, vt procedat etiã quando arbiter fert sententiam contra consuetudinem: nã sicut non valet contra ius lata, ita nec contra consuetudinem cum à pari procedant. ita not. in dicto capitulo primo, de re iudica. Et per Baldum in dicta. l. secunda. C. quando prouo. faciunt not. per eundẽ Bald. in rubr. de cons. rec. feud. & in l. cùm proponas. ff. de naut. feu. Ange. in. §. primo, in secũda columna, insti. de offi. iud. sed contra hoc videtur text. in. l. prima. C. quæ sit long. consue. ibi reuocabit. nam si reuocat quod est factum contra consuetudinem, ergo valebat argumen. l. decem. ff. de verborum obligationi. l. manumissiones. ff. de iustitia & iure quod comprobatur. nam diuersa est ratio in consuetudine à iure communi, quia super iure non articulatur, nec probatur, vt not. Bartol. in. l. ornamentorum. ff. de auro & argento legato. secus in consuetudine, quæ probanda est, vt dixit idem Bartol. in. l. de quibus. ff. de leg. faciunt nota. per Bal. in titu. de pac. const. in versi. nos Romanorũ, qui dicit valere sententiam latam contra consuetudinẽ, licet possit appellari. idem dicit in. l. ij. §. ꝙ obseruari. quem sequitur Saly. ibidem. C. de iur. cal.

23 ¶ † Vnde distinguas prout facit Ioan. faber. & Angel. in dicto. §. primo. insti. de offi. iudi. & Fely. in dicto. c. primo, de re iudi. quòd si cõsuetudo est notoria, ita annullat sententiã, sicut ius cõmune. qñ contra eam est lata expresso errore. ac l. testamenta. C. de testibus. aut non est notoria, & tũc sententia tenet: & ita procedat contrarium per not. in dicta. l. cum prolatis. ff. de re iudica. & in. l. secunda. C. quando prouo. non est nec. & quòd sit verum, vt ita operetur consuetudo, quod ius comune, videas Bald. in authe. iubemus. iiij. nota. C. de iud. dũ dicit, quod iudex facit litem suam iudicando contra consuetudinem sicut si iudicaret contra ius commune. adde nota. per eundem Bald. in. l. prima, in fine. C. vt quæ desunt. aduo. vbi dicit; quod iudex ita supplet in consuetudine, sicut in iure cõmuni. de hoc plene habetur per Boych. in d. c. j. de re iudic. & in. c. j. de constitu. & per Modernio. in dicto. §. duo fratres. & in dicta. l. cum prolatis. ff. de re iudicata.

24 ¶ † Item amplia, vt ista procedant nedum quoad ius commune, & consuetudinem, sed etiam quoad statuta ciuitatis, vt no. in supra dictis locis, & per nota in. l. omnes populi. ff. de iusti. & iure, & in. l. cunctos populos. C. de summa trinitate, & in capitu. primo, & in capitu. ecclesia sanctæ Mariæ, de constitu. & per ea quæ dixi in prima quæstione principa. in versicu. de iure.

25 ¶ † Tertiò fallit si arbiter ferat sententiam pretio, vel dolo aduersarij: nam tunc non valet nec ei standũ est: sed ope exceptiõis infringitur. ita nota. Speculat. in titulo de arbi. §. excipitur. ver. ité ꝙ corruptus. p. l. iij. §. j. & l. ita demũ. ff. de arbitris. & l. sed & ita seruũ. §. sunt. & alij eo. tit. & capi. secundo, de arbitris, capit. cũ æterni, de re iudica. in. vj. & capitu. accusatores. tertia quæst. quinta. But. in dicto capi-

capit.quintaualllis. decima quarta columna, in fine.idem dicit, & etiam re tractatur replicatione doli, vt ibi per eum, facit.l.non distinguemus.§.cùm quidam.ff. eodem titulo, de arbitris. idem si dolo tantum ipsius arbitri lata sit sententia. vt nota.idem Butri.in eodem capitulo quintaualllis, faciũt nota.per Bartolum, Baldum, Salycetum & alios in.l.arbitrorum.C.de arbitris.

26 ¶ † Intelligas tamen regulam supradictam, quòd sit standum sententiæ, siue æqua, siue iniqua quando sumus in arbitro voluntario. secus est quãdo sumus in statutario: nam ab eius senté tia appellatur ex dispositione iuris communis, & statuti nostri: de quo dicam infra in sequen. decima quæstione princi.in princi pio.

27 SEPTIMO † Quæro, an arbiter habeat iudicare secundum allegata, & probata, vel secundum suam conscientiam? & satis ex supradictis apparere potest, quid sit in hac quæstione dicendum, cùm secundum iura habeat iudicare: & iura dicant, quòd secundum veritatem rei sit iudicandum. & sic secundum allegata, & probata: vt est tex.& ibi no.per Odof. Alber.Barto.& Bald.in.l.illicitas.§. veritas.ff.de off.prę.&.c.pastoralis.§.quia vero.& ibi Hostien.Imol. & Abba.de officio delega.iuncto tex.in.l.prima.ff. de arbit.

¶ Tamen in contrarium videtur tex. in.c.j.de re iud.in.§. si quis.in.vj. qui dicit, quòd secundum conscientiam iudicandum est: aliàs punitur iudex, vt ibi ad idem est text. in.c. literas.§. primo, de restitutio.spoliatorum, dum dicitur, quòd qui reddit debitum contra cõsciétiam, ædificat ad gehénam, ité tex.in.c.qualiter, & quãdo.de accus. vbi secundum cõsciétiam seruandus est ordo iudiciarius, ité test. in.l. iij.§.j.de testi.&.l. eadé in fin. cum ibi no.ff.de ser.&.l.si irruptione.§.fi.ff.finiũ reg.&in hac opi.fuit Mar.gloss.vt in supradictis locis no.& faciũt no.per Bal.in.l.ij.in fine.C.de vind.lib.

¶ Primã opinioné cõmuniter tenét do cto.Ant.de But.in.c.primo, de offi.or. & ibi Imo. Pe.dẽ Anc.in.c.j.de cõst.in ix.col. Bal.in.l.fin.C.de pen.iud. qui mal.iud. Alex.in.l.bonorũ.C. qui ad mi.Spe.in titu.de sent.§.qualiter, vers.ité debet ferri secundũ allegata per scribé.in.l.cunctos populos.C.de summa Trinita.& fide catho. Ange. in.§. minus insti.de act.

¶ Circa dubiũ hoc distingueré, prout videtur sentire Fely.in.d.c.pastoralis.§. quia vero.vj.limita.de offic.delega.quia aut q̃rimus de cõsciétia, quæ versatur circa augédas, vel minuendas probationes, & alia quæ possunt inducere arbitrum ad plus, & minus, seu alterare sententiam: & tunc dico, quòd secundum conscientiam iudicare arbiter possit per.d.l.iij.ff.de test.& per nota. per.Bar.in.l.Lucius.ff.de his qui not. infam. aut quærimus de conscientia, prout se opponit probationibus: & tunc siue arbiter sit certus, siue ex coniecturis habuerit consciétiam hanc: nihilominus habeat iudicare secundum allegata, & probata, nullo habito respectu ad conscientiam suam. per.d.§. veritas.&.d.§.quia vero. nam si volumus dicere, quòd iste arbiter possit iudicare secundum conscientiam suam non informatam à iure, sequeretur quod ipse arbiter teneretur ad litis extimationem cùm faciat lité

suam

suam sicut iudex, vt not.in dicta.l.penult.C.de pactis, nec ei crederetur, quod secundum veritatem tulerit sententiam nisi ex actis constaret per not.in capi.quoniã contra de prob. vnde secundum ordinem charitatis debemus dicere, quod satis sit excusatus arbiter, etiã quoad pœnã spiritualem faciendo id quod est sibi à lege permissum.l. præses, & ibi gl. C.de seruit.& acqu. & l.Gracchus.C.de adul.l.secũda.ff. quod quisque iuris, cùm videamus, & deum ipsum, cui nihil est incognitum, hoc fecisse.capi. deus omnipotens, secũda quæstione prima, & multum excusat officij necessitas.l.tutorem. ff. de his qui. vt indi.& l. quidam. ff. de administra. tuto.nec etiã debet esse clementior lege, cùm lex dicat, quòd secundum probata debeat sententiare:authenti.de iudic.§. oportet.

¶Nec distinguendum est in materia nostra inter criminalem causam, & ciuilem: prout videntur facere cõmuniter doct.cùm arbitris causa criminalis committi non possit, vt dixi suprà, in tertia quæstio.principa.in versi.criminalis.

¶Nec videtur bona limitatio docto. qui volũt quod in notorijs possit procedi & sentẽtiari sine allegatis, & probatis per glos.fi.in cap.præsbyter.xv. quæ.v.dũmodo sit notoriũ iudici, vt iudici, & nõ vt priuato, vt refert, Fely. in dicto capi.pastoralis.§.quia vero. nã tunc non iudicat secũdum consciẽtiam, sed prout sibi ex notorio constat, & ita dicerem posse iudicare arbitrum quando est sibi notorium, dũmodo sedendo, aut stando in loco destinato de hoc sibi cõstaret, & sic tan quã arbitro, & non tanquam priuato per.l.primã.ff.de arbit.maximè in arbitro statutario hoc puto procedere sine dubio per ea quæ dixi in secunda quæstio.vj.quæstio.princip.ad supradicta faciũt nota.per Ioã.and.in addi. ad Specula.in titu.de dispu.& allega. in.§.satis, versicu.vero glos.in capi. nõ frustra.xxiij.quæstio.v.Bal.Salyc. in.l.prima.C.vt quæ des.aduo. Bald. in.l.si irruptione.in fine.ff.fin.reg.Roma.in.l.secunda, in.x.colũ.ff. de verbo.obliga. Iaso.in.d.§.si minus, insti. de actio.

28 OCTAVO †Etiam ex supradictis quæri potest, an arbiter habeat sequi æquitaté, quando vult ad sententiam deuenire, & videtur dicendum, prout in supradicta quæstio.v. dixi. nã cũ æquitas sit iusticia dulcore misericordiæ temporata, vel motus ratio nabilis regens misericordiã & rigoré, secundũ Cyprianum, qué refert Specul.in tit.de dispen.§.primo, versicu. æquitas, & sic nõ discedat à iusticia & rigore in totũ, & seruetur iustitia, & rigor prout inest æquitati si secundũ iura iudicatur, sed cum temperaméto.clarè apparet, quod æquitas ab arbitro non sit aliquo modo spernenda, idem tenet Anto.de but.in capi.primo, colũ. vj. de cõstitu.& in c.causam quæ de electio.quem refert Barba.in eo.c.col.xvij.nu.cxix.

¶Quid autem magis sit sequendum quando ius cum æquitate concurrit, circa hoc diceré idem seruandum, quod seruatur in iudice per.d.l.primã.ff.de arbi.faciédo tria membra, prout vidẽtur cõmuniter scrib.facere, quod aut æquitas, & ius nõ sunt scripta, aut alterum tãtũ, aut vtroque, primo casu, æquitas

æquitas præfertur rigori per.l.placuit C.de iudi.secundo casu,quando alterum est scriptum,& tunc illud est seruandum,& tunc illud est seruandum. arg.c.scripum.vj.quęstio.iij.& ibi no. & in.l.prospexit.ff.q.& à qb.Tertio casu, aut æquitas est scripta in genere,& ius in specie, vel econtra:& tunc id quod est magis speciale seruatur, cùm generi per speciem derogetur cap.primo, de rescript.& reg.generi, de regulis iuris.in.vj.aut tam æquitas quã ius est speciale, aut generale, & sic est æqualitas inter vtrunq;,& tunc æquitas est semper præferenda per regulam ordi.de regulis.iur.in.vj.ita tenet Abb.c.fina.de transac.in fine,& de hac materia,videas plenè per Cyn. Bar.Alber.Saly.in.l.j.C.de leg.& per glos.in.c.ius generale,prima distincti. & in cap.disciplina.xlv.distin. Hosti. Ioan.andr.Butr.in.d.c.fina.de transf. Bart.Bald.Salyce.& Iaso.in.l.placet. C.de iudi.& semper arbiter debet habere æquitatem ante oculos.argu.l.ꝙ si Ephesi.ff.de eo.quòd certo.nam sæpe perniciosè erratur in iuris subtilitatibus.l.si seruum.§.sequitur.ff.de verbor.obligationibus. Bal.in.l. inter filios.C.familia.herciscun.Iason in.l. si sic legatum.ff.de leg.primo,& in.l. cùm quis.C.de iur.& fac.igno.

¶Declara tamen prædicta, vt supradixi in fine præcedentis quæstio.& in dicta quæstio.quinta. ibi item procedunt, per ea quæ dixi in prima quæstio.principa.versic.sola,& pura,cum sequenti.

29 NONO †Quæro,si vno die est factum compromissum,& eodé de sententia lata,an teneat Iaco. Butri.in.l. prolatum.C.de senté.& int.om.iudi. dicit,quòd si hodie est factum cõpromissum in arbitrum,& hodie laudum est latum per eum,quod tale laudum est nullum,quia præsumitur ex obrupto latũ nõ præhabita de liberatione, ita eundem Butr.refert,& videtur sequi Barb.in capi.eccle.san.Mariæ.de consti.facit quia debet de causa liquere coram arbitro.l.si de meis.§.fin.ff. de arbi.& dicam infra,quæstio.sequẽ. ergo non est per arbitrum festinandũ ad sententiam.argu.l.his apud quem. C.de eden.&.l.si causa cognita.C. de transf.not.Specu.in titu.de senten.§. quoniã versicu.itẽ oppone.faciũt etiã not.per Bart.in.l.prolatã.C.de senté. dum dicit,quòd sententiam ad hoc,vt dicatur lata causa cognita,sufficit: ꝙ sit lata parte præsente,vel cõtumaciter absente per.l.in causæ.§.causa cognita.ff.de min.secus si ex brebitate temporis aliud præsumi potest,nã tũc causa non præsumitur instructa,puta si post litem contestatã infra modicos dies,iudex dedit diffinitiuam sententiã.nã ex hac temporis breuitate pręsumitur iudex nõ instructus,& sic dicit ipse Bart.ꝙ tunc sententia est nulla tãquam subito lata: & ad hoc allegat.l.ex stipulatione.eo.tit. &.l.fi.C. com.vel epis.& not.in.c.cũ ex literis, de resti.in inte.pro hoc etiam facit,qđ not. Domi.de san. Gemi.in.c.pen.de re iud.lib.vj.circa princi.dũ dicit,ꝙ si iudex videt acta alicuius causæ de mane,& in sero profert sentẽtiam,ꝙ talis sententia dicitur lata sine maturitate,& præcipitáter.per.d.c.cũ ex literis.de resti.in inte.nam actus nostros debemus facere cum deliberatione.c. ancilla.xxxij.dist.quæst.ij.&.c. Siracusanæ.xxvij dist.ad idem text.in.c.

iudicātem cuncta rimari, & ordinem rerū plena inquisitiōe discutere.xxx. quæstio.v.facit.l.ij.C.de sent.ex per. rec.& facit,ꝙ no.Soci.in.cōsi.clv.præstātissimus,col.iiij.versic.primo quia tale,vol.ij.qui dicit,non valet delatio iuraméti sine causę cognitione, vt no. Cy.in.l. bonę fidei.C.de reb.cred.& doc.in.l.admonendi.ff.de iur.imò dicitur nulla,quia sentētia lata sine causæ cognitione est nulla,& sic cū temporis oportunitate est ferenda facit insuper dictum Corse. in singu.suo. clxvj.incipiens decretum iudicis,versi.minor qui dicit,ꝙ decretum iudicis est nullum si nimis properè sit interpositum per.l.magis puto.§.ne pas sim.ff.de reb.eorum, qui sub tut.idé dicit Lanfranc. de or.in.c. quoniam cōtra.§. interloquutoria,de proba.& Anchara.in consil.clxxxviij.visis cōsiliis.Alex.consil.ccxviij.dominātibus, circa si.volu.ij.& Iaso.in.l.nec quicquā.§.vbi decretum,col.xv.ff.de offi. proc.& in specie Roma.in.l.sciendū. ff.de verbo.obliga.col.fin.dicit impugnando dictum Ang.ꝙ eodem instanti non potest fieri compromissum, & laudum proferri,& ista est causa concedendæ restitutionis in integrū aduersus sententiam.d.c.ex literis circa fi.vbi est casus singu.

¶In contrarium verò,quod sententia sit valida etiam si tam breui tempore sit lata,videtur probari per text.in.d. l.diem proferre.§.stari.ff.de arb.dum dicit,siue iusta,siue iniusta sit sententia arbitri eidem standum est,& imputandum partibus qui tales eligunt, pro hoc est text.in cap.si quis.§.arbitri.ij.quæstio.vi.& possent adduci oīa ea quæ adducuntur suprà,in quæstio. v.istius quæstio.prin.præterea cū quilibet præsumatur bonus.l.merito.ff. pro soc.&.l.seruos.ff.de man.test.& non immemor salutis æternę.l.sancimus.C.ad.l.Iul.rep.canonizata.i.quęstione.vij.c.sancimus.de qua salute in munere iudicandi agitur.l.rem nō nouam.C.de iudi.videtur,ꝙ potius ex diligentia sua arbiter hoc fecerit,quā sine instructione causæ,& ex abrupto: vnde in abbreuiatione temporis multū operetur digilentia pſonæ, vt probat text.in.c.monachos.lxxvij.dist.l. oés & ibi no.C.de his qui.ven.& imp. item præsumitur pro iudicante.in.c. in præsentia.de renūt.&.c.sicut de re iudi.& ibi Ioan.andr.l. Hærennius.§. Gaia.ff.de euic.&.l.Bebius.ff.de pac. dot.& multo fortius pro arbitris est præsumendum cùm compromissum sit voluntarium,etiam in casu statuti respectu personarum electarum in arbitros:sed respectu iudicum iudicium in inuitum redditur.l.inter stipulantem.§.j.ff.de verbo.oblig.de qua tamen præsumptione vide latè per Barba.in.l.sciendum,col.xlj.ff. de verbo. obliga.& dicam infra in hac quæstio. in parte de effectu sententiæ.in fine.

¶Crederem sic esse distinguendum, quod aut causa est leuis,& non requirit multas probationes, & tunc licet tam breui tempore causa expediatur. nihilominus teneat etiam si non esset, plena præsumptio de diligentia arbitri per.d.§.stari argu.no.in authé.nisi breuiores.C.de sent.ex per.rec.&.l. si de meis.§.ex compromisso.ff.de arbi.à cōtrario sensu,quod est validum, vt.l.ij.ff.de offic.eius,& dicam in seq. quæstio.& ita intelligitur dictū Bartol., quando ex breuitate temporis mani-

manifestè constat, quòd nullo modo potuit esse instructus, vt per Abb. in. c. cum ex literis, columna. ij. in octauo not. de resti. in inte. quem refert, & sequitur Deci. in. c. ecclesia sanctę Mariæ de consti. col. x. versi. & conclusio.

¶ Aut causa est tantæ importantiæ, ꝙ non est possibile in tam breui tempore eam expedire, & hoc constat manifeste, & tunc etiam sententia teneat per. d. §. stari, sed veniat rescindenda, ope exceptionis si non est reclamatũ, vel appellatum, vt in casu statuti nostri, cum constet de manifesta iniquitate: & ita procedat opinio Iaco. But. per not. per Butr. in. d. quintauallis, colũ. xiiij. de iureiuran. iunctis not. in d. l. prolatam. C. de senten.

30 DECIMO † Quæro ex supradictis, & ad eorum intelligentiam, an arbiter possit pronuntiare, si nõ constat sibi de meritis causæ in hac quęstio. facio duo capita: aut est dubium, an constet: aut certum est ipsi arbitro non constare, primo casu quando est dubium, & simpliciter sententiam ferat, & tunc distinguendum per omnia, vt supra immediate posui dicerẽ, quod sit valida sententia etiam si esset aliqualis præsumptio contra arbitrum per. d. §. stari, & per. dictã. l. si de meis. §. ex compromisso. ff. de arbitris, nam cùm in dicto. §. ex compromisso dicatur, quod si arbiter iurat sibi non constare de causa, æquum sit. vt non cogatur sententiam ferre datur intelligi, ꝙ si ipse arbiter nihil dixit, tunc potest ferre sententiã etiam si non cõstaret de meritis per no. in. d. l. ij. ff. de offi. eius, dummodo ex breuitate temporis, vel ex qualitate causæ manifeste appareat, ꝙ non sit possibile arbitrum fuisse instructũ, vt supra dixi.

31 ¶ † Si vero ponimus pro constanti, quòd arbitro non liqueat de meritis, & sententiam vellit proferre, & tunc, aut simpliciter, aut per relationem ad acta, aut per relationem ad aliqua extrinseca, primo casu quãdo simpliciter profert, vt puta, condemno tẽ ad id quod debes. videtur text. iuncta glos. in. l. quid tamen. §. Pomponius. ff. de arbit. quod valere debeat, si ex actis potest sententia certificari per. l. in summa. ff. de re iudi. sed glos. in. l. iij. C. de sentẽ. quæ sin. cert. quan. tenet contrarium dicens, quòd ad hoc, vt valeat debet haberi relatio ad actã, & non generaliter pronuntiari allegat. d. §. Pomponius, & dictã. l. in summa, & l. ait prætor. §. sed iudex. ff. de re iudica.

32 ¶ † Barto. in. d. §. sed iudex, concordat istas glos. dicens, quòd quandoq; sententia datur cum relatione ad certam partem actorũ: & tunc valet si in certa parte actorum continetur certa quantitas, siue acta sint probatoria, siue sint assertoria. & hoc modo loquitur tex. in. d. §. sed iudex, & d. l. iij. C. de sen. quę sine cer. quãti. & l. in summa, secundo responso suprà allegata.

¶ Si verò non refert se ad acta, sed simpliciter dicit, condemno te in eo, quod debes. & tunc si acta sunt probatoria in quibus continetur quantitas, sententia tenet. & ita loquatur. d. glo. in dicta. l quod tantum. §. Pomponius, si verò quantitas continetur in actis non probatorijs, sed assertorijs, vt libello, vel positionibus, & tunc nõ teneat, vt in. d. glo. l. tertia. C. de sent. quæ sine cer. quanti. & dictum Bart. est intelligẽdum etiam in arbitro per

iura quæ allegat,& maximè tex.in.d. §.Pomponius, & per determinata,in l.prima.ff.de arbitris, sequitur Bal.in d.§.sed iudex, & in.d.l.tertia.C. de senten.quæ sine cer.quanti. & ibidem Salyce.& Ange.& Imo.in.d.l.in summa.Anto.de Butr.in.c.cùm venerabilis.de except.licet Rapha. cuma.in.d. §.sed iudex teneat cōtrarium, quia dicit,quòd Barto.loquitur contra dicta glos.in dicta.l.tertia, item quia licet constet ex actis probatorijs tamē hoc non sufficit nisi fiat relatio ad ea, cùm ad iudicem spectet pronuntiare super facto,& non super iure,vnde pronuntiando hoc modo, Solue quod debes, pronuntiat super iure.ideo non debet valere.& si dicatur, Constat in actis. respondet ipse,quid ad te?quasi dicat, satis est, quòd tu nō pronuntias super facto.& ibi infert ad aliā quæstionem, & allegat text.in l.prima.§.primo.ff. ad Turpil.respondendo ad text. in.d. §.sed iudex, quòd erat dubium super restitutione:vt est text.in.l.cùm eorū. C. de senten. & interlocuto. omnium iudicum,& in.l.secunda.C.de senten. quæ sine cert.quanti. Alexan. in dicto §. sed iudex. dicit, quòd cùm opinio Bartol.sit communis non discedit ab ea, quæ etiam probatur in dicta.l.tertia.iuncta glo.penulti.dum dicit text. si in aliqua parte actorum cōtineatur, & glo.dicit actorum,scilicet probatorū.& per dictū.§. sed iudex, ad quem Rapha.non bene respondet.nam intelligendo,quòd ille text.loquatur in relicto particulari, prout omnes videntur tenere,sequitur quòd licet dicatur in sententia, Restituas quod habes ex testamento.talis non propterea declaratur quantitas habita ex eo testamento:tamen tenet sentētia. & confirmat ipse Alex.opinionem Bart.per glos.in l.si quis ad exhibendum.ff. de except. rei iud.& l.eum in princip.ff. de susp. tut.& in.c.si confirmationem, de electio.in sexto,fatetur tamen ipse Alex. quòd bonum esset habere relationem, ad aliquem partem actorum.

¶Videtur mihi,quòd pro ista parte sit ille tex.in.d.l.tertia, de sent.quæ sine cer.quanti. cui impossibile sit dari bonum responsum nisi cauillando, vt facit glo.nā,ibi dicitur,quòd ita demum condemnatio facta sine certa quantitate censetur auctoritate rei iudicatæ,si in parte aliqua actorum sit certa quantitas comprehensa.non autem dicit si fiat relatio ad acta.& si hoc voluisset, proculdubio dixisset argu. text. in.l.si vero.§.de viro.ff.solu.mat.nec est curandum de modo,dūmodo habeamus effectū.l.si mater.C. de insti. & sub.& l.mulier,in princ.ff.ad Trebel. not.in l.Gallus.§.si eius.ff.de libe.& posthu. & quāuis posset esse aliqua dubitatio de iudice tamen non videtur, quod possit cadere in arbitro arg.d.l qualē, &.d.§.stari.ff.de arbi.

33 ¶†Intellige prædicta si in actis contineatur quantitas certa.secus si incerta, vt videtur sentire Ioan. Fab. in.d.§.curare,& declarat Ias.in.d.§. sed iudex.

¶Intelligas etiam prædicta quando arbiter nihil dicit de liquidatione.nam si arbiter arctasset,vel de facto cogeretur à prætore,ex quo esset necesse pronuntiare,aliàs pœnam incurreret arg. l.inter vtile.ff.de min.& diceret,quod pronuntiat metu pœnæ: nec de causa sibi liquet,& super hoc iuraret: tunc dicerem sentētiam esse inualidam per supradicta:& multo magis si se nō arctasset,

ctasset, dicerem tunc valere sentētiam cùm hoc casu non esset necessitatus sentētiam dicere. vt dicta. l. si de meis. §. fi. ff. de arb.

34 ¶ † Sed quid si pronuntiat, & dicit, ꝙ sibi non liquet nō tamen iurat, an hoc casu valeat sentētia, videtur quòd sic, quia tex. in dicto. §. si requirit, quòd arbiter iuret ad hoc, vt sibi credatur facit. d. l. si cui. aliàs Pomponius. ff. de re iudi. & hæc procedunt quando sumus in vno tantum arbitro.

35 ¶ † Sed quid si sunt plures, & vnus iurat, quòd non liquet sibi de causa, an cæteri possint sententiam proferre: videtur, quòd non. per. l. Pędius, in fine, & l. sicuti. ff. de arbitris, dico quòd si vnus iurat, quòd non liquet, & vlterius non se opponit alijs dicēdo, quòd non debeant iudicare, & quòd vult instrui, & cognoscere de causa, sed quie scit: tunc cæteri possunt pronuntiare per. d. l. Pomponius. ff. de re iud. & no. in terminis Alber. in. l. item si vnus. §. item si plures, ver. item quod, si vnus, & in. l. sicuti. ff. de arbi. & hoc in arbitris statutarijs.

¶ Si vero postea quàm iurauit sibi non liquere etiam se opponat alijs, & non vult, quòd procedant sine interuentu suo, & tunc cęteri non valent ferre sententiam, & si coguntur nō tamen erit standum eorum sententiæ, quia est lata altero ignorante, qui habetur pro absente. l. diem proferre. §. coram. ff. de arbit. & certum est, quòd si esset absens non teneret sentētiam. l. si in tres. ff. eodem titu. de arbitr. item licet non sit instructus tamen poterit instrui; & trahere alios in suam sententiam, vt in. d. l. si in tres, & hoc modo procedat opinio Iaco. Butri. relata per Alber. in d. l. sicuti. ff. de arbi. nec obstat si dicatur quòd iste rationes videntur militare etiam in casu præcedenti, quia si bene consideretur, non est verum, nā quando vnus ex arbitris iurat, quòd sibi nō liquet, & alijs non contradicit videtur saltem tacitè adhærere eorū opinioni, & idem velle, quod ipsi volunt. l. ij. §. voluntate. ff. soluto matrimonio, & c. qui tacet de reg. iuris in sexto, ex quo idem effectus resultare debet ac si expresse in aliorum opinionem concurreret. l. cum quid. ff. si cert. per not. in. l. fina. C. de inst. & sub. sub cōdi. fac. sed non est ita quando est absens, vel præsens, & ignorans alijs oppugnat, nam nō potest aliquo modo præsumi, quod velit alijs adhęrere, & de absente probatur per illud vulgare quod capita, tot sententiæ. c. sicut in sacramētis. de consecra. distin. iiij. & c. quia diuersitatem, de concessio. præben. de præsente vero de perse patet, quòd nolit consentire, cum expresse repugnat, & sic licet ignoraus sit absens respectu scientiæ, tamen est pręsens respectu adherētiæ.

¶ Nec etiā obstat si dicatur, quod imò, quando vnus arbitrorum est præsens, & cōtradicit cæteris: nihilominus maior pars potest ferre sententiam. vt not. in dicta. l. si vnus. §. item si plures, & d. l. si in tres, quia illud ꝓcedit quādo arbiter contradicens est instructus, & sibi de causa liquet. nam si secus esset dispositum, nunquam, seu de raro posset perueniri ad finem negotij: & sic ad sententiam propter naturalem hominum ad dissentiēdum facilitatem. d. l. item si vnus. §. principaliter. ff. de arbitris. at in casu isto contradicit quia non est instructus, ex qua instructione posset alios in suam sententiā trahere,

vt in dicta.l.si in tres.fortius hoc procederet,si essent tãtùm duo arbitri per nota.per Albe.& Bal. & alios in dicto §.item si plures.

36 ¶† Secundo casu,quando pronuntiat cum relatione ad acta quæ continent certam quantitatem,non est dubium, quod sẽtẽtia teneat,siue acta sint probatoria,siue assertoria.vt not. Bartol. in.d.§.sed iudex & in dicta l.iiij.C.de senten.quæ sine cert. quantita.& Bal. in.l.si de meis.§.ex compromisso.ff. de arbitris, Alexand. Iaso. in dicto §. sed iudex. Anto.de Butr. Abba. Fely. in dicto cap.cum venerabilis, circa finem,de excep.Ioan.Fab. Ang. in.d.§. curare.inst.de actio.

37 ¶† Amplia quoad acta probatoria,vt procedat etiam si non simpliciter arbiter habuerit relationem ad acta,sed conditionaliter dicendo, Condemno si probatum est.ita Bal.in dicta l.si de meis.§.fina.& in.l.idem Pomponius. ff.de arbitris.faciunt nota. per Bartolum,Baldũ,in l.cùm iudex.C.de senten.& interlo.omnium iudicum.Bartol.in.d.§.si iudex.& hoc quia est lata sub conditione de præsenti, quæ non suspendit actum.vt not.gl.in l.à diuo pio.§.in venditione.ff. de re iudic. & glo.& Bart.in ij.§.biduum.ff. quando app.sit.

38 ¶† Intelligas prædicta:si additũ fuerit aliàs,absoluo.nam si simpliciter diceret,Condemno,si est probatum.exponitur,id est, quatenus est probatũ. vt not.in.l. Stichum.ff. de legatis primo. ideo si pro parte esset probatum, & pro parte non:condemnatio esset facta in parte,& in alia parte, nihil esset iudicatum:vnde nõ valeret sententia. vt l.in hoc iudicio.ff.fami. hercisc. & latè per Bartol. in.l.j.C. si aduer. rem iudica.scribentes in.d.l.iij.C.de senten. quæ sine cert. quan. Aretinus.in dicto.§.curare.insti. de act. columna tertia in fine,ex quo dicere debet,aliàs absoluo.

39 ¶† Tertio casu, quando refert se per sẽtẽtiam ad aliqua extrinseca:vt puta,ad instrumentum in actis non productum.& tunc dicunt Dyn. Iaco. de Raue.Alber. Alexan.in l. ait prætor. §.si iudex.& Bald.& Salyce. in l. tertia.C.de sent.quæ sine cert. quantita. Innocen.Felyn.in.c. cùm venerabilis, de exceptio. quòd talis sẽtẽtia valet. mouentur per textum in dicto c.cùm venerabilis.vbi Papa adiudicat omne ius episcopale.exceptis his quę per authentica scripta eis videntur esse subtracta.item & per textum in dicto §. si iudex.vbi sententia per quam facta est relatio ad testamẽtũ, & codicillos, est valida: & tamen testamentum, & codicilli non fuerunt producti: & alia complura adducuntur pro hac parte, quam præceptor meus de sero dominus Petrus Paulus Parisius, & nunc Reuerendissimus Card. dicit veriorem esse,in puncto iuris,in c.cùm venerabilis,de exceptio.nu.lxxx.& eam latè disputat Rip.in.d.§.si iudex.

¶Contrariam opinionem, quòd imo talis sententia non valeat tenuerunt glo.Barto.Imo.Iaso.Paul.de Castro. in dicto §.si iudex.& ibi dicit Pau.de Castro,quod illa quæ non sunt producta,perinde est, ac si nõ essent in rerũ natura.per ea quæ not. Bart.in.l. prima,in fine.C.de senten.quæ sine cer. quantita. idem voluit Ioan. Andr. in additio.ad Speculato.in titulo de sen. ten.prolat.§.qualiter,versi.quid si iudex

dex, & eum sequuntur Butr. Abba. Imo. in ca. cùm venerabilis, de except. Ange. Imo. in l. si conuenerit. ff. de re iudi. Ro. Areti. in l. §. si quis ita. ff. de verborum obligationibus. Auge. in. §. curare, colum.. quarta, insti. de actio. Alexan. consilio. liij. videtur, quòd stãte, cõsilio. cix. volumine quinto & hãc dicunt cõmunem Iaso. & Rip. in dicto §. si iudex. & Paris. in dicto cap. cùm venerabilis.

¶Has tamen opiniones reducunt ad concordiam Rip. & Paris. post Salyce tum in dicta l. tertia. & Felyn. in dicto cap. cùm venerabilis, distinguendo, quòd aut instrumenta non fuerũt producta, & in nulla parte actorum de ipsis facta est mentio, & tunc procedat communis opinio, quòd sentẽtia non valeat, aut in actis assertorijs facta est mentio de ipso instrumẽto, dato quòd non sit productum, & tunc sententia valebit, & ita procedat alia opinio. Comprobant hæc per multa quæ deducuntur vt ibi per eos, quæ non transcribo.

4 VNDECIMO † Quæro iuxta præmissa, quid si arbiter loquatur conditionaliter, & per verba de futuro: puta, Condemno, si probaueris. seu probabis intentionem tuam, an valeat sententia. Bald. in dicto. §. ex compromisso, & in dicta. l. idem Pomponius videtur tenere, quòd sic: referendo Iac. Butr. in l. cùm quidam. C. de senten. idem sensit Roma. in Rubrica, de arbitris, columna quinta, ad hoc faciunt nota. per Specul. in titulo, de sententijs in. §. species, versiculo, quid si iudex iuxta, & versic. sed ecce, dum quærit, si iudex condemnat reum in eo, quod est petitum sub conditione, si actor probauerit, vt teneat talis sententia, & allegat pro sententia dictam l. cum iudex. C. de sententijs, & cap. auditis, de procuratoribus, postea contra per l. debitum. C. de acquirenda hæreditate, & l. qui in sententiam. C. de pen. cum similibus, demum dicit, quod quidam tenent talem præposterationem non reddere sententiam nullam, cum non sit talis de qua lex loquitur, scilicet. l. prolatum. C. de sententijs. licet faciat eam iniustam, & per appellationem rescindendam, & pro primo dicto dicit, quod facit. l. in fundo, in fine. ff. de rei vendicatione, & l. qui restituere, eodem titulo, & c. causam quæ de rescriptis, & c. exhibita, de iud. & sic videtur acquiescere huic opinioni iuxta. no. per gl. in l. qui filium. §. Sabinus. ff. ad Trebellianũ. & per Baldum, in authentica ex testamento. C. de col. facit quod not. Imo. in l. iudex. ff. de re iudi. qui determinat, quod si iudex cõdemnat Titium in centum, nisi probauerit se soluisse infra decem dies, talis sententia tenet. idem tenet Bald. in l. peremptorias, quartá columna. C. senten. rescin. non pos. per multas rationes. Primo, quia licet fieri non possit, tam tenet l. prima. §. biduum. ff. quando appellandum sit. item quia sententia est iusta dicta l. cum iudex supra allega. nam deseruit iuri, & iustitiæ, quia neutrius partis ius dedit. l. iustitia. §. iuris præcepta. ff. de iustitia & iure. & hoc præcipuè debet procedere quãdo iudex non habuit tempus deliberandi. argumento. l. primæ. ff. de exceptionibus, itẽ quia totus tenor istorũ ver-

borum est sententia diffinitiua, ergo eidem standum est, si non appellatur. item quia non est talis ordo qui respiciat fundamentum iudicij: prout habetur in.l.prima.C.de appella.& in.l. qui prior.ff.de iudi.item quia probatio intelligitur facta ante sententiam. nam conditio fingitur retro capi.prętere de appella.idem in.l .prima, in penultima colum.C.qui ami.nõ possunt, & Ioan.And.in additio.ad Specu.in titulo de senten.dicto.§.species, versicu.quid si iudex.

¶ Pro contraria parte, quòd sententia non valeat facit, quia sententia arbitri non debet esse incerta dicta.l.quid tamen.§.fin.ff.de arbitris, vel saltem certificanda est per acta, vt.d.l.tertia.C. de senten.quæ sine cer.quanti.& suprà dixi, & si facit relationem ad probationes faciendas post sententiam, & conditionales, non videtur facere relationem ad acta causæ cũ illa dicatur propriè acta, quæ fiunt ante sententiam, vt not.in capitu.quoniam cõtra de probatio.& quia conditio nihil ponit in esse.l.si quis sub conditione.ff.si quis omissa causa test.facit quod dicit Bald.in.d.l.cum iudex, dum quærit si iudex nõ potuit examinare acta ꝓpter temporis breuitatem, & cõdemnauit hoc modo pronuntio absoluendum reum si apparet ex probationibus factis, & faciendis esse absoluendum, an talis sententia teneat, & dicit ꝙ Butri.tenet ꝙ sic: tamen ipse Bald. dicit, ꝙ hoc est falsum, quoad illud verbum fiendis.facit etiam ille text. in dicta.l.cum iudices iuncta gl.dum vult, quòd si iuramentum venit præstandum pòst ex interualo non teneat sententia.ita dicamus in casu nostro, quòd cùm ista conditio nõ possit verificari statim post sententiam nõ debet sententia valere. Salyce.ibi tenet quoad istam conditionem si probauerit, quòd sententia non valeat, si non fuit datus terminus ad probandũ.per ea quę.ipse dixit in.l.properandum.§. & quidam.C.de iudi.alias secus.Ioã. franci.Rip.in dicto.§.si iudex, latè ꝓsequitur, & tenet hanc partem, & dicit, quòd in practica vix obtineretur contrarium.

¶ Quicquid sit de iudice in arbitro, sic dicerẽ, quòd aut loquimur de arbitro compromissario, aut de arbitro statutario. Primo casu, siue ꝓpter breuitatem temporis, siue ex alio sic pronuntiauerit, dico sententiam non valere.per.d.l.quid tamen.§.Põponius. ff.de arbi.nam hæc sententia licet habeat istud adiunctum, nihilominus est diffinitiua.l.prima.§.biduum.ff.quãdo appel.fit.& idem iudicatur de ea, quod iudicatur, de pura, & simplici, vt ibi patet.nam si etiam nullo adiecto, sed simpliciter arbiter sentẽtiaret, certum est, quòd finitur cõpromissum.l. dicere in fine, cum sequen.ff.de arbitris, & dixi suprà in.vj.quæstio.principa.in verbo sententia, si finitur cõpromissum: ergo nõ potest amplius se impedire in dicta sententia.l.quia.ff.eo. titulo, de arbi. Nec obstat si dicatur, ꝙ iudex poterit certificare sententiam, accipiendo probationes cũ etiam exequatur sententiam arbitri: maximè si sine pœna eliguntur, vt not.l.à diuo pio.ff.de re iudi.& per Specu.in titulo de arbi.§.differt.versicu.item non exequitur, quia tunc diceretur sententia iudicis, & nõ arbitri.argumẽ.not. in.l.ius ciuile.ff.de iusti.& iure. Nec

obstat.c.

obstat. c. præterea. de appel. quia ibi sententia est certa, sed executio prorogatur, quod etiam arbiter facere potest dicta. l. quid tamen. §. solutioni, eodem titulo, de arbit. item loquitur in eo quia habet iurisdictionem etiam post latam sententiam.

¶ Secundo casu quando arbiter statutarius fert sentétiam prædicto modo, tunc aut tenemus, quòd habeat ordinariam iurisdictionem: vt dixi suprà in secunda quæstione sextæ quæstionis principa. & eo casu idem diceremus de eo, quòd diceremus de ordinario, vt valeat sententia: secundum quòd cõmuniter tenetur. si vero dicamus, quod habeat delegatam, diceremus quòd non valeret, nisi incontinenti fieret probatio. per nota. in. l. iudex postea quàm. ff. de re iudi. & in. l. Paulus, la prima, eodem titulo, & in. l. quia. ff. de arbit. iunctis his quæ habentur in. l. lecta. ff. si certum petatur. faciunt etiam nota. in. l. ab executore. ff. de appel. Nec obstat si dicatur, quòd supradicta ratio videtur habere locum etiam in casu isto, quia licet habeat locum, non tamen tantum operatur, sicuti in casu præcedenti, propter subiectam materiam quæ est ordinaria iurisdictio argu. l. hæreditatem, & l. quamuis. C. de imp. & alijs sub. & l. nam hoc iure. ff. de vulga. & pupillari.

41 DVODECIMO † Quæro an arbiter valeat iudicare vltima die cõpromissi? dicas quòd sic. ita not. Barto. in. l. si de meis. ff. de arbit. Bald. in. l. fina. C. qui admi. & in authentica, ei qui. C. de temp. appel. Barb. in capitu. consuluit, columna quinta. de offic. delega. & dixi supra in tertia limitatio. secunda quæstio. istius quæstio. principa. facit quod not. Specula. in titu. de appella. in. §. restat, versicu. sed nunquid, dum dicit, quòd vltima die potest appellari, idem not. in capitulo cõcertationi, de appel. in sexto, imò vltimo momento, vt ibidem nota. & per Hostien. in summa. §. infrà quod tempus, ad idem. in. l. prima. §. dicimus. ff. de succ. edict. dum dicit, quod bonorum possessio quæ potest peti infrà centesimum diem potest etiã peti eo die centesimo.

¶ Quid si illa dies erat feriata in qua non poterat arbiter pronuntiare, an debeat sentétiam proferre ante illam diem feriatam, vel post: & videtur quod post, per not. per Barto. in. l. prima. §. nuntiatio. ff. de noui operi nuntiatione per Bald. in capit. bonæ memoriæ, el secundo, columna prima de electio. & in capitulo fin. de dolo, & contumacia. & in capitu. ij. colum. ij. de eo qui mit. in posses.

¶ Contrarium est verum, quia quando statuitur terminus infra quẽ actus debeat expediri, tũc si vltima dies termini est feriata est expediendus ante illam diem. ita not. Barto. in. l. ij. C. de temp. appel. per illum text. But. Bald. in dicto capitulo fina. Ioan. de Imo. in dicto. §. nuntiatio, refert. Soci. in titu. de citat. in. xix. articu. quæstio. quarta. sed clarum est, quòd terminus qui constituitur arbitro, siue intelligamus de instãtia, prout in iudice, siue de termino statutario, vt hic Paduæ est dispositum, intelligitur constitutus ad hoc, vt infrà, illud causa expediatur. de quo dixi suprà in septima quæstio. principa. versi. lapsu temporis. & hoc intelligas de ferijs solennibus, vel cõmunibus, quid autem esset de ferijs repen

repentiois videas Barto.in dicta.l.ij. & alios suprà dictos docto.& quæ dixi suprà in prima quæsti.princip.in verbo quibuscunq; diebus.

42 TERTIODECIMO † quæro, an arbiter habeat pronuntiare in scriptis glo.in.l.cum antea.in versic.subscripserit.C.de arbit.colligit,quòd in scriptis,sit per arbitrum pronuntiandum.idem,videtur dicere text.in.l. prima.C.de sent.ex per.rec. Barto.Salyce.in.d.l.cum antea sequuntur glos. Bald.in.l.quid tamen.ff. de arbitr.in additio.hoc idem tenet.& Imo.dicit ibi,quòd nihil operaretur partiũ consensus,quia partes non possunt mutare formam antiquis institutam. not. etiam Specu.in titu.de arbit.in.§.differre,versicu.item inferendo.ex quo infert,quod non videtur idiotã posse arbitrum esse.& hanc illationẽ sequitur Ioan.Bapti.gener Bart.in libr.ix. c.xv.colum.xxiij.de arbi.dicens quòd licet aliqui tenuerunt cõtrarium,nec reprobentur ab aliquo,tamen nunquã illud sibi placuit,quia est directo contra dictã.l.primam,&.ij.C. de senten. ex per.reci.quę dicunt arbitrum legere debere sentẽtiam,quod nihil aliud est dicere,quàm oculis inspiciendo recitare.l.prima.ff. de his quæ in testa. delent.cùm autem huiusmodi idiota hoc facere non possit dicendum videtur,quòd non possit fungi officio arbitri etiam conuentionalis.allegat ad hoc not.in.l.fina.C.eodem tit.de arbi.& quæ ipse dixit in tertio libro.capitu.decimotertio.in fin.credo quod tenentes contrarium,vt refert Specu. in loco prædicto habuerint meliorem sensum non per illam.l.certi.C.de iudi. per quam ipsi mouentur,sed per text.in authen.de iudicijs.§.quia verò,vbi prohibetur ne fiat compromissum cum iuramento:propterea quia arbitri ignorantes multum lædebant partes,ex quo,vt plurimum volebant discedere à sententia:& sic periurium incurrebãt.vnde in effectu textus ille videtur permittere,quòd quandocũq; ignorantes possint esse arbitri, vt etiam dixi suprà in.v.quæstio.istius quæstio.principa.ex quo sequitur limitationem dicti Ioan.Bap.non procedere dicit,quòd opinio cõtraria posset habere locum quando partes sciebant eligendum in arbitrum esse ignarum literarum,per ea quæ dicit Barto.in.d.l.fin.de potestate electo à ciuitate sciente eum illiteratum,nam tũc videtur ipsa ciuitas hoc eidem potestati concedere argu.l.quidam consulebãt.ff.de re iudi.quia siue scientes, siue ignorãtes essent partes crederem indistinctè idiotam posse esse arbitrũ, facit ꝙ not.in.d.§.stari,& in.d.l.qualẽ.ff.de arbitris,eo maxime quia inoleuit practica,quod notarij scribũt,& legunt senteotias.

43 ¶ † Limita primò,vt sentẽtia per arbitrum in scriptis ferenda sit,nisi esset causa parua,seu vilis per authen. nisi breuiores.&ibi not.per Albe.Bart.& Bald.C.de sent.ex per.rec.quę autem dicantur viles,vel paruæ,relinquitur arbitrio iudicantis considerata quantitate causæ,& personarum qualitate, vt per suprádictos notatur.

44 ¶ † Limita secundo nisi esset interlocutoria per arbitrum ferenda.nam tunc non esset necessaria scriptura,qa solum indiffinitiua est appositus iste ordo:ergo in alijs debet remanere regula,quòd tãtum valeat si fiat in scriptis,

ptis,quantum sine scriptis per. l. pa-ctum.C.de pactis.ita dicit Barto.in.l. ij.C.eod.titu.de sent.& in.l.nec quicquam.§.vbi decretum.ff.de offi.procons.colũ.j.licet cõmuniter Barto.sit corruptus cùm velit dicere non,& dicat sic vt apparet ex iuribus allegatis, vt per eundẽ no.in.l.non solũ.§.liberationis.ff.de li.leg.idẽ Barto.in.l.iij. ff.de appe.rec.Bald.in.l.j.C.de sen.ex per. reci.facit quod.not. Imo.in.l.patris filij.ff.de vulga.& pupilla.& per docto.in.l.fi.C.de priu.scol.quam limitationem declarat Ioã.Bap.vt procedat in meris interlocutorijs.secus in mixtis,quia tũc aut interlocutoria sapit aliquid de diffinitiua,non tamen magnum praeiudicium affert,& nõ est ferenda in scriptis,aut absorbet totũ negotium.& tunc idem iudicandũ est de ea,quod iudicaretur de diffinitiua. argu.eorum quę not.per Bar.in.l.consentaneum.C. quomo.& quando iudex,& quae ipse dixit in eo.c.§.diximus de interlocutoria,facit quòd dicitur de iur.ciuili,dari appellationem ab interlocutoria,vbi infertur praeiudiciũ irreparabile diffinitiuę,vel quãdo non expectatur alia diffinitiuę,&. sic idem seruatur in istis interlocutorijs,quòd seruaretur in diffinitiua,ita no.in.c.super eodẽ,el secũdo,p Anto. de Butr.& Abb.de appella.Bart.in.l. ante sententię.C.quo.appel. non reci.

¶ Limitatur etiam per eundem Ioan. Bapt.vt non procedat in incidenti,vel emergenti.per not.per Bald.in.l.ij.C. de sent.ex per.reci.quae limitatio non videtur diuersa à praecedenti,vt not. Bart.in.d.l.cõsentaneũ,col.ij.circa fi. & etiam per supra dictos scrib.colligi poteſt.idẽ videtur dicendũ de alia limitatione quoad expensas,cũ habeat vim interlocutoriae,vt dicit idẽ Bald. in.d.l.patris,& filij.ff.de vulg.& pup.

45 ¶ † Quid in causis summarijs,in quibus sine strepitu,& figura iudicij pcedit,put.videtur disponere statutũ nostrũ.vt dixi suprà in.j.q.prin.versi. sola.cũ sequenti,an sit proferenda in scriptis, Petr.de Bel.perr.& Cy.in.d. auẽ.nisi breuiores,dicunt ꝙ in omnibus causis,in quibus nõ datur libellus,non est etiã in scriptis dãda sententia,vt sententia sit cõformis libello.l. vt fundus.ff.com.diuidun.& qui sint illi casus in qb⁹ nõ datur libellus,not. in auẽ.offeratur.C.de lit.cõtest.& in §.si vero.auẽ.de exhib.& intro.re.idẽ videẽ sentire Inn.in.c.olim de accus. & no.in.c.ea quae.§.ij.de sta.mona.& l.fi.C.de nauf.sed,vt dicit etiã Alb.in d.authẽ.nisi breuiores.istud est hodie expeditũ per cle.saepe.de verb.obli.& ibi no.gl.in versi.in scriptis,ꝙ licet nõ requiratur libellus, nihilominus sententia sit in scriptis ferenda,& de hoc latè habetur per Bonifa.Imo.& Nath. in.d.clemen.in.§.vero.

46 ¶ † Tertiò,limita si partes cõsentiãt, ꝙ arbiter ferat sententiã sine scriptis. ita dicit Alb.in.d.auẽ.nisi breuiores. per tex.& ibi no.in.l.vltima.circa fin. C.de priui.scho.& in auẽ.generaliter. C.de epis.& cleri.facit ꝙ no.in.l.j.C. de lit.cõte.tenẽdo ꝙ possit renuntiari litis cõtestatiõi,& ꝙ no.in.d.auẽ. offerat secũdũ opi.Odof.ꝙ possit remitti libell⁹ de partiũ cõsensu,& pcipuè qñ sumus in arbitro,vt dicit Ang.ibidem in fin.faciunt no.in.l.si quis in conscribẽdo.C.de pactis,& in.l.fi.§.fi.C. de temp.appella.& in.l.nemo exterus.C.de iud.&.l.vsque adeo.ff.si qs à par.

à par.fuer.man.& in.l.in re mãdata. C.mand.idẽ videtur velle Bart.in.d. auct.nisi breuiores,in fi.dum dicit,& hoc not.pro commissis quæ fiunt,in quibus datur potestas cognoscendi in scriptis,vel sine scriptis : quia per hoc videntur partes velle.quòd eius simplici informationi,& relationi credatur quod tene menti perpetuò,dicit ipse, & clarius apparet de voluntate ipsius Bar.in.d.authẽti.offeratur in fi.assignãtis rationẽ,ꝙ ideo hęc solẽnitates quoad arbitros remittunẽ : qa arbitri recipiũt notionẽ ab ipsis partibus : & sicut Papa,vel Imperator(quãdo dãt iudices)possunt remouere istas solẽnitates,ita & ipsæ ptes.ꝙ secus est in alijs iudicibus.ad hoc allegat text.in l.prima,post principium.ff.quis & à quo appell.& l.fi.C.de sen.not. Butr. in.c.cùm ad sedem colum.pen.de restit.spol.& in.c.in præsentia,& in.c. quoniã cõtra.colũ.vij.de proba. & ꝙ not.Ange.in.l.sciendum.ff.de verbo. oblig.dũ dicit,ꝙ si partes cõsentiant, potest arbiter ferre sententiam, licet non constet de cõpromisso: & sic ex consensu partiũ est,perinde ac si cõpromissum fuisset verè factum.sequitur Iaso.cons.xij.allegata pro parte, col.prima volu.j.

¶Contrarium tenet Anto.de Butr.in c.quintauallis.xx.colum.in fine, vbi dicit sibi nõ placere dictum Bart. in d.authen. nisi breuiores,inquantum vult, quòd stetur simplici verbo arbitri in decisorijs,quia hoc valde periculosum est,& sic vult idẽ Butri.ꝙ probentur acta decisoria per testes licet sit remissa scriptura per not.per Barto.in.l.societatem.§.arbitrorum, ff.pro soc.hanc opinionem sequitur Ang.in dicta authen.nisi breuiores & alij infra allega.quamuis mixtè loquantur,tàm in arbitro,quàm in arbitratore.tamẽ rationes vtriq; cõueniunt:& primò,quia cùm arbiter habeat procedere ad instar iudicis.l.prima.ff.eo.titulo,de arbitris,& consequenter acta facere in scriptis.c.quoniam contra de probationibus.l.cum magistratibus.ff.de testibus,satis videtur esse,vt ob hanc potestatem sibi à partibus traditam possit sine scriptis procedere absque eo,quod operetur etiam id quod Bartol.vult supra, vt stetur simplici eius verbo.nã compromissum est strictissimi iuris. & non ad alia extendendum, quàm ad cõtenta in eo capitulo cũ dilectus, arbitris.l.non distinguemus.§.de officio.ff.de arbitris, & verba sunt ciuili modo intelligenda.l.si cui.ff.de testibus.vnde satis in ciuile esset simplici verbo eiusdẽ arbitri stare ad probationẽ actorũ corã eo factorũ,itẽ esset in potestate arbitri tollere viã reductionis ad arbitriũ boni viri in illis casibus.in quibus est permissum reduci.licet regulariter non reducatur,vt not.in dicto.§.stari,ꝙ tamen esset absurdum, capit.cum appellationibus. de appellatio.in sexto, & capt.suspitionis.de officio delegati.item quia si acta requirunt scripturã ad sui substãtiã non possunt probari per testes nisi allegetur scriptura facta,& deperdita,capitu.cùm olim, de priuilegijs. sed vbi nõ requiritur scriptura communis opinio est,quod possint probare per testes,not.glo.in.l.si prætor.§. Marcellus.ff.de iudi.l.quoniam. C. de hæreti.Innocen.in dicto capitulo quoniã contra de probatio.circa finem.

nem. sed frustratoria esset ista probatio si crederetur verbo iudicis.ita Ange.vt dixi,& Imol.in.d.c.quintauallis,& Ludouic. Roma.in dicta.l. sciendum. ff. de verbo.obligationi.& Alexan.ibidem,& si loquatur de arbitratore,ad quod facit,ꝙ not.Bald. in dicta.l.quid tamen, in additio.vt supra tetuli.

¶Crederem(saluo semper saniori iudicio) non esse recedendum ab opinione Albe.& Barto.tamen aduertédum est,ꝙ quoad limitationem,omnes(excepto Bald.)videntur concordare,vt scriptura,seu solennitas scripturæ possit remitti per partium cōsensum. Sed difficultas quoad probationé,& simplicem asseritioné arbitri, an scilicet sit standum assertioni eius,circa ea quæ corā ipso gesta sunt vel sit probatio per testes facienda:& in hoc etiam crederem Barto.melius loqui, si non ex alio saltem,per textum in dicto capitulo quoniā contra. de probatióibus qui dicit,quòd ideo est introducta illa solennitas scripturæ, ne falsa assertio iudicis præiudicaret partibus,& sic vbi aliàs nō esset illa solénitas scripturarū ex illo tex. apparet quod esset standum assertioni iudicis.ergo vbi sublata est solennitas scripturarum ex partium voluntate,debemus dicere ꝙ standum sit assertioni arbitri.argu. dicta.l.ré nō nouā.C.de iud.&.l.primā.ff.eod. titu.ff.de arb.

¶ Præterea verba cum effectu sunt intelligenda.l.prima. §. hæc autem verba.ff.quod quisque iur.& .l.pen. ff.ne quis eū qui in ius voc.sed si intelligeremus ꝙ per pactū sit remissa simplex scriptura,non tamen probatio esset sine effectu ergo,&c.

¶ Item in potiori significatu sunt intelligenda.l.prima.ff.si ager.vect.Itē contra loquentem fit interpretatio. l.veteribus. ff. de pact.item videtur de intentione ipsorum litigantium vt ex isto pacto remissionis scripturarum acceleraretur lis seu causa.vnde si intelligeretur per istam remissionem,quòd non esset facta remissio & testium: sed quod in quolibet actu deberent adesse testes,magis prolongaretur causa, quàm si ipsa scriptura interuenisset propter difficultaté inueniendorū testium, vt ad sensum patet.ergo.&c.l.qui hominem.§.fin. ff. de solu.l.cùm is.§.fideiussor.ff.de condi.indeb.

QVARTODECIMO

47 † Quæro an arbiter possit sententiā ferre de nocte.Bald.in.l.eos in fi.C. de appella.dicit ꝙ si est assignatus terminus arbitro,infra quem habeat pronuntiare, & se non arctauit, sed arctatus est cauilationibus & malitijs partium,potest pronuntiare etiā noctis tempore, adhuc vt euitet pœnam, quam erat incursus si non pronuntiasset:& sic in effectu vult,quòd si arbiter non esset incursus pœnam, non deberet pronuntiare de nocte. pro quo facit gloss.in.§.sedebunt in auț.de iud.dum dicit,quod vsque ad vesperas potest iudicium reddi & expressus glo.j.§.secundo insti.de verborum obligatione.Roman.etiam & Iaso.in.l.more Romano.ff.de ferijs. specialiter loquétes de arbitro tenét, quòd non possit sententiam dicere de nocte,nisi ex causa necessitatis.per.l. si de meis.in fin.& l.si feriatis secundum vnum intellectum.ff. de arbi. idem

idem dicunt Alex.& Remin.in.l.non minorem.C. de transac.reprobantes Paul.de castr.qui facit differentiam inter ordinariū delegatū,& arbitrū, vt infra referam, per.d.§.sedebunt. qui loquitur generaliter ergo, &c.l. de pretio,ff.de pub.&.l.j.§.generaliter.ff.de leg.potest.itē quia de hoc est tex.in.c.cōsuluit.de offi.deleg.cū sua ratione quæ militat,tā in ordinario, quàm in delegato,& arbitro.facit ꝙ not.Hostien.in.§.qualiter.de iud.dū dicit quod præsumitur contra illum qui occultè dat beneficium.c.vt nostrū.§.primo, vt eccle.benef.c.Anastasius.xix.d.&.c.clericus.lxxxj.d.& l.palam cum.l.fina.ff.de rit.nupt.nā tenebræ apertæ sunt ad partium supponendum.ff.de vent.inspi.l.j.§.mulier,& arg.l.nō existimo.ff.de admi. tuto.item & clādestinæ electiones reprobantur cap.quia propter.de elect. & matrimonia clandestina non valent capi.cùm inhibitio.de cland.desponſ.ad hoc faciunt not.per Innoc. in.d.c.cōsuluit quē sequuntur Io.an. ibidē.& in add.ad Spe.in ti.de sen.§. iuxta ver.itē est nulla ratione tēporis & Io.de imo.& Abb.in.d.c.consuluit & Pet.de bel.per.& Cy.Alb.Bart.& quasi omnes in.d.l.non minorem.C. de trāſ.& per Odof.Alb.Bar.& Bal. l.d.l.more.ff.de fer.facit tex.&ibi no. per Alb.& alios in.l.ij.§.&.quia.ff.de orig.iur.& per Soci.in reg.cxiiij.

¶ Contrarium tenet Pau.de castr.vt dixi in dicta.l.non minorem dū quærit,an sententia lata de nocte valeat. & cōcludit,ꝙ aut est lata à iudice ordinario qui habet certum locum pro tribunali, & certas horas in quibus debet sedere: & tunc lata extra illam horam,siue sit de die,siue sit de nocte nō valet,per dictum.§.sedebunt. aut loquimur de iudice delegato qui non habet certam horam nec terminum, sed pro libito voluntatis, tam hora quàm locum sibi deputat:& tunc valet etiam lata de nocte,dummodo infra terminum suæ iurisdictionis,& in loco honesto,vt nota.in.l.cum sententia in fine gloſſ.C.de sententijs.& idē dicit in sententia arbitrorum & arbitratorū. pro quo facit gloſſ. in dicto capitul.consuluit quæ vult quòd licet non sit ferenda de nocte si tamen est lata, tenet:cùm multa à principio prohibentur, quæ tamen facta tenēt.l. patre furioso.ff.de his q̃ sunt sui vel alie.iur.& quis non debet iurare per creaturas,si tamen iurat,tenet,not.in capitulo & si Christus de iureiuran.item non est ferenda sententia sub conditione, si tamen lata sit,tenet.l.prima.§.biduum.ff.quando appellan.sit. item matrimonium non debet contrahi contra votum,si tamen contrahitur,tenet capitu.nuptiarum.xxvij.q.j.Et episcopus non debet consecrare in diocesi alterius: si tamen consecrat,valet consecratio. capitu.episcopus.vij.quęstio.j.Odofre.& Fulgo.in.d.l.non minorem dicunt sententiam iudicis de nocte latā valere,quod etiam sequitur Hostien. dicto.§.qualiter, & Cardi.in.d.c.cōsuluit & ad omnia allegata in contrarium respondent,ꝙ non est ferenda sentētia de nocte de hōestate,& ita respōdetur ad.d.c.cōsuluit.& ad dictū. §.sedebūt.& ad.l.ij.§.& qa.ff.de origi.iur.& ita attestatur Hosti.hoc expertū fuisse coram domino Gaietano,nam cū valeat transactio de nocte facta,

facta, ita debet etiã valere processus. per .d.l. non minorem .. & ita de facto hæc opinio prævalet, vt ipse dicit ꝙ tamen an verum sit, ad nos discutere nõ pertinet, cùm opinio cõis sit, ꝙ sentẽtia lata de nocte non teneat. vt dicit Ias. in. d. l. non minorẽ. & Deci. in. d. c. consuluit. in fine.

¶ Quantum verò ad arbitrum sic distinguendum putarem, aut loquimur de arbitro compromissario, & tunc dicerem sententiam per eum latam de nocte valere, per. l. diem proferre. §. stari. & .l. qualem. ff. de arbit. nam sicut eidem standum est quando est iniqua ratione rei, vel alterius causæ. vt not. in. d. §. stari. ita & ratione temporis. argum. tex. in. c. j. de plus petitio. & tex. in. §. plus autẽ. institu. de actio. & not. in. l. prima. C. de plus petitio. nec argu endum est de. l. j. ff. eodem titu. de arbit. quia multæ sunt etiam differentię inter iudicem & arbitrum. prout not. Albe. in rubri. de arbitris. & Specul. in titu. & arbit. §. differt. Aut loquimur in arbitro electo secundum formam statuti nostri, cùm multùm assimiletur iudici, siue ordinario, siue delegato: prout dixi supra in. ij. quæstio. vj. quæstio. prin. Crederem quòd sicut iudex non potest sententiam de nocte dicere. per no. in. d. c. consuluit. & .d. §. se debũt. & .d. l. nam minorem. cum alijs supra adductis, secundum ꝙ communiter tenetur, ita nec arbiter.

48 ¶ † Limita tamẽ quoad arbitrum statutarium vt non possit ferre sententiã de nocte nisi essemus in fine compromissi, & sic expiraret die sequenti. nã tunc posset pronuntiare per nota. per Bar. Bald. in. d. l. non minorem. & in. l. more. & per Canonistas, in. d. c. cõsuluit de officio delegati. licet Imol. ibi teneat contrariũ per. d. c. consuluit. quod loquitur in casu quando expirat iurisdictio, vt ibi apparet, ad hoc dico ꝙ ille tex. procedit quoad forum ecclesiasticum, non autem quoad forum ciuile. vt not. Barba ibidem. quãuis ab hoc intellectu postea recedere videatur, per rationem illius tex. quæ videtur generalis. Attamen manifestè constat quod ibi Papa fecit differentiam inter forum ciuile, & ecclesiasticum. nam ibi refert ius ciuile, & dicit, quòd licet hoc seruetur de iure ciuili, tamen quoad iudicem ecclesiasticum eum inducat congruam, iudicandi horam quæ præcedit tenebras: & sic simpliciter refert ius ciuile illud in nihilo corrigendo. ergô seruari debet. l. sancimus. C. de testamen. pręcipimus. C. de inoffic. testa. & potest esse ratio quare magis inter personas ecclesiasticas est seruanda honestas, quàm inter laicos. c. j. & per totum titulum de vita & honestate clerico. & dicere quod sicut illud seruatur in foro ecclesiastico, est etiam seruandum in foro ciuili esset arguere de maiori ad minus affirmauit quod argumentum non procedit vt not. in. c. si Paulus. xxxij. q. v. & in. c. si ergo. q. j. & per Ioan. And. & Abb. in c. cùm in cunctis. de elect. iuncto text. in. c. solite. de maiori. & obe.

¶ Sed aduertas quia si volumus dicere quod in dicto capitul. consuluit. fiat differentia supradicta videtur cõcludi, quòd etiam quando non expiraret iurisdictio, & sic compromissum posset sententia ferri de nocte cum dicta lege, merè loquatur generaliter. & Papa in dicto capitulo. cõsuluit videatur declarare dictã. l. pcedere

cedere

cedere etiam quoad iudicia, & sic videtur ꝙ sit necessariũ dicere, quòd aut illa lex corrigatur, aut etiam in iudicijs procedat. Sed potest responderi, quod Papa ibi refert quoad corticem literæ, non autem quoad intellectum qui communiter apprehenditur per scriben. vel quod refert in eo membro quãdo iurisdictio erat peritura: quo casu debet fieri illa computatio de media nocte, ad aliã mediam noctem, & hoc modo concordat cum supradictis.

49 ¶ † Secundò fallit, quãdo arbitri assumuntur de iure & de facto. nam tunc cùm talis sententia habeat vim transactionis vt dicit Paul. de Cast. in d. l. more in fi. dicendum est, quod sicut transactio potest fieri de nocte. d. l. non minorem. ita & sentẽtia debeat valere: & sic cùm ex forma statuti nostri assumantur arbitri de iure & de facto, videtur quòd possint etiam de nocte iudicare, vt etiam dixi suprà, in prima. q. princi. in verbo de facto secunda illatione facit quod not. Iaso. in dicta. l. more. septima fal.

50 ¶ † Tertiò fallit, quando sententia est lata de nocte ex consensu partium. per nota. per Ioannem And. in dicta addit. ad Specula. supra allega. & Salycetus, Iason, & alios, in dicta. l. more. & in dicta. l. non minorem. & Felynus in dicto capitu. consuluit, & nota. in dicta. l. penultima. C. de pactis. procederet & hoc siue expræssè, siue tacitè esset consensum, vt refert Iason in dicta. l. non minorem in secunda limitatione.

51 ¶ † Quartò fallit, quando extaret cõsuetudo quòd possit iudicare de nocte. per notat. per Ioannem Andræam in dicta additione, in fine. & Hostiensis in dicto. §. qualiter. Angelus, & Iason in dicta. l. more, & Canonistæ in dicto capitu. consuluit. & per nota. in capi. primo, & in capi. cùm cõsuetudinis. de consuetudi. & in. l. de quibus. ff. de legibus. licet videatur obstare quod dicit Felynus in dicto capi. consuluit. quarta sallentia, per. c. final. de consi. sed illud dictum nihil est si declararetur, prout dixi suprà, in prima limitatione.

52 ¶ † Quintò fallit, si arbiter ferat interlocutoriam. nam tunc licet sit lata de nocte. tenet per nota. per Baldum in dicta. l. non minorem. C. de transactionibus, & per dicta in secũda limitatione, & in quæstione decimatertia præcedenti. facit quod nota. in capitu. auditis. de procura. & Imol. in. l. quod iussit. ff. de re iudicata, vt etiam retuli in causa limitatione. secunda quæstione huius quæstionis.

DECIMO QVINTO,

53 † Quæro, si est compromissum in plures, puta tres, an duo possint sententiã proferre absente tertio. in hoc casu si intelligas, absente tertio & non vocato, clarum est quòd omni iure ad sententiam deuenire non possunt. per. l. si in tres & ibi not. & in. l. item si vnus. §. si in plures. ff. de arbitris. not. Speculato. in titulo de arbitris. §. sequitur versiculo item non valet. c. secundo, & ibi Geminianus, & Franciscus de arbitris in sexto. glosa, & doctores in capi. primo, eodem titulo de arbitris, & in. c. prudentiam de officio delegati, Alexander in consilio. xiij. colũna. iiij. ex his quæ in themate vol. primo.

¶ Si verò intelligas de tertio absente, tamen

tamen vocato, tunc magis communiter tenetur ꝙ de iure ciuili non posſit ferri ſententia. per dictā. l. ſi in tres cū ſimilibus, ſecus de iure canonico per dictum. c. ſecundo, de arb. in. vj. & duę aſsignātur rationes de iur. ciu. & quia abſens poſſet trahere alios in ſuā ſententiā & quia. nō eſt cōpromiſſum in duos, ſed in tres, & ſic qui ſunt pręſentes carēt iuriſdi. vt dicit. d. l. ſi in tres, ſed ius canonicum non ita rigoroſè proceſsit, ſed voluit ꝙ abens vocaretur, & ſine cauſa noluit adeſſe, tūc pręſentes poſſent procedere etiā ad ſententiā. hāc, differētiā facit Bar. in. d. §. itē ſi in plures, & in. d. l. ſi in tres alias. §. celſus. & in. l. duo ex trib⁹. ff. de re iu. gl. Abb. Imo. Boic. in. d. c. j. eo. ti. de arbi. Gem. Fran. in. d. c. ij. Abb. in conſil. lxxvij. col. iij. in. q. quæ ad præſens. volu. j. Ioā. de. ann. in cōſilio. lxxxiij. Viſis his quæ in facto, col. ij. à qua in iudicando non recederem.

¶ Licet diſputatiuè crederem poſſe attentari non eſſe differentiam faciendam inter ius canonicum & ciui. per cap. j. de no. op. nun. nam cùm. d. l. ſi in tres. & dicto. §. ſi in plures loquantur ſimpliciter, non eſt incōueniens quòd diſtinguuntur per. d. c. ij. de arbi. in. vj. l. non eſt nouum & l. ſed & poſteriores. ff. de lega. & ſic vt intelligātur quādo arbiter abſens non fuit requiſitus, nam poſteaquam eſt requiſitus; & nō vult venire, fit contumax, & habetur pro præſente. c. eū qui. de eo qui mit. in poſſ. & l. properandum. §. cùm autem. C. de iudi.

¶ Comprobatur hoc per text. in. l. nō diſtinguemus. § cùm in plures eo. tit. de arbi. dū dicit, quod quando eſt factum compromiſſum ea cōditione vt ſi quilibet vel vnus dixiſſet ſententiā, eidem ſtaretur abſentibus alijs, tamē qui eſt præſens cogitur dicere ſicut ſi eſſet appoſita illa conditio vt omnes dicant ſententiam, & ſic ille tex. in effectu vult, quòd poſsit pars arbitrorū, quæ eſt præſens, iudicare aliàs illa conditio redderetur ſuperflua, quod non eſt dicendum per. §. quibus. j. cōſti. c. præterea in. l. ſicuti. eo. ti. de arb. fit æquiparatio arbitrorum & iudicū datorum, ſeu delegatorum. & Bar. tenet quod in his arbitris qui aſsimilantur delegatis, valet ſententia altero abſente, dummodo requiſito; vt not. in. d. §. item ſi plures iunc. l. fi. C. eo. titu. de arbi. de quo dicto Bartolo dicā infra, ad textum in dicto. c. ſecundo. de arbitris, in ſexto. dū dicit, licet lex ciuilis aliud iuuat, & ſic videatur ibi Papa velle quod aliud ſeruatur de iure ciuili, nec illud corrigere valeat quoad in pœnalem iuriſdictionem, prout dicūt ſupradicti ſcriben. poteſt reſponderi ꝙ ille tex. duo diſponit.

¶ Primò, ꝙ licet de iure ciuili apud præſentes nō videatur remanere totalis poteſtas à partibus introducta, tamē vult ꝙ ex ſua diſpoſitione iſta poteſtas remaneat: & in hoc pręcedat cōmunis opinio de differentia facienda inter vnū ius & aliud, & ꝙ de iſta poteſtate loquatur, declarat tex. in. d. l. ſi in tres. ad quem Papa habet relationē ibi quia in plures fuit cōpromiſſum.

¶ Secūdò, dicit ꝙ præſentes (poſt requiſitionem factā de abſente) poſſunt non obſtāte malitioſa abſentia, proſequi, & diffinire cauſam &, ſic, licet illa poteſtas introducta ex partiū cōſenſu non remaneat de iure ciuili, remanet alia tamē quæ introducitur ex diſpo-

ſitione illius.c.cùm non contrarietur in hoc iuri ciuili.ideo licet nõ poſsint præſentes vi vnius poteſtatis procedere,poſſunt tamen vi alterius poteſtatis à canone introducta:nec etiam obſtat ſi dicatur,quod licet ceſſet iſta ratio, non tamẽ ceſſat alia quæ eſt,ꝙ poſſet trahere præſentes in ſuam ſententiã, vt dicit dicta.l.ſi in tres.ideo debet vigere diſpoſitio argumento text.in.§. affinitatis.inſtitu.de nupt.quia dico, quod ſatis conſtat data eius malitioſa abſentia,quòd non vult trahere alios in ſuam ſententiã,nec cauſam expedire,prout nota.in dicto.c.ſecundo.& per Innocentium in capi.primo.eodẽ titulo,de arbitris vel dicamus quod ille textus magis ſit attendẽdus etiã de iure ciuili cùm maiorem habeat æquitatem argumento eorum quę nota.in.l.j.C. de legi.& in.l.placuit.C. de iudi.& hæc procedunt in arbitro compromiſſario.

¶ De arbitris verò ſtatutarijs Barto.in dicto.§.item ſi in plures, tenet quòd poſsint ſentẽtiã proferre altero abſente,dummodo requiſito, allegando.l. final.C.de iudicijs.tamen credo ꝙ illud dictum Bartoli ſit corruptum, & ꝙ deficiat vna negatiua ibi dum dicit,ex hoc dico quod ſi arbitri eligun tur ex neceſsitate iuris poterit ſententiare maior pars vult dicere nõ poterit ſentẽtiare,& hoc demõſtratur.nã Bartolus vult facere fallentiã ad dictum.c.Secũdum.de arbitris in ſexto, vt ſit ſenſus ꝙ de iure canonico maior pars præſentiũ poſsit ſententiã dicere abſente requiſito: & hoc de arbitris voluntarijs:ſecus in arbitris neceſſarijs.nam tunc non debet habere locum dictum capi.ſecundum.& ſic iſti arbitri neceſſarij non poſſunt procedere ſicut nec iudices delegati, ad quod alleg.dicta per eum in.l.final.C.de iudicijs,vbi arbitris iuris dicuntur delegati,ex quo datis pluribus delegatis maior pars præſentium nõ põt altero abſente etiam requiſito ſentẽtiã proferre.vt in capi.prudẽtiam.de officio delegati.& textus,& ibi Alexander & Iaſon in dicta.l.duo ex tribus.& ita videtur intelligere Bartolus, Geminianus,in dicto capi.ſecundo.colũ.ſecunda,in principio,& Fran.ibidẽ & Alexander & Iaſon in dicta.l.duo ex tribus.vbi limitant dictũ.c.ſecũdum.de arbitris,libro ſexto.& ibi Alexander dicit,quòd in arbitris neceſſarijs non loquitur iſte textus,ſcilicet c.finali.de arbitris libro ſexto,ſed in eis remanebit firmat deciſio illius l.duo ex tribus.&.§.item ſi plures.& Iaſon ibi dicit,limita tex.in capi.finali.vt nõ procedat in arbitris neceſſarijs, quia ille textus non corrigit in ordinarijs,nec in delegatis:& iſti arbitri habent naturã aut delegatorum,aut ordinariorũ. & ſic aliter determinant quã videãtur ſonare verba Bar.in lectura communi ex quo dictum Bar.non poteſt aliquo modo ſtare in communi litera, ſiue ſint delegati iſti arbitri vt iam dixi,ſi verò intelligas quòd habeant ordinariũ,vt dixi in ſecũda.q.vj.quæſtio.princ.& tũc idem dicas quod in ordinarijs habẽtibus tamẽ ordinariã iuriſdictionem vt ſingulis tũc omnes interuenire debẽt,vt no.Ioã.And.in addi.ad Specu.in.§.ſequitur.verſicu. & no.nã licet ſint ordinarij,tamẽ iſta ordinaria poteſtas dependet ab ipſo compromiſſo:& ſic ex voluntate partium,quæ vult vt omnes ſimul iudi-

ceat.

tent, vt dicit.d.l.si in tres.iunctis his quæ dixi in.iij.vj.q.princi.ex quo dici debet quod aut dictum Bar.est corruptum,aut non est verum & ex prædictis non possit habere locum.

54 ¶ † Amplia hæc,vt procedāt etiam si post latam sententiam per præsentes absens reuersus vellet ratificare sententiam.nam hæc ratificatio nihil valeret, nec in aliquo conualidaret sententiam.l.si expræssum.ff.de appellationibus.l.quod ab initio.ff.de regu. iur.capi.auditis.de ele.l.prima . &.ij. C.de senten.ex per.rec.licet, videatur facere in contrarium.l.per fundum.ff. de ser.ru.prædi. &.l. prima. in fine. C.si rect.pro.&.l.si quos.ff.de ritu nuptiarum.c.sicut.de electionibus capi. cùm vos.de his quæ fiunt à prælatis si.con.ca.quę iura loquuntur de his qui possunt de nouo seruitutem inducere,& matrimonium contrahere,& electionem quæ non erat nulla confirmare, ita tenent Speculator in titulo de arbitris in.§. sequitur. versiculo sed pone.Abba.in dicto.§. item si in plures not.in dicto capi.secundo de arbitris.in sexto,& ibi Gemi.Anch.& Philp.Franci.

55 DECIMOSEXTO,† Quæro quid si omnes arbitri sunt præsentes,& vnus tacet,an alij possint pronuntiare,ita vt sententia valeat.Ioannes Andr.in additio.ad Specula.in dicto.§.sequitur versicu.& no.refert disputationem Alberici, Odofre. quæ incipit Titius & Seius.in qua dicit ꝙ secundum Azo.valet sententia duorum, tertio præsente & tacente , vel contradicente. per.l.sicuti.ff.eodē titulo,de arbitris.Gemi.dicit,quòd pro hoc melius facit glos.in dicta.l.si in tres.ff.de arbitris,sed illa glos. loquitur quando præsens contradicit, non autem quādo tacet,& hanc opinionē tenet Gof.in summa eodē titulo,de arbitris.versiculo quid si duo,ipse tamē Albericus tenet cōtrarium ꝙ imò oēs habeant pronūtiare nisi esset actum in compromisso,ꝙ valeret sententia maioris partis,nam tunc non esset necessaria pronuntiatio tertij.l.non distinguemus.§.cùm in plures.ff. de arbitris,& per hoc respondet ad dicta.l.sicuti.&.l.duo ex tribus.ff.de re iudicata,vbi sententia maioris partis valet. nam illud debet intelligi quando est apposita clausula idem importans:vel quòd procedat, quando duo ferunt sententiam vno modo,& tertius aliā contrariam, & licet in his quæ competunt vt vniuersis sufficit, quòd sit factū à maiori parte:tamen in his quę competunt vt singulis, sicut in arbitris,requiruntur omnes vt nota.in.c. cùm omnes de consti.& pro se dictus Alberi.allegabat,quòd in sentētia requirūtur verba.vt.l.prima.ff.de re iudicata,ex quo etiam non sufficeret dare sententiam partibus in scriptis . l. prima.C.de sentē.ex per.re. sicut in stipulatiōe verba sunt necessaria.l.prima.in princip.ff. de verbo.obliga. & facit.l.finali.C.de nouat.& auto. hoc ita .C.de duob.reb.item tex.in dicto §.si plures.expræsse dicit, quòd aut omnes arbitri pronūtient,aut nullus. Idem voluit Hostiē.in sum.de arb.in §.quod constituatur versicu.videtur. Ioā.And.tenet cum opi.Azo.& Goff. quòd sentētia valeat, quando tertius est præsens,& nihil dicit:etiam de iure ciuili.per dictum.c.ij.eo.ti.de arbi. in sexto.nā ibi text.facit duo . primo

 non it

ponit ius nouum, quod habet locum in foro ecclesiastico. vt ibi nota.gloss. in versiculo ciuili.secūdò, adducit ius similitudinarium, quod est ius vetus, ibi sicut posset illo præsente, & volent cum eis in vnam sententiam concordare.ex quo patet quòd de iure veteri sufficit quòd interueniat præsentia sine pronuntiatione.sed Ioan.de Fan. vt refert Gemi.in dicto.c.secundo,dicit quòd ista non est bona illatio, quia potest esse quòd vult pronuntiare,non tamen vult in vnam sententiam concordare.tamen dicit, quod satis facit textus, dum dicit quòd ante illud.c. sufficiebat tertium esse præsentem, & nolle concordare cum alijs in vnā sententiam.nam clarum est,quod si præsens est requisitus, & tacet, vel dicit nolle concordare, quod verificantur verba illius.c. item. mouetur Ioannes Andreas,quia hoc casu cessat ratio legis, quæ est vt posset trahere alios in suam sententiam.nam tacēdo non potest hoc facere.ergo &c.c.cùm cessante de appellationibus.l.adigere.§.quāuis.ff.de iure patronatus, quam etiam opinionem videtur tenere Albericus in dicto.§. item si plures. idem sequitur Barto.in dicto.§.item si plures. & Geminianus in dicto.c.ij. & mihi hoc placet,vt euitemus nimiam subtilitatem,vt dicit Baldus in.l.sancimus, in principio.C.ad Trebellianum. quæ inducit quandoq; errorem. vt per eundem Baldum in.l.posthumo. secunda columna,quæstione quarta.C.de con. tabu.

DECIMOSEPTIMO,

56 †Quæro quid si omnes arbitri fuerunt præsentes tempore examinationis causæ ac sententiæ formandæ, & super hoc adinuicem factæ fuerunt allegationes,& vnus discordans ab aliis: quia videbat non posse eos trahere in suam sententiam,discessit:an præsentes & concordantes (si duo ex tribus fuerint,vel plures)possint sententiam dicere non obstante illius absentia.Innocentius in.c.Raynaldus dicit credere, quod præsentes poterunt sententiam dicere:quia cessat ratio,quod possit alios in suam opinionem trahere.l. si in tres.ff.de arbitris.sed si non intellexisset aliorum opinionem, & recederet sine causa vel etiam malitiosè nolens causam terminare,tunc pręsentes procedere nō poterunt.argumento dictæ.l.si in tres.&.l.itē si vnus.§.item si plures.ff.de arbitris. quamuis quidam dicant,quod ex quo omnes conuenerunt ad sententiam ferendam,q̄ etiam vno recedēte,alij possunt sententiam dicere:quia verum est omnes adesse ad sententiam ferendam:id est, ad diem ferendæ sentētiæ. idem tenet Speculator,in.§.sequitur versic. quid igitur.de arbitris, & Ioānes Andræas in.c.ij.super prima glosa de arbitris in vj.& Albe.in.d.§.item si in plures.

¶Dicentes,quod etiam alia ratio cessat,quæ est, ne contemnatur tertius: quia plus obest contēptus vnius, quā contradictio multorum.c.prudētiam. de officio delegati.c. bonæ memoriæ. de electionibus,nam iste non fuit contemptus,sed sponte recessit, & in fraudem:ideo non est indulgendum fraudi illius.l.in fundo.ff. de rei vendicatione. aliàs semper posset ex absentia sua impedire aliorum sentētiam,quod esse non debet.casus est in.d.c.secūdo, de arbitris,in sexto cum enim sit contumax,pro præsenti est habēdus.auct.

qua

quã in prouincia.C. vbi de crimi.ag. op.c.eũ qui de eo q mit. in poss. itẽ ex eo ꝙ recessit videtur contradicere .l.si cùm dotem .ff. soluto matrimonio.c. nullus.de præsump. Hanc opinionem refert,& cum ea pertransit Gemin.in d.c.ij.colũ.iij.

¶Sed contrarium tenet Bartolus in .l. duo ex tribus.de re iudicata, & in dicta.l.si in tres.alias.l.celsus.& ratio est secundum ipsum, quia omnes debent iudicare dicta.l. duo. &.l. sicuti.ff. de arbitris.adeò quòd si vnus committeret alteri,quòd certo modo iudicaret, non valeret.dicta.l. item si vnus. in fi. Præterea licet tunc non potuisset trahere alios in suam opinionem, poterit tamen trahere tempore sententiæ, ferẽdę,& verissimum putat,hoc idem sequitur Paulus de castro Raph. Cuma.Iason & alij in dicta .l. duo ex tribus,& ibi Alexander,dicit quòd istud communiter tenetur,idem voluit Bal dus in dicta.l.si in tres.Abbas in.c.causam matrimonij.columna vltima, de officio delegati,& in.c.primo.de arbitris.& in dicto.c. Raynaldus.in secundo notabili.& in consilio septuagesimo septimo.in quæstione,quæ ad præ sens & Franc.in dicto cap. secundo.di cens hæc procedere,nisi essemus in vltima die termini.nam tunc valeret sen tentia, nec requireretur alia admonitio,cum dies interpellet pro homine. per textum in.l.item illa.ff. de constitut.pecu.& quæ nota.Bald. in authentica ei qui .C. de tempor. appella. faciunt quæ dixi supra in quarta limitatione,secunda quæstione, huius quæstionis.

¶In hoc dubio distinguendum puto, prout videtur esse de mente Imolæ & Alexandri in dicta .l. duo ex tribus quod aut loquimur de iudicibus delegatis,& tunc indistinctè procedat opinio Bartoli, per dictã.l. duo ex tribus & per notata,in.l.Põponius.ff.eodem titulo.de re iudicata,& in cap. prudentiam. de officio delegati. cum magis strictè procedatur,quoad hoc in iudicibus delegatis, quã in arbitris quod patet per ea quæ not. in dicto cap. secundo,de arbitris,in sexto. Aut loquimur de arbitris compromissarijs, & tunc de iure canonico procedat opinio Innocen.tenendo tamen eam differentiam, quæ cõmuniter fit,vt dixi supra proximè,& intelligendo, quando arbitri erant in procinctu ferendæ sententiæ,& tertius post dictam suam opinionem in discordia discessit.nam hoc casu non video quæ sit differentia vel quòd moueatur tertius tempore sententiæ, vel quòd sit præsens etiam discedat,cum tunc sit certus quòd alij volunt sententiã dicere, ergo amplius non debuit moueri argumento.l. primæ.ff. de actio. empti.l. continuus.§. cum ita.ff. de verborum obligationibus. Et ex eius præsentia videtur inducta quædam realis monitio, quæ tantam vim habet,quantam habet ver balis,vt notatur in.l.plerique.ff. de in ius vocando.& per Socinum in tractatu de citatio.tertio articulo principali nec refert facto an verbo declaretur in tentio.l.nutu.ff. de legatis tertio.l. & in epistola .C. de fideicommissis. nec quid ex æquipollentibus fiat.l.iij.C. de institutione & substitu. sub condi. fac.&.l.mulier.ff.ad Trebellianum.si verò esset habita disputatio inter ipsos arbitros de ferenda sententia, nõ tamen erat dicenda tunc temporis,&

vnus discessit in discordia: & tunc dicerem, quòd non valeret sententia: vt videtur velle Imo. in dicta. l. duo ex tribus, nisi essemus in casu certo q sententia esset ferenda non multum post, sed quasi incontinenti per notata in. l. lecta. ff. si certum petatur. De iure vero ciuili procedat opinio Bartoli tam in dicta. l. duo ex tribus, quàm in dicta. l. si in tres, licet glosa in dicto. §. item si plures videat obstare huic opinioni secũdum Imo. in dicta. l. duo ex tribus. tamen non multũ vrget si bene consideretur, cùm loquatur quando semper tertius est præsens, tenendo tamen quòd dictum. c. secundum procedat etiam de iure ciuili vt supra dixi in quæstione. j. huius quæstionis, crederem hoc casu etiam veriorem esse opinionem Innocen. cùm ita videatur contumacia contracta, quando præsens in calculo ferendæ sententiæ discedit: sicut quando absens est monitus, & non venit, per nota. per Bartolũ. in. l. consentaneum. in fine. C. quomodo & quando iudex. & in. l. si finita §. Iulianus. quinta colũ. ff. de damno infecto, vt supra dixi in arbitris statutarijs. idem videtur concludendum, quod in principio dixi, vt sicut iudicibus nihil est immutatum, ita & in istis arbitris. per ea quæ ibi deduxi, & sic d. c. ij. & d. per Innocentiũ in eos non habere locum.

DECIMOOCTAVO,

57 †Quæro an arbitri possint ferre diuersas sententias. in hoc si quæris de arbitris compromissarijs, omnes concordant: quòd si ferant diuersas sententias, nihil agunt. ita Innocentius in. c. causam matrimonij. de officio delegati. & Ioan. Andræas, Cardinalis, Imola, & Abbas in. c. finali de re iudicata. Albericus, & alij in. l. diem profferre. §. si plures. ff. de arbitris, Bartol. Alexander. & Iason. in. l. inter pares. ff. de re iudicata, & Idem Iason. in. l. duo. ff. eodem. Abb. & Felyn. in cap. suspitionis de officio delegati. Bald. in l. item si vnus eodem titulo, de arbitris. quod intelligas, quando iam latæ sunt diuersæ sententiæ. Nam si discordant in sententijs ferendis, tũc coguntur eligere tertium vt per supradictos nota. & in hoc non est difficultas, quia iura sunt clara. si vero quæris de arbitris statutarijs, & sic de forma statuti nostri electis, & tunc Specula. in titulo de recusa. §. finali. versiculo quid si arbitri diuersas. videntur tenere, quòd si isti ferant diuersas sententias, sit recurrendum ad superiorem, sicut si essemus in delegatis. Nam cùm loquatur in arbitris, qui eliguntur loco suspecti à quibus non differunt arbitri statutarij, vt nota. in dicto cap. suspitionis. & in dicta. l. inter pares, & dixi supra in tertia quæstione sextæ quæstionis principalis. videtur, quicquid dixerit de illis, de istis etiam sentire voluisse, argu. nota. per Bald. in. l. omnia. C. de episcopis & cleric. & per doct. in. l. j. ff. de legatis primo, & istud intelligitur, quando cognoscunt super causa principali. secus si super causa suspitionis, quia tunc dicit, quòd non habetur recursus ad superiorem, vt parcatur laboribus, & expensis partiũ cap. cùm te. de officio delegati. Sed coguntur eligere tertium. Tamen quantum ad istud membrum communiter reprehenditur, quia arbitri coguntur eligere, tertium ante latas sententias, secus postquam tulerunt ipsas senten-

tias discordes, ita dicit Abbas in dicto cap. suspitionis. quamuis Innocen. in dicto cap. suspitionis, idem teneat. quod Specu. sed Alexand. & Iason. in dicta. l. inter pares, & in dicta. l. duo iudices sequuntur Abb. & Iason. in di cta. l. duo iudices dicit, quòd Abb. in dicto cap. suspitionis non bene recitauit dictum Specula. Attamen non videtur dissentire ab his, quæ idem Abbas dicit in .c. finali si bene consideretur.

¶ Quid tamen sit, non est multum insistendum super hoc. nam cùm arbitri statutarij communiter eligantur super causa principali, vt experientia docet. c. quàm sit. & c. cupientes. de electionibus, in sexto. & si super emergenti de compromittendo posśint eligi, vt supra in tertia quæstione principali. in verbo emergenti. Dicendum est, quòd si tenemus illam opinionem, quòd isti arbitri statutarij habeant potestatem delegatam, tunc esset recurrendum ad superiorem, si diuersas tulissent sentẽtias: & ea præualebit, quæ erit cõfirmata. Si vero tenemus, quòd sint ordinarij, aut habeant potestatem ordinariam vt supra in secunda quæstione, sextæ quæstionis principalis, tunc non recurritur ad superiorem, sed facienda erit distinctio, prout in ordinario, vt fauorabilior causa præualeat. & si ambæ erunt fauorabiles, vel non fauorabiles, sed æquales tunc pro reo est iudicandum: sed hoc raro, aut nunquam potest in casu statuti nostri euenire: cùm vnus, vel tres de forma eligatur. vt supra in prima. q. prin. in verbo in vnum in tantum.

¶ Quo verò ad illud membrum, quando cognoscunt super non principali, si casus contingeret nõ recederem ab opinione Abbatis. per textum, in dicto. c. suspitionis. qui clarè loquitur. Cur autem tam diuersum seruetur in delegata potestate ab ordinaria Bartoli, in dicta. l. inter pares. in principio. reddit rationem, dicẽs, quòd istud euenit, quia ordinarij habent suo iure delegari ab alio, quam rationem plenius ibi declarat Iason, qui dicit quòd delegati non habent plenariam iurisdictionem, sed funguntur vice alterius. l. prima. §. finali. ff. de officio eius. & l. ait prætor. in principio. ff. de re iudicata. vnde possunt per delegantem reuocari. l. iudicium soluitur. ff. de iudicijs. & ab eis ad delegantem appellatur. l. prima. in principio. ff. quis, & à quo appella. c. ab arbitris. in fine, de officio delegati in sexto. Ex quo cùm eorum delegatorum potestas dependeat à potestate vnius, hoc est delegantis, perinde est, ac si ipse delegans pronuntiasset, sed si ipse delegans tulisset duas contrarias sententias, neutra earum valeret. l. vbi repugnantia. ff. de regulis iuris & . l. scripturæ. C. de fide instrumentorum, tamẽ quia vere non sunt sententiæ vnius, sed duorum, & contrariæ, stant in suspenso, donec vna earum à delegante confirmetur quæ ratio cessat in duobus ordinarijs: quia quilibet habet iurisdictionem in solidum, & non per repræsentationem alterius. ideo non est mirum si fauorabilior sententia prçualet, non expectata alia cõfirmatione, sicut in simili potest quis se iuuare duabus exceptionibus, licet sint contrariç. l. nemo. & ibi notat̃. ff. de excep. nõ tamẽ põt se iuuare, vna tantũ exceptione, quæ sit cõtraria, vt notat̃ in. l. j. C. de fur. sed hæc ra

tio non satisfacit, cùm non videatur diuersa ab eo, quod dicitur in dicto capitu. finali. de re iudicata, ergo male notat glossa in.l. Labeo.ff.de vsucapionibus.& in.l.prima.ff.de exceptionibus.text.& ibi Bartolus in.l.qui interrogatus. ff. de petitione hæreditatis. Baldus in.l.non omnium.ff.de legibus, Vnde glossa in dicto capit.finali, asignat aliā rationem, dicens, quòd hæc diuersitas nascitur ob id, quia in iurisdictione ordinaria non est superior ad quem recurri posit, nisi lex mortua, quæ voluit, quòd sine alio remedio valeat illa sententia, quæ est lata in fauorem rei, vel quæ est fauorabilior: sed in delegatis est superior delegās, ad quem potest recurri, sed hæc ratio etiam reprehenditur per Abbaté ibidé, quia non est verum, ꝙ non reperiatur superior ordinarij. nam speciale est in solo Papa, vt non detur superior capitu.licet.de electionibus.& capitu.cuncta per mundum, vndecima quæstione.iij.& ipse princeps est ordinarijs superior, vt dicit Iason, in dicta l.duo iudices.cùm sit lex animata in terris.§.penultimo.in authen.de consul.& not.in.l.& quia.ff.de iurisditione omnium iudicum.

¶ Propterea idem Abbas in dicto capitu.finali. dat aliam rationem, quòd ideo in ordinarijs statim valet sententia, quæ est fauorabilior, quia ordinarij habét potestatem solidam.l.vni.ff. de officio consuli.glo.in capit.prudentiam.de officio delegati.propter quod tam vna quàm alia sententia deberet valere, cū quælibet sit lata ab habente solidam potestatem: sed propter contrarietatem non possunt ambæ cócurrere.ideo præualet fauorabilior. absq; alia superioris approbatione.in delegatis verò, qui nō habent potestatem in solidū saltem respectu exercitij nō potest habere locum dispositū in ordinarijs propter defectum potestatis, cū nulla reperiatur lata sententia ab habente totalem potestatem. vnde recurritur ad superiorem, non solum vt approbet, sed etiam vt fomentum præstet, & cum ista ratione trāsit Iason in dicta.l.duo iudices.columna quarta, quæ videtur fundamentalis.

¶ Ratio autem cur nullo modo valeāt sententiæ, contrariæ, ab arbitris compromissarijs, latè saltem per approbationem, vt in delegatis, secundū Abbatem in dicto capitu.fin.dicitur esse, quia nulla sententia eorum arbitrorum, reperitur lata ab habente solidā potestatem, put est in delegata iurisdictione, & hoc casu nō recurritur ad superioré, sicut in delegato, quia partes recedendo à prouisione superioris voluerūt sibi auctoritate ppria prouidere, ideo superior de tali sententia laudo se non impedit.argumento.l.fi. C.de pac.con. sup. dot. facit ꝙ notat Bartolus, in.l.si societatem.§.arbitrorum.ff.pro socio. Vel dicas, & melius, quòd à persona arbitrorū nón receditur, nisi quando malè pronuntiāt, vnde sicut si non pronuntiassent, nō habetur recursus ad superiorem, quia partes non videntur cogitare de superiore: imò totum oppositum, cū scié ter ab eo recesserint eligédo arbitros. vt nota.in.l.si quis arbitratu.ff.de verborum obligationibus. Eodem modo est dicendum quòd cessat officiū iudicis, & sic superioris, quando arbitri pronūciando sunt discordes, & æquales numero, cùm videantur non pronuntiasse

nuntiasse propter impedimentũ adinuicem præstitũ,ex quo perdunt potestatem suam,sic se ipsos diuidendo.

¶ Facit,quod nota.glossa tertia in capitu.si duo de procuratoribus in sexto.quæ vult,quòd si duo sunt procuratores non insolidum,quorum vnus confitetur,& alter negat,nihil agũt: & perinde proceditur contra dominum,ac si nihil dixissent.& hanc rationem videntur sequi Alexan.in dicta.l.inter partes columna secũda.circa principium.

¶ Sed aduerte,quòd ratio hæc videtur esse contra textum in.l.tertia.§.primo.& in.l.litigatores.§.quid ergo &|in.l.si de meis &.l.licet.cum multis alijs.ff.de arbitris.In quibus omnibus dicitur,quòd Prætor se impedit circa arbitria,maximè quando arbitri non dicunt sententiam.vt in dicta.l.item si vnus.§.item si plures,& l.qualem eodem titulo.in quibus iuribus constat iudicem posse compellere arbitros ad sententiam ferendam vnde non videtur verum,quòd partes compromittẽdo dicantur recessisse à superiori.

¶ Præterea attenta hac ratione sequeretur,quòd etiam in arbitris statutarijs non haberetur recursus ad superiorem,cùm eodem modo eligantur à partibus sicut in compromissarijs, cuius contrarium tamen tenet idem Abbas in dicto capit.final.in fine.& omnes alij,quos suprà retuli,vnde dicerem,quòd ideo non valet sententia arbitrorum inuicem contrariantium: nec per superiorẽ conualidari potest, quia de natura sententiæ arbitrariæ seu laudi est,vt postquam sit lata,nõ detur alia cognitio de ea seu super ea: sed qualitercunq; feratur,eidem est standum,& imputetur partibus,quæ tales sibi elegerunt.vt dicta.l.diem proferre.§.stari.ff.de arbitris.Quare non mirum,si quando sunt contrarię, nulla ex his per superiorem conualidetur,ne contra earum fiat naturã, argumen.l.fideiussor.ff.de conditione indebiti.&.l.si non sortem.§.si certum eodem titulo.Sed quando sumus in iurisdictione etiam delegata de natura sui,saltem in potentia est,vt post latam sentẽtiam possit cognosci ante transitum,tamen in rem iudicatam.l.prima.ff.quis & à quo app.capi.super quæstionum de offi.delega.vnde non est inconueniens,quòd secũdũ suã naturã sup ea cognoscatur quoad ipsam validationem.

¶ Supradicta omnia procedunt,quando sumus in arbitris discordantibus, qui sunt pares numero: sed quid si sunt impares?tunc dic,quòd si omnes sunt discordes,ita vt non possint duo ex illis cõcordari,vt pcedant omnia, que superius dixi de duobus.per not. in dicta.l.inter partes.& in.d.l.duo iudices.& in dicto capi.finali.Si vero saltem duo ex illis possunt concordari,tunc eorum sententia præualet per ea,quæ suprà dixi,& per capitu.j.de de arbi.in.vj.

58 DECIMONONO,† Quæro,quid si vnus ex tribus arbitris cõdemnauit, alter absoluit à contentis in petitione,tertius absoluit ab instantia iudicij,an vnius sententia debeat præualere,vel neutrius,Bartolus in.l.inter pares.ff.de re iudicata dicit sententiam illius præualere,qui absoluit ab instãtia iudicij:quia in hoc omnes concordant.Nam ille qui condẽnat,

absoluit

absoluit ab instantia: quia instantia finitur. item qui absoluit à toto, idem facit.

¶ Praeterea saltem duo vltimi in hoc cōcordant. ergo, &c. Praeterea primus & vltimus concordant, quòd à contentis in petitione non absoluatur: & sic sententia medij non potest valere. per l. dié. §. si plures. ff. de arbitris. Rapha. Cum. quem refert Iaso. in dicta. l. inter pares, tenet contra Bartolū, quòd imo sententia medij, & sic absolutoria praeualeat: quia illa est fauorabilior, & pro reo. per dictum. l. inter pares. Nam in principali causa omnes sunt discordes. Licet in consequentiā in vno concordent. Iaso. etiam ibidem dicit, quòd pro opinione Rapha. facit alia ratio. nam ille, qui pronūtiat diffinitiuè in causa siue condemnando, siue absoluendo, imponit finem controuersiae & liti. l. prima. ff. de re iudicata. ideo ex tali sentētia causatur exceptio litis finitae. l. prima cum glo. ff. de iureiurando. & sic nihil controuersiae in meritis causae vult relinquere, sed ille qui absoluit ab instantia, relinquit controuersiam, vt denuo possint partes agere, si volunt inchoare nouam instantiam: ergo prima, & secunda sunt omnino contrariae tertiae: & sic non omnes in illam tertiam cōsentiunt. vt dicit Bartolus, attento quòd intendunt principaliter diffinire negotium, licet in quandam consequentiam liberent ab instantia. Et tamen attendendum, quod principaliter agitur. l. si qs nec causam. & l. rogasti. ff. si certum petatur.

¶ Aduerte quia haec argumentatio Raphael. & Iason. procedit quādo sumus in iudicibus ordinarijs: quia tūc debet praeualere fauorabilior, & idem in arbitris statutarijs: vt iam dictum fuit, sed inquantum Bart. loquitur de arbitris compromissarijs, non procedit. nam nulla ipsarum sententiarum tenet, nec confirmatur, vt dixi in praecedenti quaestione. & si intelligatur de delegatis. eodem modo non procedit nisi inquantum fauorabilior esset confirmata, per superiorem. quantū autem etiam ad iudices, credo Bar. melius loquutum, quàm praedicti, nec obstat eorum obiectio, quia tollitur per textum, in capitu. primo. de arbitris, in sexto, & l. diem. §. si plures. ff. de arbitris. vbi primus condemnauit in quindecim, secundus in decem, tertius in quinq;. primus dicitur concordare in quinq;. & sic, eo quod venit in consequentiam, idem & de secundo dicitur. nec obstat si opponatur illud procedere, quando non ita expraesse constat de intentione condemnantis, quòd voluerit condemnare in quindecim, cùm loquatur de quātitate, in qua plus & minus non faciunt differentiam specificam. l. finali. ff. de fundo instructo. not. in. l. prima. ff. de acquirenda possessione. sic & in casu isto vbi sententiae sunt omnino differentes specie, quia dico, quòd etiam sententians voluerit facere sententiā specificam protestando, quòd non intendebat condemnare nisi in quindecim: nihilominus: eius sententia reducitur ad cōcordiam cum alijs, absq; aliqua interpretatione etiā consequuta, vt dicit glossa & Ioannes Andreas, in dicto capitulo primo. de quo dicam infrà). facit quod nota. Archidianus

in

in capitulo, nihilominus tertia quæstione nona. & Bald. in. l. secunda. in fin. C. de resc. venditio. & in. l. fina. §. primo. ff. de legatis secundo. & in. l. cũ furti. ff. de in li. iur. & Innocen. in capitu. cùm oporteat. in fine de accusa. vbi semper habetur consideratio ad minorem quantitatem, ex quibus liquidò constat quòd tenendo opinionem Bart. procedit supradictus casus, nedũ quoad ordinarios, sed etiã delegatos & arbitros tam cõpromissarios quàm statutarios.

59 VIGESIMO, † Quæro an arbiter posit ferre plures sẽtẽtias. Specu. in titulo de arbit. §. sequitur versicu. quid ergo si de quibusdam, & Azo. C. eodem titu. de arbitr. colum. quinta. versicu. quid enim si arbiter, & Hostien. eodem titu. §. qualiter ad effectum. §. item diffinitiua. cum sequen. videntur sic distinguere, aut est factũ compromissum de pluribus rebus simul & hoc acto, quòd super omnibus simul pronuntiaretur, & tunc clarum est, quòd super omnibus est pronuntiandum, vt seruetur forma compromissi. l. dicere. §. primo. ff. de arbitris. aut res sunt separatæ, & de vna post aliam est factum compromissum, & tunc arbiter potest diuisim super illis pronuntiare, aut super pluribus rebus fuit compromissum simpliciter & eodem tempore. Et tunc scribentes discordant. nã glossa, in. l. quid tamen. ff. de arbitris. dicit, quòd quidam tenẽt, quòd separatim posit pronuntiari, & hoc sequitur Bartolus ibi, dummodo omnes quæstiones ab vno mouean tur, cùm tot videantur compromissa, quot sunt res super quibus fuit factũ compromissum. argumento. l. scire debemus. ff. de verborũ obligationibus. & l. etiam. ff. de minoribus. vbi tot videntur sententiæ, quot sunt articuli in ea contenti: & tot videntur esse stipulatiões, quot sunt res in stipulatione deductæ, facit. l. si chorus. ff. de legatis tertio. & l. hæc scriptura. ff. de cõdition. & demonstration. allegat in glossa. Si verò plures quæstiones inferũtur, vna ab vna parte, & alia, ab alia, tunc est pronuntiandum simul, propter naturam conuentionis & reconuentionis, vt. l. prima. ff de sent. quæ sine appella. re. & nota. in. l. qui prior. ff. de iudi. alij tenent contra, vt dicit gloss. quòd imo coniunctim sit pronuntiandum, & hoc sequitur Azo. in dicto versiculo. quid enim Iacobus de Rauẽna. quem refert, & sequitur Albericus in dicta. l. quid tamen. de arbitris. Dicit considerandum esse compromissum, quia si est factum de pluribus rebus vno contextu, tunc præsumitur actum, quod de omnibus cõiunctim pronuntiatur. Si vero fuit factum successiuè & diuersis horis, tũc videtur actum, quod separatim possit pronuntiari: sed istud vltimum nõ videtur differre à secundo mẽbro.

¶ Dicerem tamen in hoc, quod res, aut sunt coniunctę, vel habent aliquã dependentiam vna ab alia, super quibus est factum compromissum, & tũc vna sententia sint omnes quæstiones terminandæ. per legem, qui de crimine. C. de accusationibus. & l. nulli. C. de iudicijs, vt sentit Hostiensis in supradicto loco, & Speculator in dicto. §. sequitur versicu. sed econuerso. & ita procedat opinio. Azonis, & Iacobi

cobi de Rauenna,quoad primũ ſuum dictum, aut res non habent aliquam dependentiam,& tunc procedat opinio Bartoli in dicta.l.quid tamen,& in.l.de rebus.ff.eodem, vt poſsit ſeparatim pronuntiare, & hoc videtur innuere textus in dicta .l .dicere.§. primo, ibi niſi omnes controuerſias finierit,ex quo videtur ſentire,quòd aliquæ controuerſiæ poterãt finiri:& tunc ipſe arbiter venit cogendus ſententiam dicere, ſuper reſiduo quæſtionum.vt ibi nota.glo.Idem ſentit textus in dicta.l.quid tamen ibi & de de vna ſententiam dixerit,& ſic textus dicit, quod de vna poteſt dicere ſententiam.ergo & ſeparatim, & tamen iſti textus loquuntur generaliter.facit.l.ſi maritus. C.de donatione inter virum & vxoré.&.l.fin.ff.de calumniatoribus,& nota.in capitulo cum tempore de arbitris.& in capitulo cùm.i.&.a. de re iudicata.Barba.in capitulo paſtoralis.§.quoniam, columna penultima de reſcriptis.Et quoad exemplum gloſſa penultima in dicta.l.quid tamen, dum dicit de depoſito & expenſis.inteligas, quòd quilibet agit principaliter, non autem quod exciperetur de expenſis, quia tunc eſſet vnum iudicium tantum & vna ſententia terminanda,vt dicit Alberic.in dicta.l.quid tamen. item in quantũ facit mentionem de reconuentione, videas quæ dixi in tertia quæſtio.prin.ver.cauſam recõuentionis.

VIGESIMOPRIMO

60 † Quæro, quid ſi arbiter pronuntiauit ſuper parte quæſtionis,an valeat ſententia, dicas eam non valere,vt per Speculatorem in dicto.§.ſequitur.verſiculo quid igitur,& Hoſtienſis nota.in dicto.§.qualiter.verſiculo ſi non apparet.& alij ſupradicti per legem eos.C.de appellationibus.ibi omnem, &c.l.de qua re.ff.de de iudicijs, capitulo ſecundo requiris.de appellationibus,& faciunt,quę ſuprà dixi de cauſis,quæ habent dependentiam ab alia,quòd in illis non poſsit ſeparatim pronuntiari.hoc idé tenet Baldus in.l.prima.C.ſi aduerrem iudica.Dicens, quòd actus pronuntiationis eſt indiuiduus,niſi à lege diuidatur,ergo ꝑ parte adimpleri non poteſt, argumento nota.in.l. quarta.§.cato.& in.l.ſtipulationes non diuiduntur.ff.de verbor.obligatio.faciunt not.in.l.ſi quidem.C.de exceptionibus.

VIGESIMOSECVNDO

61 † Quæro, an arbiter poſteaquam ſemel pronuntiauit, poſsit iterũ ſententiam dicere de eadé re, & ſi quæris de ſententia, quæ non eſt nulla, ſed aliquo iure poteſt ſubſiſtere, & tunc clarum eſt,quòd iterum pronũtiare nõ poſsit.ita Speculator in.§. ſequitur.verſiculo licet:cum ſequenti.de arbitris.& Cynus in.l.diuerſa. C.de tranſactionibus & per Albericum,Baldum,& alios in dicta.l.dicere.§.primo & in dicta.l.quid tamen. ff.eodem titulo, de arbitris.Angelus in cõſilio centeſimo quinquageſimoſecũdo in pũcto pręſupponitur,& Baptiſ.de ſancto Blaſio.in tracta.de arb. & arbi.quæſtio.lxxiij.Si vero ſententia eſt nulla,dicit Spe.in.d.l.ſequitur verſic.ſed ſecundũ præmiſſa,ꝙ videbatur poſſe iterũ pronũtiare arg.l.primæ.C.de ſenten.& interlo.om.iudi. &.l.iiij.C.de accuſationibus ſiue ſit nulla,

nulla qa est lata cōtra ius, vt dixi supra.q.v.huius.q.prin.vel quia est lata litigatore absente.c.j. de cau.pos. & pro.&.c.ecclesia sanctæ Mariæ.de constitutionibus, siue quia die feriata.c.finali.de fer.vel in similibus casibus, tamen contrarium tenet, quia idē videmus in delegato, vt non possit iterum sententiā dicere, siue mlaè siue bene pnuntiauerit.l.iudex.ff.de re iudic.c.in literis.de officio delegati.si vt proponis.C.quomodo & quā. iud.dummodo pronuntiauerit super omnibus quæstionibus, super quibus erat assumptus in arbitrū.secus si super aliquibus.hęc dicta Spec.intellecta, vt infrà dicā, multò fortius procedunt in arbitris statutarijs, cū habeāt delegatam iurisdictionem secundum multorum opinionem, vt dixi suprà, in.ij.qō.sextæ quæstionis principalis. Cyn.in.l.fina.C.de contrahenda emptione sexta, quærendo de hoc dubio ponit exemplum in Episcopo, dicens verbi gratia, Moniales consenserunt in episcopum, quòd suo arbitrio daret eis abbatissam, Episcopus elegit vnam cuius electio non valuit., nunquid poterit aliam eligere? videbatur quod nō.quia functus est officio suo. dicta.l.iudex.ff.de re iudicata.subdit postea, quòd videbatur contrà per. l.quoties.ff.de operis libertorum .& quòd ista quæstio discurrit per opera multorum, & quot inuenit capita tot sententias reportauit, & quod aliter soluit Roffred.& aliter magister Bernardus in.c causam quę.de electionibus in gl.fi.dum tenet quod nō poterit iterū, arbitrari per supradictā rationē. Iac.Bald.distinguit quòd aut tenet sententia, aut non, & si non tenuit poterit iterū arbitrari ꝙ, sequtur Dy.in.l.serui electiōe.ff.de leg.j. sed Petrus de bellap.reprehendit eū dicens, quòd etiam si malè arbitratur, non poterit iterum arbitrari alij distinguunt, prout dicit Cynus.quod aut est peccatū in forma, & tunc poterit iterū arbitrari, aut in materia, & tunc non argumento dictæ.l.quid tamen . quæ vult secundum ipsum, quòd quando est peccatum in forma, poterit iterum arbitrari, quando in materia non, demum refert & sequitur Petrum de Bellaper.distinguentem, quod aut competebat arbitriū iure meo, aut iure alieno, si iure meo, tūc (si semel arbitratus fuero) potero iterum arbitrari.dicta.l.quoties.ff.de operis libertorum.&.l.hæc conditio. ff.de conditione & demonstratione. quæ vult, ꝙ si testator relinquat filiæ centum cùm nuberet, & nupsit, sed inutiliter potest iterū nubere, & conditio dicitur impleta facit.l.secunda. ff.de optione.legato.si verò habet arbitrari super iure alieno, tunc aut in arbitrando seruari formam compromissi; & sufficit semel pronuntiasse, nec potero iterum iudicare quia sum functus officio meo qualitercunque pronuntiauerim.argumento . l. Mænius.ff.de cōditione & demonstratione.& dicta.l.iudex.& dicta.l.vt proponis.C.quomodo & quando iudex. aut non seruauit formam, & tunc potero iterum pronuntiare, quia nō feci quod mihi commissum fuit.d.l.quid tamen.ff.de arbitris. Alberi.in.l.quia arbiter.ff.de arbitris. alio modo distinguit, dicens ꝙ aut sumus in ordinario, & tunc si sentētia est nulla, potest iterum pronuntiare.d.l.iiij.C.de accusa

accusationibus.&.l.si præses.C.quomodo & quando iudex.aut est delegatus vel arbiter,qui tulit séntétiam nullã,& tunc si est expræssus error in sententia,potest iterum sententiã dicere sicut ordinarius: si verò non est expssus error,sed ex alio sentétia est nulla puta,quia est lata die feriata vel sine scriptis,& tunc si seruauit formã compromissi,non potest amplius iudicare, quia functus est officio suo, vt dicta.l.si vt proponis.si autem nõ seruauit formã compromissi, vel cõmissionis, tunc poterit iterum pronuntiare per dictam.l.quid tamen.§. primo.& ratio diuersitatis est secundũ ipsum, quia quando seruauit formam compromissi vel commissionis functus est officio suo siue bene siue malè: sed vbi non seruauit formam compromissi,adhuc eius officiũ durat,& sic Alberic.quoad illud membrum de forma concordat cum Petro & Cyno.idem voluit Bald.in.l. quia.de arbitris.sed addit vnũ,quòd quando est error expræssus in sentétia, iterum possit pronuntiari.facit quod nota. Specu.in dicto.§.sequitur.versiculo quid ergo,eodem titulo de arbitris.istud tamen dictũ non videtur verum cùm lege non sit probatum.l.illã.C.de collationibus.imò videtur text.in contrarium.dicta.l. quia arbiter.dum decidit,ꝙ si arbiter in sententia dicenda errauerit,eã corrigere non poterit;multò minus post illam aliam facere poterit.argumento.c.si Paulus.trigesima secũda quæstione quinta authenti,multò magis. C.de sacro sanctis ecclesijs.facit pro prædictis.d.l.iudex.ibi siue bene siue malè functus est officio suo.

¶ Item si intelligitur fieri contra formam compromissi, quoties aliquid fit contra conuentionem factam per partes in cõpromisso.huic dicto obstare videtur.l.item si vnus.§.item si plures tunc.l.si in tres.cum ibi nota. ff.de arbi. Nam partes,quando compromittunt in tres, videntur conuenire, quod omnes simul dicant sententiam,& hoc apparet ex eo quod in d.§.ité si plures.dicitur omnes cogédos per Prætorem,& tamen in.d.l.si in tres cõmmuniter tenetur per doc. illud sufficere,si maior pars pronuntiat, dũmodo omnes sint præsentes, licet etiam maiori parti per minorem expresse contradictum fuerit: & sic cõstat,non fuisse pronuntiatũ secũdũ formã cõpromissi. nihilominus sententia tenet,nec reiterari poterit.

¶ Propterea cõprehendendo omnes casus,& eos declarando.sic dicendũ putarem,quod aut sumus in vno arbitro,aut in pluribus. Primo casu,aut sententia est nulla ex alia causa, quã ob non seruatam formam, etiam si error esset expræssus in sententia, eo tunc non poterit iterum pronũtiare, quia functus est officio suo, siue bene siue malè.d.l.iudex &.c.literis de off. delega.& hoc quando pronuntiat super re aliena:si verò cognosceret iure proprio,pro nunc non discederem ab opin. Petr,Sed quicquid sit,tunc non discutio,cùm non multùm faciat ad materiam nostram.

¶ Aut sententia est nulla quia contra formam compromissi & tũc si à partibus forma est expræssa,poterit iterum arbitrari, & sententiam dicere. per.d.l.quid tamen.§.primo.& per not.in.l.dicere.ff.de arbi. Si vero forma

ma est tacita, sed eo modo, vt non videatur expræssa, saltem ex aliquibus verbis generalibus, vt puta, si de vna re fuerit compromissum, & super parte illius rei fuerit pronuntiatum, eo tunc: quia sub illa generalitate verborum videtur contineri, vt de nota & non de parte pronuntietur. l. si defensor. ff. de inter. ac. & nota. in. l. si in rem la prima. ff. de rei vendicatione. Tunc si super parte est pronuntiatum, sententia est nulla. vt dicit Spec. in dicto. §. sequitur. ver. quid igitur. & dixi in quæstione proxima. Quo stante poterit iterum arbiter sententiam dicere, vt videtur tenere Cor. in cõsil. o. xlix. Videtur in hac consultatione, columna secunda, circa medium, volumine secũdo. Si verò forma est tacita eo modo, vt etiam ex verbis generalibus nõ videatur expressa: tunc & si contra eã lata sit sententia, non tamen erit, nulla: & successiuè denuo pronuntiare nõ poterit, exemplum, si sit compromissum simpliciter videtur tacitè conuentum inter partes, vt arbiter procedat prout iuris fuerit, cùm ad id teneatur. Et sic videtur quod data fuerit forma compromisso tacitè de procedendo secundum ius, vt no. in. c. primo de constitutionibus, & in. c. ne innitaris. eodem titulo, & in. l. nemo. C. de sent. & interlo. omnium iudicum. Et dixi supra in quinta quæstione huius quæstionis, & nihilominus (si hoc non fuerit seruatum) sententia non erit nulla regulariter, vt dixi, & in hoc casu potest etiam loqui textus in dicta l. diem. §. stari. ff. de arbitris. & pro ista differẽtia facit, ꝙ nota. in. l. Centurio. ff. de vulgari & pupillari. & in. l. precibus. C. de impuberũ & alijs substit. in illa. q. qualiter pupillaris comprehendatur sub compendiosa. nã communiter tenetur, ꝙ comprehendatur in verbis generalibus, & ꝙ habeat maiorem potentiam ad excludendam matrem, quàm si non comprehenderetur, ita generalibus verbis, sed ex sola mente testatoris, seu interpretatione legis.

¶Si verò sumus in pluribus arbitris, & sic in secũdo casu, eo tunc, aut omnes, seu maior pars pronuntiant die feriata, seu separatim in casu, in quo sententia redditur nulla: non tamen ob defectum formæ, & tunc idem diceremus quod in vno arbitro dixi, vt non possit iterum iudicare, cùm non videatur quoad istum casum posse assignari rationem diuersitatis. l. illud. ff. ad legem Aquil. & l. à Titio. ff. de verborum oblig. Aut vna quæque sententia de per se potest subsistere: tamen nihil habet commune, ex quo possit deduci in concordantiam: & tunc diceremus iterum esse pronuntiãdum, propterea quia saltem ex generalitate verborum partes videntur dedisse formam, ꝙ eorum arbitrorum maior pars haberet concordare. per dictam. l. si in tres, cũ. l. seq. ff. de arb. Vel licet ex generalitate verborum videatur data forma, vt omnes debeant pronuntiare: tamen lex interpretatur talem fuisse voluntatem compromittentium, vt velint stare maiori parti arbitrorum. argumento eorum quæ nota. in. l. ab executione. ff. de appellationibus, & ita videtur velle Angelus in dicto consilio. clij. In puncto præsupponitur. idem si omnes separatim pronuntiarent per eandem rationem, Aut maior pars arbitrorum pronuntiat contra formam expressam in compromisso, & idem

idem etiam dicerem in, quod supra in vno tantum dixi, vt videlicet possint iterum pronuntiare, cùm non censeantur functi officio suo dicta.l.quid tamen.§.primo.& dicta.l.dicere. Vnde Roma.in dicta.l.quid tamē in primo nota.dicit per illū textum, quod quando arbiter iudicat cōtra formam compromissi, sentētia eius nulla est: non tamen ipsis potestas finita censetur, quominus super eodem iterum iudicare possit, & ex hoc dicit nota. limitationem singularem ad intellectum.l.si vt proponis.C.quomodo & quando iudex, &.l.iudex postquam ff.de re iudicata.&.c.nullus de officio delegati. dicentium quòd si iudex nulliter iudicauerit, functus est officio suo etiam delegato, adeo quod super eodem iterum iudicare non potest, quod hoc est verum, nisi iudicasset cōtra formam rescripti & compromissi. Nam tunc iterum potest iudicare, & ibi est textus singularis.

¶ Intellige vt hæc procedant, quando adhuc superest tempus, ex quo iterum possit pronuntiari, sed quid si essemus in fine compromissi, & sententia esset lata contra formam, adeo quod ex hoc veniret iterum pronunciandum, an tempus præstaret causam impediendi secūdam pronuntiationem, doct.in.c.de causis, & Cor.in d.cōsilio.xlix. Dicunt, quod quādoq; tempus, seu terminus adijcitur iurisdictioni, quandoque instantiæ, quādoq; causæ, quandoque iudicio. Primo casu clarum est, quod si conceditur iurisdictio ad tempus, post tempus intelligitur denegata.d.c.de causis.de offi.deleg. Nam cum mādatum iurisdictionis arctetur ad tempus, finito tempore, mandatum expirat, vt dicto.c.de causis. Ergo amplius cognoscere non poterit, cum diligenter fines mandati seruandi sint.l.diligenter.ff.mandati.c.cum dilecta.de rescriptis.&.c.cùm olim de offi.deleg. Similiter non tenet sententia lata post terminum præfixum instantiæ.l.properandum.in princip.C.de iudi.nisi sit instantia à statuto inducta, & pœna adiecta iudici. Item nec lata post terminum causæ prefixum.l.finali.C.de tempo.in integ.restitu.&.l.finali C. vt int.cer.tem.&.l.j.C.vt cau.tam ciui.quàm crimi. Si vero est lata post terminum prefixum iudici, tunc valet: quia cū mādetur alicui, ꝙ causam expediat infra tale tēpus, & eam nō expediat, nihil minus adhuc durat eius iurisdictio, & instantia & causa nō dicitur sopita, licet arctetur, vt terminet causam infrà illud tēpus vt voluit Cy. Bar. Bal.& alij in dicta.l. properandum.C.de iud. Ioan. And.in addi.ad Spec.in tit.de offi.delega.§.restat.ver siculo quid si statuto in addi.mag.& Doc.in.d.c.de causis, quasi quod in hac præfixione termini duo cōsiderētur: & ꝙ mandetur iudici, ꝙ causam expediat, & ꝙ infra terminū decidat. c.cùm dilecti.de dolo & cōtu.&.l.celsus.ff.de arbitris. Si itaque non seruat vnū præceptum, scilicet ꝙ infra terminū decidat, debet tñ obseruare aliud, vt saltem expediat, vnde cū in statuto nostro dicatur, ꝙ arbitri teneantur, & possint sententiam ferre infra terminū sexaginta dierum: & sic terminus imponatur arbitris, & non causæ seu instantiæ, datur intelligi, ꝙ si iterum veniret pronūtiandum ob nō seruatam formā compromissi, vt est dictum,

ctum, posset pronuntiari, etiam si terminus duorum mensium esset transactus, & secūdū supradictam distinctionē potest cognosci in alijs terminis datis, tā à partibus, quā à lege municipali, quid obseruandū sit, facit quod dixi suprà. q. vij. princ.

62 ¶† Limitantur prædicta, quòd si sententia est aliqua, non possit retractari, vt non habeant locū, quando essemus in sententia interlocutoria. Nam tunc iterum poterunt arbitri pronuntiare per no. in. l. quod iussit. ff. de re iudicata. & in. l. post sententiam. C. de sententijs. & interlocutorijs omnium iudicum. & in. l. prima. C. senten. rescindi non posse. & in. l. si opus nouū. ff. de noui operis nuntiatio. & l. finali, in fine. ff. de prçto. stipu. per Abbatem & alios in dicto. c. qualiter & quando. primo de accusatio. & in capi. cùm cessante de appellationibus, & per Innocentium in cap. quoad cōsultationem de re iudicata, & in capi. in literis de officio delegati. & in. c. auditis de procuratoribus. Siue sit lata super incidēti, siue super emergenti, in illis tamen casibus, super quibus pronuntiari potest vt nota. supra in tertia quæstione principali in verbo emergēs, ad quod faciunt no. in capi. ad apostolicam. in fi. de re iudica. in sexto, & in clementina vltima. de appellationibus, & in. c. significantibus de officio delegati, & per Innocentium in dicto. c. auditis, & in capi. querelam de procu. & in. c. cùm dilecti. in fine de electionibus. quæ tamen declara. prout facit Barto. in. l. dicere. in fine. ff. de arbi. quod aut absordet totum iudicium, & tunc nō potest reuocari. Aut non. & tunc potest. Adde ad suprà dicta Specu. in dicto. §. sequitur versicu. licet autem in fine.

¶ Sed an debeat fieri reuocatio parte præsente, vel absente, videtur quod sit facienda vtraque parte præsente per not. per Speculato. in titulo de exceptio. §. viso versiculo sed si iudex videt, licet quidam malitiosi iudices sinant appellantem cum sua appellatione discere, antequam velint reuocare sententiam: & postea coram notario & testibus reuocant, & sic appellantem decipiunt. Nam cùm appellans de iniquitate sententiæ interloquutoriæ coram superiore cōqueratur, pars appellata incontinenti docet de reuocatione interlocutoriæ. Et sic apparet appellantem minus legitimè processisse, & condemnatus in expensis remittitur ad iudicem à quo appellauit c. vt debitus. de appella. Tamen dicit ipse Specula. si posset constare de malitia iudicis, appellans non veniret cōdemnandus in expensis, argu. c. ex insinuatione &. c. seq. de appel. c. ex parte. el secundo. de rescrip. Et probat, quòd talia nō sunt facienda parte absente. per cap. primum. de caus. pos. & prop. &. c. biduum. secunda quæstione sexta. versiculo plane, &. l. ab eo. C. quomodo. & qñ iud. Imò, qui huiusmodi fraudē fecerit, erit puniēdus. c. cum æterni. de re iudi. Nam cùm iudex debeat partes cohibere à dolo & fraude. c. ex tenore de rescriptis. multo fortius se abstinere debet. c. vnico de nat. ex lib. ven. &. c. nulli. xix. dist. c. dudū. de electio. aliàs in quo alios iudicat, seipsum cōdēna. c. nih l. xxxiij. quæstio. sexta, &. c. finali. xxv. dist. nō tamē dicit, quòd si fiat absente parte reuocatio nō teneat, & sic multa sunt

prohibita,quę tamé facta valét.vt nota.in.l.nõ dubium.de legatis.vnde videtur,ꝙ non sit faciéda reuocatio absente appellante, non tamen propter hoc,si fiat,vitiatur,vt per supra dicta apparet.

¶Intelligas hæc procedere,quãdo res est integra,prout dicit idem Specula. in dicto.§.sequitur.versiculo si auté appellasti.Sed quid si non est appellatum an post decem dies valeat reuocatio facta.dicas ꝙ sic,vt no.in dicta.l.ꝙ iussit & in.c.asserte.de præsum.Nam licet transierit in rem iudicatam non tamen quoad iudicem,quin possit reuocare.idem voluit etiam Spec.in prę dicto.§.ver.sed nunquid iudex.

63 ¶†Secundò limitat Specula.in dicto. §.sequitur versiculo licet,quando incontinenti arbiter mutaret sententiã. nam tunc valet illa iterata pronuntiatio.per.l.fi.ita.la secunda.ff.de hæredibus instituendis.&.c.præterea.de testi.cog.Nec licet.in hoc distinguere.An prima pronuntiatio esset valida,vel inualida ob non seruatam formam,vel aliã causam:sed contra hanc limitationem facit quod nota.Baldus in dicta.l.quia in addi.ff.eodem titulo.de arbitris in principio.dum quærit.An diffinita possit statim corrigi, & dicit secundum Ioannem,quod sic quia in esse videtur,sed Guiliel.tenet contra, & melius,vt.l.secunda.C. de senté.ex per.recit.quia statim lata sententia est ius quæsitum parti ergo mutari non potest, item quia iudex post prolationé primæ,cõtinuo desinit esse iudex,cũ functus sit officio.d.l.iudex ff.de re iud.ex quo sequitur,ꝙ si aliquis pronũtiat se nõ esse iudicem,nõ põt postea reuocare.c.significasti de officio delega.Crederé tñ in hoc,ꝙ si in eadé scriptura,qñ sententia est feréda in scriptis,prout regulariter fit,diceret arbiter,condemno,imo absoluo vel similibus verbis vteretur,ꝙ tũc ꝓcederet dictum Spec.idem etiã quãdo nõ esset feréda in scriptis,& vno contextu verborũ arbiter se corrigeret ꝑ dictã.l.si ita & dicto.c.præterea.quia hoc casu propter immediatã cõtinuitatem nõ videtur posse dari medium, ex quo ius sit acquisitũ partibus arg. eo.quæ nota.in.l.lecta.ff.si cer.peta.& in.l.iurisgentium.§.quinimo.ff. de pact.si verò aliquod spatiũ interuenerit,ex quo discerni posset,ius esse quęsitum parti,tunc procederet opinio Bald.facit quod nota.idem Bald.in.l. si pater.colũ.septima.quæstio.octaua. c.de institutio.& substitutio.& in.l.finali.C.de bon.quæ lib.

VIGESIMOTERTIO.

64 †Quæro,an arbiter possit sentétiã corrigere,vel emendare,supplere, seu declarare quoad correctioné,& emendationem dicas,quòd non pro quo faciunt no.in præcedenti.q.& per Specu.in tit.de arbi.d.§.sequitur ver.sed nunquid verbum & per Abb.& alios in.d.l.quia.ff.eo.ti.de arbi.

¶Quo vero ad suppletioné,puta si cõdẽnauit arbiter in principali,nõ auté in fructibus seu alijs accessorijs,cõiter tenetur,ꝙ possit supplere:& sic ꝙ l.Paulus.la.j.ff.de re iudi.habeat locũ nedum in iudice,sed etiã in arbitro. ita tenet gl.& Dec.in.d.l.qa.ff.de arbi.Imo.& Alexã.in.d.l. Paulus,idem Imo.& But.in cap.quintauallis de iu. iur.Circa prin.no.in.c.cũ appellationibus friuolis de appel.in.vj.per Spe. in.d.§.sequitur.ver. vt aũt super his,

licet

licet Bar.in.d.l.iudex posteaquam in prin.videatur sentire contrarium.

¶Si vero arbiter vult interpretari, dicas quod non, vt est tex.in cap.c.cùm olim de testi.vbi à Papa interpretatio petitur super arbitrio dubio.ita determinat Specu.in ti.de arbi.§.sequitur. versi.sed nunquid verbum obscurum & ibi Ioã.And.post Guid.de Suza.in l.qualem.ff.de arb. Qui dicit, ꝙ nullo modo arbiter interpretatur, nisi habeat autoritatem à partibus in compromisso.idem determinat Archidy. in capi.sicut.§.ex his, in fi.xj.q.iij.& ibi.Gemi.& Præpos.Abba.Imo.Cardi.Hen.Boyc.in dicta.c.cùm olim.de arbi. But.in.c.quintauallis.in.j.colũ. & ibi Imo.in.iiij.colũ.de iu.iur. Dy. Angel.in.l.j.ff.si cer.peta.Iacob.de.S. Geor.in.l.veteribus.ff.de pact.Alexã. in consi.xviij.Circa dubia volu.vij.& rationem adducit Abba.& alij in.d.c. cum olim.quod illud euenit, quia arbiter lata sententia est functus officio suo, & amplius potestatem aliquã nõ habet: vt videmus in simili, quod delegatus non habet ius interpretandi suam sententiam.vt per Bartol.in l.ab executore.ff.de appella.Et aduerte in hoc, quod Fely.corruptè (iudicio meo) in capi.qualiter & quando. el.ij.videtur dicere contrarium: allegando autoritates doct.supra nominatorum, qui tamen dicunt, vt in præcedentibus posui.

¶Intellige hoc, quod procedat, quãdo arbitri interpretantur sententiam vt iudices, secus si vt testes, vt dixi suprà in.viij.q.prin.in tertio tempore.

¶Sed quis declarabit sententiam arbitri dubiam? Abba.in dicto capi.cum olim.dicit, quod exequutor, & sic iudex ordinarius declarabit eã.per not. per Bart.in dicta.l.ab exequ utore.ff de appella.

VIGESIMO QVARTO,

65 †Quæro, si vnus arbiter condemnauit in plus, quàm alter, cui sententiæ magis sit standum: & de hoc etiã incidenter aliqualiter tetigi suprà, in xix.quæstio.istius quæstio.princip.Dicas, ꝙ aut sumus in pluribus arbitris disparibus numero, aut paribus,

¶Primò casu, si vnus, vel maior pars arbitrorum excedit alios in condemnando, & etiam summam comprehensam in compromisso: tunc eius sententia non valet.vt no. Bald.in.l.quid tamen in addit.colũ.ij.circa medium ff.de arbit. Idem si sumus in paribus numero per eandem rationem.l.à Titio.ff.de verb.obli. Et hoc quia arbitri recipiunt potestatem ab ipso cõpromisso.l.non distinguemus.§.de officio.ff.de arbi.& dixi suprà, in prima quęstio.vj quæstio.prin.vnde ab eius forma recedere non debent.

¶Si verò vnus, vel maior pars condemnat in plus quã alter, vel alios, sed non excedit summã comprehẽsam in ipso compromisso: tunc succedit decisio. tex.in capi.primo.de arbitri.& in.l. diẽ.§.vnde quæritur.ff.eo. quòd aut maior pars concordat.in maiori summa, & tũc præualet eius sentẽtia, nec est opus protestatione, vt videtur velle Specu.in ti.de arbi.§.sequitur.versi.sed pone, & dicam infrà. Aut maior pars non concordat, sed vnus in quindecim, alter in decẽ, tertius in quinq; condẽnant, eo tunc sententia, quæ cõtinet minorem summam, præualet, cũ in ea summa omnes concordare videãtur, vt dicunt prædicta iura.

¶Sed quid, si arbiter, q in quindecim códemnauit, etiam protestatur, quòd non vult in minori summa cõsentire, an ex hoc impediat, quin sentētia super minori summa præualere posit glo. in dicto.c.primo, quam sequitur ibi Ioãnes Andræas, tenet, quòd hæc protestatio non impediat, licet aliqui alij contrarium dixerint: pro quibus secundum Ioannem Andræam, facit textus in.l.ex facto.in.§.item quæro. ff. de vulgari & pupillari. Vbi pater substituit filio impuberi Titium si decesserit in decimũ annũ, & Mæuiũ si decesserit in decimũquartũ decedente pupillo in octauo anno, solus Titius succedit: & sic voluntas testatoris operatur, vt minor numerus annorũ non comprehendatur sub maiori. tamen (dicit ipse) non esse posibile condemnatum in quindecim, nó esse condemnatum in decem, seu in quinque, sed bene esse posibile substitutionem fieri in maiori numero annorum, & non in minori, & econuerso. vt.l. si quis ita ff. de vulgari & pupillari. Nec obstat secundum ipsum dictum Archidyaconi, quia loquitur quando duo cócordant in maiori summa, & protestãtur, quòd non consentiunt in minori. Nam tunc valet sententia duorũ, sed superfluum fuit dicere hoc, quia etiam sine protestatione idem esset. per dictum.c.primum. & cum Ioann. Andræa. & glos. transeunt. Geminia. Petrus de Ancharano, in dicto.c.primo, sed Bal. & Imo. in dicta.l.j.§. si stipulanti.ff. de verbo. obligationi. tenent contrarium: quia potest esse posibile, quòd arbiter, seu iudex, qui in quindecim códemnauit, nolit condemnare in quinq; tantum: sicut voluntas testatoris facit, vt minor numerus non contineatur sub maiori, vt in dicta.l. ex facto. Nec obstat quòd glo. dicat in dicto.c.j. protestationem esse cótrariam facto: & ideo non debere valere, vt nota.in.c. cùm.m. de constitutioni. Quia secundum ipsos, bene verum est, quòd arbitri non possunt facere, vt minor summa non comprehendatur sub maiori, & hoc respectu loquitur glos. per reg. plus. de regul. iuris. in sexto. & .c. si quis dederit. xxiiij.q.j. Sed quòd possunt declarare eos non contentari in minori summa, & cum hac opinione pertransit Philip. Fran. in dicto.c.j.col. tertia in principio. Attamen opinio hæc non videtur tenéda. Nam si arbitri nõ possunt facere, q sub maiori summa nõ contineatur minor: ergo etiã nõ possunt habere diuersam voluntatem à subiecta materia, sicut aliàs dicitur de indiuiduis, quòd sicut stipulantes non possunt facere, vt illud quod est indiuiduum sit diuiduum. Ita etiam nõ possunt habere diuersam voluntatem ab illo subiecto. & sic per stipulationem consentire in parte, quando res est indiuidua, vt latè nota. in.l. stipulationes non diuidutur. & in.l. iiij. §. Cato.ff. de verbo. obligatio. Vnde non discederem à glo. & Ioan. Andræ. pro qua facit tex. & ibi nota. per Bartol. Alexan. & Iaso. in.l. nemo potest.ff. de lega.j.

66 ¶† Quæro ex præmissis, cùm dicatur quòd in ea summa intelligitur qs condemnatus, in quo maior pars arbitrorum consenserit, qualiter intelligatur maior pars arbitrorũ: An respectu omnium, vel minoris partis. per nota. per Speculato. in titu. de senten. §. iuxta versi. quid si in tres. qui dicit, ponamus quòd sunt. xj. iudices, quinq; pronunciant

pronũtiant pro vno, quatuor pro alio, & duo pro tertio: licet sit expeditum, in electione quid obseruandum sit per c. in Genesi. & c. cùm in iure de elect. tamen videtur in iudicibus quòd sententia plurium prævaleat. c. si episcopus. lxv. distin. & est ratio diuersitatis inter iudices, & eligentes, quia iudices habent potestatem, & auctoritatem iudicandi vt singuli. secus est in eligentibus. nam habent auctoritatem vt vniuersi. ideo maior pars omnium requiritur: & pro hac parte videtur facere, quod not. Lapus in dicto. c. primo. vt refert Philip. Franc. ibi & Archidia. in. c. vicena. xxxj. distin. & Ioan. And. in. c. iij. de iure patro. Qui dicũt quòd præsentatio patronorum laicorum facta à maiori parte partium, habet præualere: quia non habentur loco vnius, nec faciunt vnum corpus, sed quilibet de per se habet ius separatum.

¶Contrarium tamẽ credo esse verius, prout not. Ioan. Andræ. Gemi. Archi. & Franc. in dicto cap. primo. de arbitris in sexto. quòd. s. pars maior sit respectu omnium, & non quantitatis: quia habentur vt vnum corpus, & loco vnius, & sic pars est intelligẽda concordare in sententia, quando est respectu omnium. per dictum. c. in Genesi. & cap. cùm in iure de elect. cap. pastoralis de rescript. Et de hoc videtur casus secundum Philip. Franc. in. l. sicuti. ff. de arbitris. in verb. omnium, & facit quod dixi supra in quęstione. xiiij. eiusdẽ quæstionis principalis. Ex quo videtur posse concedi. opi. Specula. in iudicibus ordinarijs habere locum, secus in arbitris, cùm videatur esse de tacita forma compromissi, quòd omnes, vel maior pars omnium consentiant, & quia non habent potestatem vt singuli.

¶Amplia supra dicta, vt prævaleat sententia maioris partis: nedum respectu rei, sed etiam temporis. Ita nota Specula. in titulo de arbitris. §. finali, versiculo sed quid si arbitri. Vnde si duo arbitri dicunt, quòd detur terminus vnius anni ad soluendum, & tertius dat terminum duorum, standum est duobus arbitris, & condemnatus habebit terminum vnius anni tantùm. ad hoc allegat. c. primũ. de his quæ fi. à maio. parte cap. & c. primo. lxv. dist. Licet videatur facere in contrarium regula quæ habet quòd in dubijs accipiendum est, quod est vtilius debitori l. idem. ff. de cõditio. & demonstratio. Item quia minimum est sequendum. l. nummis. ff. de legatis tertio cap. nerui. xiij. distinctione. & cap. iuuenis de spons. Sed potest respõderi, prout Ioãnes Andr. ibidẽ in additio. facit quòd nõ sumus in dubijs, ex quo maior pars cõcordat, & sic sumus in claris, in quibus non est opus coniecturis. l. continuus. §. cùm ita. ff. de verborum obligationibus.

¶Limita tamẽ, quod est supra dictum de arbitro in minori summa condemnante, vt eius sentẽtia pręualeat, quando in reliqua summa absoluit reum: aliàs si in minori summa, quàm sit petitum condẽnauerit, & in residuo non absoluerit, sententia erit ipso iure nulla. Ita dicit Baldus. in. l. secunda. C. de re iudi. per. l. quid tamẽ. ff. de arbitris. not. in. l. prima. C. si aduer. rem iudi. & dixi suprà in quæstione decima huius. quæstio.

VIGESIMOQVINTO,

67 † Quæro si partes sunt concordes,

 qualiter

qualiter arbiter habeat pronuntiare, an debeat arbiter partium volūtatem sequi. & videtur quòd de hoc sit text. apertus in.l.qualem.ff.de arbitris.Vbi si fuerit compromissum in arbitrum, vt certam sententiam dicat, nullum erit arbitrium,nec erit cogendus sententiam dicere.ad idem est text. in.l. item si vnus.§.item Pomponius.ff.de arbitris.dum dicit quòd si ita sit compromissum, vt quòd Titio placuerit, id Seius pronuntiet:arbitriū tale non valet,quia libera facultas arbitri sententiæ futura non est. Et sic videtur. quod quando arbiter non habet liberam facultatem pronuntiandi, tunc non valet compromissum, & per consequens non tenetur partium voluntatem sequi, vt etiā expresśè dicit dicta l.qualem.in fi.

¶Præterea facit glos. in.l.prima.C.de iurisdictione omnium iudicum,in verbo consensu quæ videtur velle, quod tam in iudice quā in arbitro non procedat conuentio partium, quia libera facultas pronuntiandi tollitur per dictam.l.qualem.

¶Insuper faciunt nota. per Ioannem Andræam,& Geminia. in.c. porro.de electio.in sexto. Qui tenent non valere compromissum de certa persona eligenda, prout etiam not. Compost.in c.quia propter, & nota. in.c. cùm in veteri.in glo.expectatum.eodem titulo,de electio.

¶Vlterius facit,quia institutio collata in arbitrium alterius nō valet, cum tollatur liberum arbitrium testandi.l. illa.&.l.ille.&.l.captoris.ff. de hæredibus instituendis.Et sic potestas disponendi in testamento non debet pendere ab alieno arbitrio. Ita & potestas arbitrandi debet esse libera, & non ex partium voluntate arctari.argumento eodē,quæ no.in.c.literas.de fil.præsb. & in.l.forma.§.j.de censi.

¶Itē frustra id expectatur, cuius euentus nihil operatur.l.matrem.l.ad probationem.C.de probationibus.Sed ad arbitrium nihil operatur vltra quàm operetur conuentio partium, cum ex ea tantum conuentione committatur pœna.l.ij.ff. de arbitris. Nec oriatur actio,vel officium iudicis ex dicta sententia.l.prima.C.eodem titulo.de arbitris. Ergo arbiter non habet sequi ipsarum partium conuentionem. & hanc opinionem tenet Angel. in.l.si conuenerit.ff. de re iudi. Quem demum ibidem sequitur Alexan. in.iiij. &.v.col.circa princi.

¶Pro alia parte videlicet, quòd arbiter debeat sequi partium voluntatem, & sic secundum earum conuētionem pronuntiare.facit tex.in dicta.l. si conuenerit.ff.de re iud. Vbi si conuenerit inter partes,quod pronuntietur, non ab re erit,iudicem huiusmodi sententiam ferre.idem debemus dicere in arbitro.per.l.primā.ff.eodem titulo, de arbitris.

¶Secundo,pro hoc est tex.in.l.in iudicium.ff.com.diui.dum dicitur, quod in eo iudicio com.diui.veniunt omnes res,nisi per conuentionem specialiter sit cautum,quod aliquæ non veniant.

¶Tertio arbiter recipit potestatē quæ tribuitur à partibus in ipso compromisso,adeo,quod ab ea non licet recedere.l. nō distinguemus.§. de officio. ff.de arbitris.nota. Roma. in.l.si quis arbitratu.ff. de verborum obligationibus.& Iaso.in.l.cum procurator. columna secunda in fine.ff.de noui operis

ris nuntiatione. Et dixi supra in sexta quæstione principali. in principio. ergo nec etiam ab ista conuentione videtur posse dissentire, cùm possit dici, quòd sit de ipso compromisso, siue teneamus quòd incontinenti fiat ista conuentio, siue ex interuallo, prout not. Soc. in consilio vigesimoseptimo. Pro decisione præsentis consultationis. volumine primo. circa principiũ. ¶ Præterea hodie ex sententia arbitri datur actio, & officium iudicis, quãdo est tacitè vel expressè emologata .l. cũ antea.l. vt in arbitris. C. de arbitris. Et ideo dicendum videtur. Idem quod in iudice, vt nota. Bartolus. in.l. si conuenerit. ff. de re iudic. Ex quo tollitur vltimum fundamentum pro alia parte formatum. Nam illud de iure antiquo procedebat. simul cum dicta .l. qualem adductã in primo. Non enim possumus dicere propter aliam causam dispositionem illius.l. procedere: nisi quia tunc temporis sententia arbitri lata ex partium conuentione nihil operabatur. quod secus est hodie, vt ex prædictis iuribus apparet, sed Angelus in dicta .l. si conuenerit reprobat hoc dictum, quia nil aliud esset. nisi concludere dicta.l. qualem esse correctam, & tamen correctio.l. est euitanda.l. pręcipimus. C. de appellatio. c. cum expediat de electionibus in sexto. Nec videtur, quòd ista sit ratio fundamentalis. dicta.l. qualem, sed illa quæ traditur in dicto. §. idem Pomponius. s. quia libera facultas sententiæ arbitri futura non est: & sic quia de substantia arbitri est libertas arbitrandi: quæ potestas in iudice non est ita libera, sed moderata, cùm habeat iudicare secundum iura .l. prima in principio. ff. de appellationibus. §. penulti. in authen. iusiur. quod præst. ab his, & dixi suprà in quinta quæstione eiusdem quæstionis principalis. Sed ad ista adducta per Ange. respondet Alexand. in dicta.l. si conuenerit. in quarta columna, circa medium: dicens, quòd quando ratio legis est correcta, est etiam correcta ipsa lex. per not. per glo. & Bar. in.l. prima. in princip. ff. de leg. tut. & per Moder. in.l. si vero. §. de viro. ff. soluto matrimonio. Sed ratio propter quam non valebat compromissum factum in arbitrum sub certa forma: est, quia non operatur aliquid ipsa sententia præter conuentionem partium, quæ ratio hodie cessat vt dicta.l. cùm antea. Ergo videtur quòd sit clarum ipsam legem etiam esse correctam, & sic quòd scimus in claris, in quibus non est opus coniecturis.l. continuus. §. primo. ff. de verbo. obligatio. Similiter non ob. ratio Angel. Nam videtur, quòd hodie arbiter non habeat illam liberam facultatem pronuntiandi, vt in casu d. cta.l. cum antea, vbi pars cõtra quam est pronuntiatum, potest dissentire à laudo infra decem dies vel sententia sine sui præiudicio, & sic sententia non consistit ita in libera & absoluta facultate arbitri, sicut olim. Iaso. tamen in dicta.l. si conuenerit. dicit conclusionem Alex. non procedere, quia negari posset quod correcta ratione legis dicatur etiam correcta ipsa lex, cum non sit de illius essentia, quod habeat rationem.l. non omniũ. ff. de legi. no. Bart. in.l. in suis. in rep. colũ. ij. ff. de libe. & posth. Itẽ præsupposito etiã, quod sit verũ dictũ glos. in. d.l. j. ff. de leg. tut. prout teneẽ cõmuniter per doc. Dicit tamen

ipse Iaf.illud procedere,quando ratio esset expressa in ipsa lege,& sic verè esset ratio legis.Nam tunc ea correcta corrigeretur & ipsa lex,sed in casu dictæ.l.qualem non possumus dicere.ꝙ illa sit ratio legis,sed est ratio magistralis tradita per docto.vnde correcta ratione docto.non sequitur.ergo, & ipsa lex.Præterea licet sit correcta vna ratio,superest tamen alia,vt suprà dixi,ex qua etiam debet dispositio sustineri.§.affinitatis institu.de nup.Et in hanc opinionem demum concurrit ipse Alexand.licet modò vnam, modo aliam partem amplecti videatur Iaso.reducendo vtranque partem ad concordiam,dicit,quòd Bart.bene loquitur,quando sumus in casibus limitatorijs,prout loquitur dicta.l.cũ antea. In alijs vèro remanet incorrecta dispositio dicta.l.qualem,& sic in istis procedere potest dictum Angeli, & Imo.Qui autẽ sint illi casus,in quibus non dicitur limitari dicta.l.qualem ponit idem Iaso.in.l.ait Prætor, & in.l.à diuo Pio,& in.l.si conuenerit.ff.de re iudi.Et de intellectu.d.l. qualem ponit Soci.in.d.consil. xxvij. Per totum.

¶ Sed aduerte ad id,quod dicit Iason. quod tũc intelligitur correcta lex per correctionem rationis, quando ratio esset ipsius legis & non doctorum. Quia imo videtur quòd ratio docto. possit dici ipsius legis.Nã semper docto.laborant in assignando rationem, quæ proueniat à mente legis. vt per Barto.& alios in.l.omnes populi.ff.de iustitia,& iure.Et quicquid prouenit à mente legis dicitur prouenire ab ipsa.vt est text.in.l.tutela in princip. & ibi Barto.ff.de leg.tuto.& nota.per eundem Barto.in.l. prima.ff. vti poss. Vnde satis potest dici,quod ratio assignata per doct.sit ipsius legis,licet ab ea non exprimatur,cùm tacitũ,& expressum à pari procedant.l.cũ quid. ff.si cert.peta.

¶ Non ob.gloss.in dicta.l.prima.C.de iurisdictione omnium iudicum. quia communiter reprobatur per doct.in dicta.l.si conuenerit, vel loquitur in diuersis terminis secundum Rapha. Cuma.ibidem.

¶ Nec obst.not.in capitu.porro.quia sumus ibi in his,in qbus vertitur periculum animæ,vt not.in dicto capitu. quia propter.& in capitu.ne pro defectu.de elect.que præferenda est cunctis rebus.l.sancimus.C.de sacr.sanct. eccl.Cuius respectu multa etiã alia habentia specialitatem sunt introducta.

¶ Similiter nõ ob.illud de libera testãdi facultate,quia non pendet sentẽtia ex alieno arbitrio:sed simpliciter, & de pręsenti fertur,ꝑut partes iam cõuenerunt.arg.d.l.illa in prin.ff.de hęredi.instit.vel non debet pendere ex alieno arbitrio,eius,scilicet cuius non interest,sed hoc casu interest eorum, quorum arbitrio sententia fertur argumen.eorum quę not.in.l.prima.ff. de appella.recipiẽ.Et ex his posset respondere ad dictum.§.idem Pomponius licet ex alijs superius deductis satis sit responsum.

68 ¶ † Aduertendum tamen ad vnum est,quod dicit Soc.in dicto cõsi.xxvij. columna secunda.circa fin.quòd licet partes conuenerint de sententia ferenda,& arbiter iuxta earum conuentionem possit pronuntiare,nõ tamen ꝓpterea est obligatus,quin possint aliter quã à partibus conuentũ sit,sententiam

tentiam dicere,nisi etiam ipse arbiter ad hoc se obligauerit,nec huic opinio ni videtur contradicere text.in dicta l.si conuenerit,cum ibi dicatur,quòd non erit ab re iudicé huiusmodi sententiã dicere,per quæ verba nõ videtur aliqua necessitas induci ipsi iudici ad sequendum partium voluntaté, tamen in illis casibus,in quibus sententia arbitri producit eundé effectũ, quem producit sententia iudicis,vt in casu d.l.cum antea.C.de arbit.Dicerem idem per omnia quod in iudice concluditur,vt teneatur sequi partiũ conuentionem, prout cõmuniter tenetur in dicta.l.si conuenerit.Nec ob. consideratio prędicta,quòd in dicta.l. non sunt verba necessitatiua:quia dico,quòd etiam verba suasiua, seu exhortatoria inducunt necessitaté,quãdo sunt ꝓlata à superiore,vt per Cardi.in clemé.ij.§.fin.de sepul.& in cle. prima de pen.

¶ Item intellige suprà dicta, quando pręcisè est conuentũ inter partes,qualiter sententia fieri debeat:ita vt nullo respectu arbiter ab ea conuentione recedere possit.Nam si esset conuentum,quòd in plus quàm in centũ nõ posset condénare,non propterea esset arctatus ad certam sententiam ferendam,cum posset apprehendere quantitatem ad eius arbitrium,non excedendo taxationem:vnde non est dubiũ,ꝙ in istis & similibus casibus arbitri deberent sequi partium voluntatem,cùm omnes rationes suprà dictæ cessent,& istud voluit Soci.in prædicto consi.xxvij.col.v.circa medium.

69 ¶ † Intellige etiam omnia prædicta, prout iam dixi,ꝙ procedunt in arbitro compromissario:secus vero in arbitro statutario.Nã secundũ partium voluntatem habet sententiã dicere,cũ æquiparetur iudici.l.apertissimis.&.l. cum.speciali.C.de iudi.Et dixi suprà in prima quæstione,sexta quæstionis principalis.Et ita indifferentur tenent omnes in dicta.l.si conuenerit.& præcipuè Iaso.ibi in.ij.colũ.versi.& per hoc,& Soci.in.d.consilio.xxvij.colũ. iiij.versi.sed termini.

VIGESIMOSEXTO,

70 † Quæro,an arbiter possit absolue re ab obseruatione iudicij,& videtur dicẽdum,ꝙ sic per ea quæ no.Barto. in.l.inter pares.ff.de re iud.qui dicit, ꝙ si vnus ex tribus arbitris condénauit,alter absoluit:& tertius liberauit ab obseruatione iudicij,tunc sentẽtia tertij præualet.nam in id omnes concordare videntur,ex quo præsupponit arbitrum posse pronuntiare,quòd partes sint liberæ ab obseruatione iudicij:& quo ad hoc idé sentit Rapha. Cuma.& Iason.in.d.l. inter pares,& dixi suprà in.xix.q.huius.q.

¶ Contrariũ tenet Bald.in cap.sancimus el.ij.col.ij.cir.prin.quo tem.mil. inuest.pe.Dicens,quod videbatur arbitros in vltima die cõpromissi posse pronuntiare instantiam esse desertam sine alia citatione,sicut potest iudex ad quem,quando deserta est appellatio,attamen dicit ipse,hoc non est verum,quia ante vltimum quadrantem seu finem temporis non dicitur finita instantia.vnde non possunt pronũtiare partes ab ea liberatas esse, ipsa vero instantia finita sunt priuati auctoritate eo modo,vt non possint ꝓnuntiare instantiam esse desertam .l. scire oportet.§.cõsequés.ff.de execu. tuto.Alex.Iac.de sancto Georg.in.l. prope

properandũ videntur cõcordare prędictas opiniones, dicentes quòd Bald. debet intelligi in casu, quando per lapsum temporis expirauit etiam compromissum. Nam tunc bene verũ est, quod arbiter nec ante, nec post pronũtiare poterit instantiam peremptam per rationem Bald. Sed si adhuc durat tempus compromissi, & instantia est perempta, quod potest contingere, vt ipse declarat in d. l. properandũ. in princip. & dixi. s. in. vij. quæst. principa. in verb. lapsu temporis. Nã tunc bene posset arbiter pronuntiãdo partes absoluere ab obseruatione iudicij: quia si iudex hoc potest, ita & arbiter, iuxta. l. primã. ff. de arbit. Et hoc modo locum habet opinio Bart. quæ maximè ꝑcedere debet in arbitro statuario, qui iurisdictionem habet, vt dixi in. ij. quæstio. vj. quæst. princip. Et hoc quando apponitur terminus arbitris & non causæ seu instantiæ, vt etiã dixi suprà in. xxij. quæst. eiusdem quæst. in fin. Pro hoc facit, quod nota gl. Bart. Bald. in. l. harum. ff. si ser. ven. & idem Barto. in. l. Titia. ff. de accus. dum volunt, sententiam absolutoriam ab obseruatione iudicij esse interloquutoriam, vt etiam concludit Abb. & Fely. in capitu. examinata de iudi. & certũ est arbitrum interloqui posse, vt est tex. in. l. dicere. §. primo, & ibi no. & in l. quia. ff. de arbi. & no. in. l. ꝙ iussit. ff. de re iudi. & dixi suprà in. q. xiij. eiusdem. qõ. & hoc puto verum, quicquid dixerit Iaso. in. d. §. illo. l. properandũ referendo Imo. contrarium tenentem in. l. si quis arbitratu. ff. de verb. obl. & Bart. in. l. admonendi. col. iiij. ff. de iureiuran. & dicam statim.

VIGESIMOSEPTIMO

71 † Quæro, si actor nõ probat, an reus veniat per arbitrum absoluendus. dicas ꝙ sic, secundum distinctionem traditam per Bart. Alex. & Ias. in. l. admonendi in. j. quæst. ff. de iureiuran. & in l. qui accusare. C. de eden. & in. l. properandum. §. & si quidem. C. de iudi. & per Cano. in capitu. fin. de iureiur. & in capi. inter dilectos de fide instru. & in capitu. j. vt eccl. ben. videlicet, ꝙ aut terminus est p̃fixus à lege, & tunc absoluitur ab instantia, aut ab homine: & tũc à petitis. & hec est magis cõmunis opinio, secundũ quod attestatur Alexand. in. d. l. admonendi, & in casu, quando absoluitur ab instantia, intelligas vt in quæst. præced. Sed aduerte, ꝙ per hanc distinctionem inducitur cõtrarietas dictis in præced. qõ. Nam si quando apponitur terminus ab homine secundum quod cõmuniter, fit vt dicit Barto. in. d. l. admonendi, tunc facienda est absolutio diffinitiuè, & nõ ab obseruatione iudicij. ergo videtur, ꝙ regulariter nõ possit arbiter absoluere ab instantia, sed respõde per ea, quæ tradunt docto. in. c. de causis, de offi. deleg. & per Corn. in cõsilio. xlj. videtur in hac cõsultatiõe volu. ij. ꝙ dicta per Bar. procedunt, quãdo appositus est terminus instãtiæ vel iurisdictioni, vel causæ, secus quando opponitur iudici seu arbitro, ꝑut dixi suprà in. xxij. q. huius. q. & ita apparet ꝙ ista sit intentio Bar. si bene considerctur: sed in casu statuti nostri omnino cessat difficultas, cùm sit terminus à lege municipali præfixus.

¶ Prædicta omnia procedunt etiã, si actor probasset: sed non eo modo, quo expsserat in libello: puta, si dixerit aliquid ad se pertinere ex vna causa, & aliam

aliam probauerit: nam tunc nō debet obtinere. vt not. in. l. j. ff. si mē. Fal. mo. dix. & p Bart. & alios in. l. j. ff. de edē. Inn. Abb. & alios in. c. ex parte de priuile. Ioan. andr. Anch. & alij in. c. j. de lit. contesta. Intelligendo tamē vt dicam infra.

72 ¶ † Limita tamē prædicta, vt nō ꝓcedunt, quādo cōpromissum est factū cū clausula: ꝙ arbiter possit procedere & iudicare sola, mera, & pura veritate inspecta: nā tunc etiā si esset probata alia causa diuersa à proposita in petitione, nihilominus actor obtinere debet, per ea quę not. per Iaso. & alios in. l. certi cōditio. §. si nūmos. ff. si cert. pet. & per Alexā. & alios in. l. si ita stipulatus. §. Grisogonus. ff. de verb. ob. & de his dixi. s. in. j. q. princ. in ver. sola, pura, interpretādo verba statuti huius ciuitatis.

VIGESIMOOCTAVO

73 † Quæro, an arbiter possit sententiam ferre verbis enūtiatiuis, puta, si dixerit, credo Titium debere centum Gaio: vel pronūtio te posse petere (similibus verbis vtēdo) q̄ possunt adaptari ad illud membrū de verbis enūtiatiuis & demonstratiuis, de qbus habetur per Bar. & alios. in. l. ex hac scriptura. ff. de dona. & in. l. demonstratio falsa. §. ꝙ autem. ff. de condi. & demō. & videtur dicendū, ꝙ nō: quia sententia debet continere absolutionē vel cōdemnationē, vt habetur in. l. Pręses. & in. l. cū judex. C. de sentē. & inter. om. iud. Sed in contrariū est veritas, ꝑut no. Imo. Ang. Rom. & Alexā. in. l. j. ff. de re iud. Bal. in. l. quid tamē in addi. col. ij. ff. de arb. Nam sufficit, ꝙ sententia contineat absolutionē vel cōdēnationem, aut æquipollēs, vt ibidem dicitur. arg. l. iij. C. de instit. & substitu. sub cō. fac. & l. mulier in princip. ff. ad Trebel. Secus si arbiter dixerit, si iuraueris, vel probaueris, absoluam, vel condemnabo. nā ista sunt verba enunciatiua de futuro, quæ nō inducūt dispositionem secundū Bald. in dicta. l. cum iudex. C. de sent. & d. l. quid tamen, licet gl. in. d. l. cū iudex videatur tenere contrarium.

74 ¶ † Quid si arbiter dicat, pronūtio te cōdēnandū, vel absoluēdū expressa certa quātitate, an teneat sententia in vim condemnatoriæ glo. in. d. l. diē ꝓferre. §. si plures. ff. de arbi. videtur tenere ꝙ sic diē Cyn. & Ange. in. l. j. C. si aduer. lib. & Ang. in. l. j. §. si quis ita. ff. de verb. obl. & dicit Imo. ꝙ forte opinio Cy. verificaretur in practica. Tamen ipse distinguit ꝙ aut dicitur condemnādū Titiū mihi videtur, vel ꝓnuntio Titiū cōdēnandū, & tūc non videtur Titiū cōdemnare, quia verba propriè & strictè sunt intelligenda, quando in sententia proferūtur. l. Iulianū verū debitorē. ff. de cōditio. indebi. & ibi not. glo. & docto. Nā apparet ex verbis ꝙ arbiter, vel iudex non vult cōdemnare, sed declarare eū condemnādum, aut proceditur Vlterius, dicendo. Pronuntio condēnandum: & ideo mando vt soluat, & tunc procedat opinio aliorum fundata in. l. fundus. ff. de rescin. vend. Vel (dicit ipse) ille text. procedit, quia ibi sunt verba infiniti temporis quæ importāt omne tempus, vt. l. quinta. §. stipulatio. ff. de verborū obligationi. Et sic in effectu, vult, quòd non possit pronuntiari simpliciter, dicendo, Pronūtio condemnandum, hoc idem videtur velle Bar. in dicta. l. j. C. si aduer. lib. & Alexan. in

in dicta.l.prima.ff.de re iud.& in.d. §.si quis ita.quia tractus futuri temporis non spectent ad iudicem.l.j.in principio.ff.de vsucapi.&.l.non quéadmodum.ff.de iud.Item quia aliud est pronuntiare aliqué esse liberum, vel liberandum. dicta.l.prima.C. si aduer.lib.Et aliud est aliquem restituere,vel pronuntiare restituendũ.vt nota.glossa.in.l.finali .C. vbi & apud quem.Item aliud est quòd pronũtietur qué mittendũ in possessione, vel quòd mittatur gloss.est in.l.cognitio. §.fina.ff.de offi.eius,facit quod nota. Ioan.Andr.in additio.ad Specula.in titulo de exceptio. § . viso versiculo porro in Italia,& vt dicam statim,& ab hac opinione nõ videtur recedendum,tamen videtur facere in contrarium illud, quod volunt docto.in capitulo cũ venerabilis.de except.dum dicunt, ꝙ intentio potius quã verba est consideranda sententia, & quod interpretatio est faciéda vt actus magis valeat,quã pereat,& quod conueniat rei,de qua agitur capitulo cũ inter dilectos de fide instrumé.Sed potest responderi,ꝙ clarè constat,hic,ꝙ arbiter non vult cõdénare,vt ex ipsis verbis apparet,vt voluit Imo.in loco suprà allegato,ex quo nõ est opus cõiecturis.l.cõtinuus.§.j.ff.de ver.obl.

75 VIGESIMONONO † Quęro,an arbiter possit pronũtiare,quòd in alium cõpromittatur. Dicas quòd non . vt est text.in.l.non distinguemus.§.quæsitum.ff.de arbi.Nam per sententiam arbitri imponi debet finis controuersiæ.l.dicere.ff.codé.titu.de arbit.Sed per huiusmodi sententiam clarum est finem liti non imponi.ita tenét Bartol.Bald.in dicto.§.quæsitum.& ex hoc dicit Aug.& Imo.in.l. Seius,& Augerius.ff.ad leg.falcid.ꝙ aliàs consuluit de facto super quodã laudo per ducem ianuæ inter comité virtutũ & ligam:quod pars,quæ non prorogaret compromissum,ad mensem incideret in pœnã centũ milium ducatorũ.Nam consuluit tale laudũ, seu sententiam nõ valere,& impunè potuisse partes ab ea discedere.Quia sicut arbiter non potest pronuntiare, vt prorogetur dies cõpromissi, vel ꝙ in alium cõpromittatur.d.§.quęsitũ, &.l.si cũ dies.§.si iuxta.ff.eo.ita non potest per modũ conditionis hoc deducere.Ad idem facit quod not.Bal. Paulus de Castro post ipsum in.l.si quis sub conditione.ff.de condi.insti. volens quod arbiter non possit iubere denuo in se cõpromitti,nisi sit actũ de prorogando in eum.d.l.non distinguemus.§.de officio.vnde si arbiter non per viam præcepti,sed per viam conditionis declarauerit:vt puta hoc modo,Condemno talem in centum, saluo ꝙ si denuo in me non compromiserit,Dico quod non teneatur,tale laudũ,videlicet per.d.l.si quis sub conditione,quia illa conditio videtur adiecta in fraudé legis,ex quo nõ debet valere.l.non dubium.C.de legi. l.fraus.ff.eod.ité quia illa conditio est contra naturã actus,ideo vitiat.c.fin. de condi.appo.Item quia talis sentétia continet prolixitatem & repugnantiam.Nam si tam est sententiatum,non debet iterum compromitti sicut nec transigi.l.elegãter.§.si post. ff.condi.indebi.

76 ¶ † Quid si arbiter dicat,Sentétio Titium nihil debere Sempronio.& si Sépronius senserit se grauatũ.iterum com-

compromittat.an talis fententia valeat Anch.in confi.ccviij.in.q.fupradicti tenet,ꝙ talis fentétia non valet, & illud cõfiliũ eft approbatũ ꝑ collegiũ Paduanũ,vt ibi in cõfi.feq.

77 ¶† Quid fi arbiter dixit.quod fi altera pars fenferit fe grauatam habeat facultatem cogendi alteram partem, ad iterum compromittendum infra certum tempus in alios arbitros,qui pofsint corrigere dictam fententiam, an valeat illa declaratio. Soci.in confilio.cxxiiij. Præfens confultatio volumi.tertio concludit,quod valeat,& adducit multa ex fupradictis,fed aduerte in eo,ꝙ dicit,quod non videtur de fubftantia, quod laudum imponat finem controuerfiæ,eo quia partes poffunt cum illa modificatione cõpromittere.iftud videtur contra tex. l.prima.ff.de arbi.& quæ iam fuprà dixi in princ.quæftio.huius.Nec ob. text.in dicta.l.non diftinguemus.§.idem Paulus ver.nifi ad hoc.ff.de arbi.quia ille ver loquitur in cafu quãdo pronuntiauit cuius arbitratu effet fatifdandum,quæ fatifdatio fine dubio non eft de fubftantia actus,vt ad fenfum patet, vnde melius videtur loquutus Bald.in dicta.l.fi quis fub conditione.

78 TRIGESIMO † Quæro, an arbiter pofsit pronuntiare fuper duplo crefcente in actione.l. Acquiliæ. glo.in capitulo cum dilectus,de arbi. videtur tenere,ꝙ non pofsit, fecundum ꝙ eam intelligunt Card, But.& Abba.ac Imo.ibi.Sed videtur quod ifta nõ fuerit intentio gl.imò in contrariũ.Nam gloff.poft propofitũ dubium dici videtur,ꝙ fic fubdés,quia fequitur ex delicto in arbitrum compromiffo,fed contra arg.eft ꝙ non cognofcit fuper pœna cõtumacis.ff.eo.quid tamen.§.vlti.arbitria tamen redacta funt ad fimilitudinem iudiciorum.l. j.prima.ff.de arb.Nec aliud vltra,dicit,vnde cũ illa verba arbitria tamen &c.Sint vltima illa.videtur opinio gl. contraria præcedenti arg.l.qui filiũ. §.fi.ff.ad Treb.& per Bal.in authen. ex teftaméto in prin.C.de colla.Nec ob.ꝙ per fequétia verba recedere videatur à dicta opi.quia loquit in diuerfa materia:videlicet,quando veniũt illa acceffória extrinfecus,& ita intellligendo cõcordat Hoftié.& Io. Andræ.qui dicunt,arbitrũ poffe pronuntiare fuper duplo, quia eft quid connexum arg.c.tranflato de confti. item quia poteft arbiter pronuntiare fuper fructibus & omnibus acceffforijs deductis,& expenfis,licet de his non fuerit expreffè compromiffum,vt no.Inno.in.c.ex parte.de arb. Nam hæc omnia acceffóriè veniũt ad caufam principaliter compromiffam. facit tex.fecundum Alberic.in.l.non diftinguemus.§.item non eft cogendus.ff.de arbi.qui dicit,quod perempta re principali, fuper qua erat cõpromiffum poteft cognofci de intereffe.ité non poteft dici, quòd duplũ fit quid extrinfecũ.nã venit ex natura actionis argu.regu.acceffóriũ de re iudicata in.vj.ité venit iuxta mandatũ.l.iã tamen.ff.iud.fol.l.ad ré mobilé.l.ad legatũ.ff.de procu.Non ob l.quid tantũ.§.fina.quia loquitur de pœna à partibus promiffa:& idé effet de intereffe quãdo effet in ftipulatione promiffum ꝑ ftãdo arbitrio per.l. dié proferre.§.fi.ff.de arb.Nã tũc nõ põt fe de tali pœna vel intereffe impedire,

pedire,quia de illis nõ eſt cõpromiſſum:ſed in caſu gl.pœna inſurgit ex natura actionis.legis Aquiliæ,q̃ datur contra negantẽ dãnũ in duplũ ſi probetur.d.l.idẽ Neratius.§.ſi.licet aliàs daretur in ſimplũ cõtra cõfitẽtẽ.& ita videnť tenere Car.But.Abb.& alij ſupra nominati.iſtud magis ꝓcedit in caſu ſtatuti noſtri.cũ arbitri ſecundũ illud electi habeat iuriſdictione ordinariã,vel ſaltẽ delegatã.vt dixi in.ij. q.vj.q.prin.vnde cũ multũ aſſimilenť habẽtib⁹ iuriſdictionẽ,nõ eſt dubitãdũ de eorũ cognitiõe ſup duplo,iuxta illud habentibus ſymbolũ , facilis eſt tranſitus.vt per philoſophũ,in ſecũdo de gener.quẽ refert Alb.in.l.j.col, iij.in princ.ff.de iud.Facit quod dixi ſupra.in.iij.quæſtio.vj.q.prin.in prima limit.

TRIGESIMOPRIMO

79 † Quæro, an arbiter poſsit in ſententia apponere diem ſolutionis, vel executiõis vltra, vel citra q̃ à lege ſit terminatũ.& in hoc non eſt difficultas,ꝙ illud ſententiãdo ſtatuere poteſt ad eius libitũ,cũ ſit text.expreſſus in.l.ſi cum dies.§.intra &.l.celſus ibi no.Alber.Bal.& alij.ff.de arbit.& Pau.de caſtr.in.l.ſi ſe nõ obtulit.§.ſi quis condẽnatus.ff.de re iu.Barba.in c.j.colũ.de reſcrip.Idẽ Pau.de Caſt. conſil.cccxxviij.ꝙ naues & gorus in prin.volu.j.Bart.Alexan.Iaſ.& alij in l.hæc verba.ff.de leg.j.Cy.Albe.in.l. ſi arrogatos.ff.de adop.

¶ Sed dubium eſt , quando arbiter in ſententia ſtatuit terminum legalẽ ad ſoluendum , an illud tempus dicatur præfixũ à lege vel ab arbitro.nam ex hoc reſultat maximus effectus ſecundum ꝙ not.glo.& docto.in prædictis locis,quia ſi ſtatutus eſſet terminus legalis,tunc eſſet locus purgationi moræ,ſecus eſt ſi ſumus in termino ab homine præfixo , vt.d.l.celſus.&.d.l. ſi cũ.d.§.fina.& ibi latè per docto.& pro iſta opinione,ꝙ terminus dicatur hominis & non legis , & ſic ꝙ detur purgatio moræ.

¶ Primò facit illud,quòd quando relinquitur legatum , tunc in eo tacitè ineſt à lege,ſi legatarius voluerit acceptare legatum.argu.l.inuicto.ff.de re iudi.Nec per hoc tale legatum dicitur conditionale.l.vni.§.cùm igitur. C.de cad.tol.Si tamen per teſtatorẽ exprimantur iſta verba,Si legatarius voluerit faciunt legatum cõditionale.l.ſi ita expreſſum.ff.de cõdi.& demõ.Et ſic expreſsio eius quod à lege conceditur.aliud operatur,ita vt videatur eſſe diſpoſitio hominis,nõ autem diſpoſitio legis.

¶ Secũdò facit illud,ꝙ ſi relinquitur legatũ ſimpliciter,intelligitur purũ, & debetur à die mortis vt.d.§.cũ igitur.ſi tamẽ dicatur ꝑ teſtatorẽ,ꝙ præſenti die,vel die mortis debeatur tale legatũ , factũ eſt conditionale.l.talis ſcriptura.ff.de lega.j.

¶ Tertiò facit illud,ſi hæres grauatus eſt legatis,põt retinere falcidiã,abſq; eo,ꝙ teſtator dicat aliquid.l.ꝙ de bonis cir.fi.ff.ad leg.Fal.tamẽ ſi exprimať à teſtatore,ꝙ hæres retẽta quarta reſtituat,ſeu præſtet legata,aliud operatur.l.Titia.ff.eo.ad leg.Fal.

¶ Quartò,hæc opinio.cõprobať.nã ſi cõcedis mihi rẽ precario,intelligitur quãdiu volueris.l.j.ff.de p̃ca.& durat etiã poſt mortẽ vſquequo hæres tuus reuocauerit.l.cũ p̃cario.ff.e.ſed ſi tu in cõceſsiõe p̃carij expreſſeris quãdiu volue-

volueris mortuo te statim reuocatur. l.locatio.ff.loc.ergo exp̄ssio aliud operatur ab eo, quod à lege erat insitum.

¶Quintò facit illud, quod ad hoc vt exhæredatio filij, valeat tacitè à lege intelligitur, si hæres institutus adeat hæreditatē.l.filium.§.sed cùm hæres.ff.de cō.tab. Sed si testator exhæredat filium, eo expresso si hęres adierit, tūc exhęredatio est conditionalis: ex quo non valet cū institutione.l.iij.§.si filius ff.de libe.& posthu.

¶Sextò ad idem est text.in.dict.l.celsus, vbi dicitur, quòd si dies appositus fuerit per arbitrū, & postea offeratur nihilominus semel est commissa pœna compromisi, quæ ob hanc oblationem non euanescit, & ibi ratio redditur. Hanc sententiā tenet Petrus. Cy. & ibi etiam Bar.in.l.si arrogator.ff.de adop.Bar.Saly.Aret.Ias.in.l.hæc verba.ff.de leg.primo. Facit glo.cum qua transeunt ibi Ange.& Pau.de Cast.in l.eum qui certarū.ff.de ver.ob. Imol. in.c.ex insinuatione de resc.Anch.in c.j.de consti.in.vj. Pro præmissis Ias. in.d.l.iij adducit tex.in.d.§.statiultra Barto. hoc modo. Nam si arbiter habet potestatem, etiam iniquè disponē di circa merita causæ, quantò magis circa appositionem termini de soluendo. Hoc idem voluit Alb.in.d.l. si arrogator, & Pau.de cast.in.d.§. si quis condemnatus.

¶In contrariū facit tex.in.d.l.iij.ff.de leg.j.vbi expresio eius cōditionis quę inest à lege, nihil operatur. ita per illū tex.no.ibi Bar.Bal.Alex.& omnes, ex quo videtur, ꝙ etiam in casu nostro sit dicēdum, expresionem per arbitrum factam de eo, quod per legem inest, nihil operari debere. concordat tex. in c.multi.xl.dist.

¶Secundo, quia quādo exprimitur aliquid, quod à lege subauditur, per iudicem videtur expressum ad admonitionem, non autem conditionem inducēdum. ita probat tex.in.l.muto.§.sub conditione.ff.de tutel. vbi si præses dat tutorem cum conditione, si satisdederit: quæ conditio à lege est posita, vt l.non quasi.ff.rem pup.sal.fo. nihilominus valet illa datio tutoris, licet nō possit dari sub conditione.l.actus de re.iu. Quia illa verba, si satisdederit non conditionem sed admonitionem important, cùm sit expressum, quod à lege statutum est.

¶Tertiò facit, nam quādo debitor dat pignus non sufficiens ad debitum, tūc salua remanet actio creditori de residuo.l.creditor.la.ij.ff.si cer.peta. Vnde si in traditione pignoris fiat pactū de dando residuo, tunc illud pactum nihil operatur, quia exprimitur quòd à lege disponitur, vt dicit tex.in.l.quæsitum.§.fi.ff.de distra.pig.

¶Quarto probatur, quia oēs dilationes, quæ statuūtur in iudicijs, dicuntur dilationes legales, & tamen communiter statuūtur & determinantur ministerio iudicis, vt.ff.de dila.per to. &.C.e.tit. ergo fortius est in illa q̄ statuta est & determinata à lege, sicut in casu nostro, in dilatione quæ datur iudicatis: quæ licet ministerio hominis statuatur, tamen debet vocari legalis.

¶Quinto, facit gl.& ibi no.per Gemi. & Philip.Franc.in.c.j.de consti.in.vj. quæ dicit, quod quando statutum disponit id quod ius commune. tunc illum statutum nihil operatur, adeo quod sublato iure communi, tollitur etiam statutum idem cōtinens: vt ex multis

multis probat maximè, quia esset in arbitrium Episcopi tollere facultaté Pontificis, reuocãdi iura communia in sua diocesi: quod nõ est dicendum. argum̃.reg.cum quid.de regu.iur. Et hæc opinio probatur p Iaco.de Aren. Bal.& Alexã.in dicta.l.iij.ff.de leg.j. Guliel.de Cun.Bal.in.l.si post tres.ff. si quis caut.Angel.in.d.l.si se non obtulit.§.si quis condemnatus.ff.de re iudica.& in.d.l.si post tres.& etiam Roma.ibidem Bald.in dicta.l.si arrogator.& in.d.l.celsus circa princi.Salyce.in.l.si pacto quo pœnam.versus fi.C.de pact.pro quã est tex.in.l.vnũ ex familia.§.si de Falcid.ff.de lega.ij. & proximè.ff.de ritu nup.&.l.cùm ta le.§.Meuiæ.ff.de condi.& demon.& tex.in dicta.l.si arrogator,ibi non iudicio eius,sed principali prouidentia: & sic illa quarta, licet sit relicta per testatorem,tamen dicitur prouenire à lege, cùm iam esset de ea dispositum per legem,& tenendo hanc parté ad cõtraria posset respõderi: prout respondit Albe.in.d.l.si arrogator.& alij supra adducti doc.

¶Et Primo quòd duæ sunt acquisitiones in legato, vna reuocabilis, & illa acquiritur legatario, etiam ignoranti.l.cum pater.§.surdo.ff.de lega.ij. Alia est acquisitio irreuocabilis:& illa non acquiritur nisi per agnitionem. in prima non inest aliqua cõditio, si volet vnde non est mirum, si expræssio aliquid operatur, & facit eam acquisitionem reuocabilem conditionem,cùm ibi nulla esset conditio vt nota.in.l.nunquam.ff.de conditio. & demonstratio.

¶Ad secundum responedet idem Abba.quod ideo expræssio operatur, qa tacitus, per legem intellectus nõ erat necessarius eo modo vt non potuisset per testatorem immutari, sed in quæstio.nostra arbiter habet necesse sequi terminum legalem, nisi ex causa illum immutet.l.iiij.&.l.debitoribus.ff.de re iudica.

¶Ad.l. Titiam respondet,quòd licet aliquid illa expræssio operetur, tñ non operatur in præiudiciũ eius cuius fauore fuit facta expræssio.ita videtur dicendum in casu isto,quod assignatio termini non habeat operari aliquid in præiudicium soluere debétis.facit.l.quod fauore.& ibi no.C.de leg.vel dicas,vt dicit Alexand.in.d.l. hæc verba.quòd in.d.l. Titia.tacitum inest cõtra mentem testatoris,qui nõ præsumitur velle detrahi Falcidiã vel Trebellianicam,vnde si testator exprimit,quod detrahatur quarta,aliter exprimit ꝙ inerat,quia tunc apparet,ꝙ non contra eius voluntatem detrahitur,secus in tempore concesso condénatis,quia non reperitur,quòd insit tacitè contra voluntatem arbitri.

¶Ad quartum respondet,prout in primo arg.videlicet,quod fuit facta expræssio in.d.l.locatio.aliter quam inerat,nã quãdo cõceditur precario aliquid, tunc illud intelligitur concessum vsquequo apparuerit cõcedétem nolle concedere:sed inter nolle & velle,est dare medium,vt in reg.qui tacet.de reg.iur.& ille qui decedit,non declarat se nolle: ideo precarium continuatur in hæredem,quando nihil dictum est in concessione precarij: sed quando esset appositum illud pactum quamdiu volam, tunc finitur precarium morte. nam tunc per mortem deficit velle: ideo nimirum, si illa expręssio

præsio aliquid operatur.

¶Ad quintum respõdet, quòd ad hoc, vt exhæredatio effectum sortiatur, debet interuenire aditio hæreditatis, vt in dicta.l.penulti.§.sed cùm exhæredatio, & hoc tacitè intelligitur, & nõ per modum conditionis: vnde si testator exhæredat cum exprẹssione cõditionis, si hẹres adierit, tũc aliter exprimitur quàm insit.

¶Vltimò, ad.l.celsus potest responderi, quod ibi fuit expræssus terminus per arbitrũ, diuersis à termino legali: & hoc innuũt verba illa intra Calendas Septembris, ex quo in se ro, ꝙ non videtur bona responsio. Alexand. in dicta.l.hæc verba.ad argumen. Barto.corroboratum per Iason.de.§.stari.dum dicit, quòd ad dictum.§.stari potest respõderi quod arbitra, sunt redacta ad instar iudiciorum.dicta.l.j.ff.de arbitris.& quod sententiæ arbitri stari debet quantumcunq; iniquè, nisi sit cõtra regulas iuris exprẹsso errore lata, vt nota.in dicto.§.stari. & sicvbi actus iudicis esset null°, absque appellatione. idem esset etiam in sententia arbitri.l.apud celsum.§.itẽ quẹritur.cum ibi not.ff.de exceptio. dol.sed ita est in casu isto, quia si iudex velit exprimere minus tempus in sententia quàm à lege tribuatur actus iudicis regulariter non tenet.§.iij.§.si quis condemnatus.ff.de re iudica. ergo de necessitate arbiter tenetur seruare tempus legale eo modo, vt illud minuere non posit.sicut nec iudex. nam dico, quod per illa iura ista respõsio non videtur posse procedere quia ex verbis ipsorum iurium apparet qđ arbiter potest statuere terminum per se, non habito respectu ad terminum legalem.

¶Nec obstat, si dicatur quòd possunt intelligi de tempore maiori, quàm statuatur à lege, vel quando ex causa arbiter hoc fecerit: quia istud esset diuinare & restringere illa iura cõtra textum.in.l.si putator.ff.ad legem Aquiliam & in.l.de precio.ff.de public. & in.l.si seruitus.ff. de ser. vr. præ.vnde crederem, quod melius esset dicere, quod licet arbiter posit præiudicare, & quod tempus insit, ex voluntate, non autem ex necesitate. tamen quando exprimit terminum legalem, videtur potius admonere, quid velit lex, quàm de se diem statuere.argumento.di.l.muto.§.sub cõditione vt etiam dicit ipse Alexander ad aliud tamen propositum, accedat pro ista parte id quod dicit Dynus in regula.expræssa nocent, vbi nota.quod regulariter expræsio eorũ, quæ tacitè insunt, nihil operatur, & si contrarium aliquando reperitur illud est speciale, vt ipse dicit colligere, ex.l.si in diem.§.seruo.ff.de conditio. & demonstratio.nec etiam obstat illud de duplici læsione, hoc est, quod offendatur lex & arbiter.ideo crescẽte malitia debet crescere & pœna: quia hæc ratio procedit etiam qñ sumus in iudice: cuius tamen contrarium tenentes contrarium partẽ fatentur, & hæc opinio videtur sequenda, cùm sit magis æqua, sed tenendo aliam, limita eã prout facit Bart.in.d.l.si cùm dies.§. finali.& reliqui post eũ, vt procedit in decisorijs secus aũt in præparatorijs. nã in vno casu debetur pœna ex actu irreuocabili, vt dicit Bartol.in dicta.l. celsus. & de hoc videas per Bartol.& alios in.l.si insulam.ff. de verborum obli-

obligatio.& in dicta.l.si post tres.ff.si quis caut.

TRIGESIMO SECVNdo. † Quæro, an arbiter possit pronūtiare super fructibus, expensis, & pœna, vel alijs dependentibus & si omiserit in sententia, an postea possit pronuntiare. quoad fructus & expensas, dicas quòd sic, vt no. Specula. in §. sequitur. versicu. sed cùm supra in titu. de arbi. & idem de vsuris in casibus tamen à iure permissis, vt ibi: quia si non posset pronuntiare, super istis nō posset commodè compromissum expediri. argu. l. ad rem mobilem. & l. ad legatum. ff. de procu. facit. l. iam tamē §. in hac. ff. iudi. sol. idem tenet glos. & Albe. in. l. non distinguemus. §. de officio. ff. de arbi. Cardi. Abba. & alij in dicto. c. cum dilectus. de arbi. Fely. in cap. causamque colūna. j. in fi. de re iudica. Anto. de but. in capi. quintauallis. xxiij. distinc. de iu. iur. & in. c. nisi essent. de præben. & in. c. constitutus. de relig. do. Iason. in. l. Aquiliana. & ibi Iaco. de. s. Georg. ff. de trans. quod tamen intelligas de illis fructibus & expensis prouenientibus lite pendente, & in quibus officium iudicis potest operari. l. ij. C. depo. de alijs autē accessorijs, quę iure actionis debētur, non potest pronuntiare, nisi sit actum in compromisso, vt dicit Specul. in. d. versicu. & datò etiam quòd esset expresse de his actum in compromisso, tamen si etiam, non detur libellus cōprehendens dicta accessoria, similiter arbiter, de eis pronuntiare non poterit. l. item veniūt. §. fructus. ff. de pet. hære. Innoc. in. c. graui. de rest. spol. & ad supradicta adde Ange. in consi. xlj. Prout patet in themate. vol. j. qui loquitur in fortioribus terminis: etiam Abb. in consil. xiij. Primò, quod communitas. col. iij. vol. ij.

81 ¶ † Quoad aliud, quando pronuntiauit super principali omissis accessorijs, super quibus poterat similiter pronuntiare, an amplius poterit de eis cognoscere, dicas eadem die posse, vt. l. Paulus. ff. de re iudi. & no. glo. in l. quia arbiter. ff. de arbi. & no. in cap. cum appellationibus. de appell. lib. vj. & per Anton. de butr. & Imol. in dicto capi. quintauallis. de iureiurand. & videas aliqua ad hoc facientia supra in. xx. cum sequen. eiusdem quęstionis principalis. Super pœna autem compromissi certum est, quòd non potest pronuntiare, vt est tex. expræssus, in dicta. l. quid tamen. §. fina. ff. de arbit. ex quo infert ibi Barto. quod si arbiter condemnet Titiū in decem, soluenda infrà tale tempus, & si non soluerit condemnat eum in centum: quòd talis sententia (quoad illa centum) non valet. eodem modo si dicat, si non soluerit hinc ad mensem, quod dei tantum nomine alimētorum, & ideo dat ibi Bartol. consilium, quod arbiter dicat, Condemno Titium in centum, soluenda infra tale tempus, puta annum, hoc acto, ꝙ si decem soluerint hinc ad octo dies, talis debeat eum liberare à tota summa: & ex nūc sit liberatus, facit ꝑ hoc dicto Bar. ꝙ no. Spec. in ti. de sentē. §. species. versi. sed nūquid iudex. dū in fi. concludit ꝙ si iudex pręsumat euidenter de contumacia & malitia condēnati, satis ei poterit ex officio suo, quasi exequendo officium suū vel sententiam, sub certa pœna pręcipere, vt certa die soluat argu. l. apud celsum. §. Labeo.

§.Labeo.ff.de dol.except.ité faciunt nota.per Alexand.in.l.prima circa fi. ff.si quis cau.licet Bald.in.l.prima.C. de his qui pœnæ nomi.videatur tenere contrarium.

TRIGESIMO TERTIO.

82 † Quæro, an arbiter possit contumacem punire eum mulctando,& videtur quod non.per.l.ij.§.fi.ff.de iudi.vbi illi possunt mulctare contumaciam qui habent iurisdictionem,quę tamen non cadit in arbitro.l.j.C.eod. titu.de arbi.&.d.l.non distinguemus. §.de officio.ff.eod.titu.sed in contrarium videtur text.in.l.non ex omnibus.ff.eo.titu.de arbi.dum apertè dicit,quòd contumaciam litigatoris arbiter punire poterit glos.in dicta cap. cùm dilectus.de arbi.concordando dicit quod text.in dicta.l.non ex omnibus.procedit,quādo illa autoritas puniendi est per partes eidem attributa, aliàs regulariter non poterit punire, & ita procedat text.in dicta.l.ij.in fi. & ita Abba.in.d.c.cum dilectus, & communiter cæteri videntur pertrāsire cum hac distinctione.glo.etiā & docto.in.d.l.non ex omnibus.vnde licet istud videatur dependēs & annexum causæ principali non tñ est adeo annexum,vt super eo arbiter possit pronuntiare,nisi sit consensum in cōpromisso,sed in arbitro statutario secus est.nam poterit mulctare,cùm habent iurisdictionem,vt dixi suprà in. vj.q.princi.

TRIGESIMO QVARTO

83 † Quæro iuxta præmissa,quid si essemus in difficultate qualitatis rerum in compromisso expræssarum,tūc arbiter bene de ea poterit cognoscere,secundum quod no.Abb.in.d.c.cum dilectus columna.iij.circa medium, de arbi.quia aliàs commodè expediri nō posset compromissum arg.d.l.ad legatum.&.l.ad rem mobilem,facit quod not.glos.in ca.licet ergo.viij.quæstio. j.quæ dicit quòd licet aliquid non sit mandatum: tamen potest fieri, quod est vicinum mandato.item glos.in ca. nullus.xlj. dist.dicit, quod licet quis habuerit mandatum ad eligendum, poterit tamen etiam postulare.ad idē facit capi.præterea.de offic.delega.& ibi nota.vbi in mandato subintelligūtur ea,sine quibus mandatum expediri non potest, & si nihil de ipsis sit dictum.

TRIGESIMO QVINTO.

84 † Quæro,an arbiter possit sentētiare vt fiat generalis quietatio inter partes, quando compromissum reperitur factum generale Bart.in.l.Aquiliana.ff.de transact.tenet, quod non possit per textum. ibi qui vult,quod per Aquilianam stipulationem tollantur omnes obligationes, de quibus actum fuit seu cogitatum,& non alienam contineret iniquitatem ille consensus,quod fieret remissio de incognito, & faciliter posset interuenire captio per illū tex.iunc.l.vnde si nerue.ff.pro soc. & istud dictum,sequitur Butri.in cap.constitutus.col.pen. de relig.do.& in consilio.lxxix.Visis actis.circa fi.& Iaso.in.d.l.Aquiliana col.ij.facit ꝑ hoc,quod no.Dec.in.l.si super possessione.C. de transf.adduci potest dictum Roma.in cōsi.clv.Præmissum laudum,dicens ꝙ licet allegetur dictum Bart.in.d.l. Aquiliana. ꝙ arbiter non potest iudicare,quod fiat generalis quietatio.tamen est tex.singu.in.l.iiij.§.contrariū.ff.de cont.ac.

gul.vbi est expressum, quòd quis non possit cogi ad faciendum generalem quietationem. facit etiam quod voluit idem Roma.in consi.lxxxviij. Tribus rationibus, dum dicit, quòd generale compromissum non extéditur ad euenientia pendente compromisso, aut ad futura, sed ad præsentia tantùm.l. de his.ff.de arb.& dicam infra.q.xxxvij. huius quæstio. facit etiam, quod per eundem not.in consil.exv. Viso compromisso, vbi dicit quòd in generali compromisso facto in arbitrum seu arbitratorem non continetur pax, videlicet quòd arbiter possit pronuntiare pacem debere fieri inter partes, super vulneribus ad inuicem illatis, ita refert & simpliciter transit Iaso.in dicta l. Aquiliana.colū.iij. sed si aduertatur ad dicta Roma.in dicto consi. constabit ibi laudum non valere, eo quia de re criminali tractabatur, non autem ob id, quòd sub generali compromisso non comprehendatur: attamen ex illo consi.argui potest à maioritate rationis, cùm enim illi.d. de pace non contineatur, quando sumus in arbitratore fortius non debet contineri quando sumus in arbitro, coram quo strictius agitur, vt per Bat. Abba.in.c.quintauallis de iure iur. & per Bapt. de sancto Blasio, in tracta.de arb. per totum.

TRIGESIMOSEXTO,

85 †Quæro, an arbiter possit adiudicare vni totā rem, super qua erat compromissum, & alteri quid aliud in compensationem, & videtur quod non. nam constat quod omnis potestas arbitri dependet à compromisso.l. non distinguemus.§. de officio.ff. de arbi. &.l.si cùm dies.§.si arbiter.eod. titu. non enim debet excedere metas commissionis sibi datæ.c.cùm olim.de offic.deleg.l. diligenter.ff. mand.c. cum dilecta.de rescrip.& ideo si arbiter excedit fines compromissi, sententia est nulla: vt etiam dixi, in.ij.q.vj.q. princ. circa fi.sed si arbiter vult adiudicare, vni totā rē & alteri, quid aliud.de quo non est cautum in compromisso, tunc dicitur excedere fines compromissi, ergo &c.

¶In contrarium facit textus.in.l, cum in fundo.§.si fundus communis.ff.de iur. dot.vbi totus fundus adiudicatur socio vxoris, & vxori quātitas: de qua tamen quantitate non erat compromissum.idem probat tex.in.§.si familiæ.insti.de offi.iud. & in.§. quædam. inst.de ac.sed Iaso.& Deci.in.l. Aquiliana.ff.de transf.videntur velle, quod dicta ibi per Bartol.habeant locum ne dum in arbitratore sed etiam in arbitro, & ideo in arbitro sit distinguendum, quod aut adiudicauit vni totam rem, & alteri vult adiudicare aliā rem, de qua non erat compromissum, & tunc non possit, aut vult adiudicare pecuniam, licet non comprehensam in compromisso, & tunc possit, cum omnes res pecunia æstimētur, nec per hoc dicatur quid diuersum à comprehensis in compromisso.l.si ita.ff. de fideiussoribus.

¶Ego vero credo hæc procedere & esse vera, quicquid sentiat Spec. in titu. de arb.§.excipitur.versi.sed pone maximè in casu statuti nostri, cum sint verba illa de iure & de facto, quæ important vt sententia lata vigore illorum verborum habent vim transactionis, vt not. Paul.de Castro, in.l.more. ff.de fer. & in transactione plerunque datur aliud quàm petatur, ita no.Cor.

in con-

in consilio.x.quod dictum.volumi.ij. col.ij.facit quod no. Abb.in consi.lxij. colū.j.volu.secundo controuersia quę inter.& in.c.nisi essent.de præbend.& in.c.cùm dilectus.de arbitris.Anto.de but.in.c.quintauallis. circa princi. de iu.iur. Bald.in.l.fin.§.j.C.com.deleg. Alexan.in.l. Titius.colū.j.ff.ad Trebel. Areti.in.l.illa.ff. de verbo. obliga. colū.ij.Bapt.de sancto Blasio in tract. de arbitris.& arb.q.lxxij.Cor.in dicto consi.x. Per totum.& dixi supra. in.j. q.prin.in verbo de facto,versiculo.infertur secundò.

TRIGESIMO SEPTIMO

86 † Quæro, an arbiter possit pronuntiare super futuris,& videtur quòd sic per text.in.l.fina.C.quæ res pign.obl. pos.vbi sub obligatione simpliciter facta continentur tam futura quàm pręsentia & præterita.item text. in.l. si mandauero.ff. mand.vbi superuenientia actionis pendente iudicio proficit ad condemnandum.item tex.in.l.fructus.& in.l.ex diuerso.ff. de rei vendi. vbi habetur ratio vsusfructus crescentis & decrescentis pendente iudicio, licet nihil tempore cœpti iudicij inesse deductum fuerit.facit.l. si rem.§.fi. ff.de pignora.actio.&.l.si ex toto.&.l. grege.ff.de lega.j.&.l. cùm fundus.& l.peculium.ff.de leg.ij.

¶In contrarium est veritas. per tex.in l.de his rebus.ff. de arbitris. qui dicit, quòd de his rebus & controuersijs iudicare arbiter potest quæ ab initio fuissent inter eos. qui compromiserunt, non quæ postea superuenerunt, ex quo text.clarè apparet, vt etiam nota. ibi Odof. Albe. Barto. & Bald. quòd arbiter,super futuris pronuntiare non potest idem not. Specu.in titu. de arbitris.§.fi.versi.potest ergo. & Bal. in l. quid tamen.ff. eod.titu. de arbitris Roma.in consi.lxxxviij. Tribus rationibus.Soc. in consil.cclj. colū.xij.cum sequen.quoniam in præsenti consultatione.& in consil.cclxxxij.colū.tertia in præsenti consultatione, & consi.sequen.volumi.secundo.facit tex. & ibi not.per Albe.Bald.& Angel. in.l. non potest.ff.de iud.ad supradicta (quæ in contrarium facere videntur) respondet Iacob de Bellaperti. prout refert Alb.in dicta.l.de his quòd regulare est vt veniant futura secundum quòd no. in.l.si seruitus.ff de ser.vrb. præd.sed in casu isto est speciale: quia proceditur strictè in compromissis.d.l. non distinguemus.§.de officio.ff.de arbi.vel dicas secundum ipsum, quòd ibi magis est consulendum vbi maius est periculum.c.vbi periculum.de electio.in sexto.& .l.j.§. sed si quis.ff. de Carb. edi.sed nullum est periculum seu præiudicium debitori si etiā futura comprehēdatur sub generali obligatione, quia per hoc nō tenetur in plus quàm sit in obligatiōe, quod secus est quādo sumus in compromisso, nam si porrigeret ad futura,posset euenire, quòd tunc habebo arbitrum suspectum cuius arbitrio stare debeam, quem non habebam tempore cōpromissi, quod esset iniquum arg.l. apertissimi. C. de iudi.& ita etiam videtur respondere Oldra. quæ responsio non satisfacit, quia licet tollat contrarium.l. fina.C. quæ res pig.obli.pos.&.l. cùm fundus &.l.peculiū non tamen tollit contrariū.l.fructus &.l. ex diuerso cū similibus.Item posset esse suspectus arbiter ex tractu tēporis etiam respectu causę in compromisso deductæ: vnde ipse

Albe.ibidem transit ad aliā solutionē, dicens quod aut verba respiciunt aliquid speciale, & tunc non extēduntur ad futura nisi per viam accessorij vt dicta.l.si ex toto, aut respiciunt aliquod vniuersale vt peculium, & tunc etiam ad futura extenduntur vt dicta.l.grege, si vero respiciunt aliquod generale tunc si prospicere non possunt damnum contingens propter futurum, extenduntur ad futura. vt nota.in dicta l.si seruitus.aut possunt ꝓspicere damnum, & si est modicum, tunc extenduntur. vt dicta.l. finali, si magnum, secus, vt in casu nostro: & hæc distinctio est Petri, vt ipse Albe.refert in dicta.l.si seruitus.colū.secunda, circa finem, quæ videtur satis eneruare contraria licet Iaco.But. alio modo distinguat, dicens, quòd aut oratio concipitur sub verbo, vel participio, vel nomine descendente à verbo, & tunc significat tempus illud, sub quo concipitur l.si à colono.ff.de verbo.obligatio.&.l. verbum erit, &.l. verbum oportebit, & ibi not.ff.de verb.signifi.&.l.si quis stipulatus cum ibi nota.ff. de verborū obligatio. Si verò non profertur oratio sub verbo, vel participio, seu nomine verbali, & tunc, aut adducitur pronomen meum, vel aliud demonstratiuum, & respicit tēpus præsens.l. si ita. ff.de auro & argen.leg.aliàs ad omnia tēpora extenditur, fallit quando modicū præiudicium resultaret aduersario. Nā tunc licet ponatur pronomen demonstratiuum, nihilominus extenditur ad omnia tempora vt dicta.l.si. C.quæ res pig.obl.poss. Ratio autem supradictorum est. quia cū apponitur verbū, vel participiū, seu nomen verbale, ista denotant tēpus certum, cum verbo, vel participio accedat tempus: & si nō accedit nomini verbali, tamen per deriuationem à verbo repræsentat tempus, quod habet verbum, à quo descendit.l.si quis stipulatus & l. continuus.ff.de verbo.obl. Sed quando nomen descendit à verbo, non designat tempus per se, nec per deriuationem ab alio, ita vt indefinitū comprehendat omne tempus vt.d.l.fi. no.

TRIGESIMOOCAVO,

87 † Quæro, an arbiter posit aliquid in sententia sibi reseruare, puta taxationem expensarum, vel aliud simile: & videtur quòd sic. cū etia iudex hoc posit, vt nota. in .l. terminato.C. de fruc.& lit. expē. iuncta.l. prima.ff. de arbitris.in contrarium facit text. in.l. si cùm dies.§.si vltra diem &.l. non distinguemus.§. fina.ff. de arbitr. vbi si post diem compromisi adesse insserit vel quid aliud extra compromissum, non valet, cùm omnis eius auctoritas à compromisso dependeat. dicta.l. non distinguemus.§. de officio Bald. in dicta.l.terminato colum. tertia, circa princ.distinguit, quòd aut reseruauit aliquid terminandum ante finem temporis compromisi, & potest, cùm sit de dependentibus à compromisso argu.not.per glo. in.l. quia arbiter.ff. eod.ti.de arb.aut est terminandū post tempus compromisi: & tunc non potest, cùm nullā habeat amplius auctoritatem. vt dicto.§. de officio. vnde si arbiter in sententia dicat. Condemno Titium in centum, & in fructibus & expensis: quorum fructuum, & expensarum taxationem mihi reseruo: tunc si non est finitum tempus compromisi, valet ista reseruatio, & poterit facere dictā taxationem ante finem temporis:

poris:aliàs nihil agit.idem sequitur Salycee.in dicta.l.terminato,& Alexand. in consil.xviij. circa dubia. de quibus in themate,in princip.volumi.septim. adducit not.per Ange.& Moder. in.l. Seius,& Augerius ff. ad leg. Falcid.& in.l.si quis sub cõditione.ff. de condi. instituen.

¶Sed aduerte,quia videtur,quòd post quam est lata sententia diffinitiua,expirat compromissum:vt per Alb.Bal. & alios in.l.dicere.ff.de arbitris.& per Specu.in.§.finitur in princ. in titu.de arb.& dixi supra in vij.q.prin.in verb. sententia;ex quo redditur dubia præfata distinctio Bald.& Salyce. cùm ita expiret compromissum per sententiã, sicut per lapsum temporis. Sed saluando prædictos potest dici,quòd tunc expirat compromissum, quando arbiter tulit sententiam:& iudicauit de omnibus controuersijs, ex quo functus est officio suo:secus est,quando de omnibus controuersijs nõ iudicat, vt notat Albe.in dicta.l.dicere, & dixi suprà in xvj.q.huius.q.prin.Vel dic, quòd per sententiam finitur arbitrium;non autem compromissum, ita videtur loqui Specu.in prædicto loco,sicut dicimus, quòd per lapsum triennij finitur instantia,nõ tamen potestas arbitrandi, vt vidimus supra in dicta septima.q. principa.in verb.lapsu temporis; & in dicta quæstio.xvj.circa finem.Et si dicatur,si finitur arbitriũ.ergo amplius non poterit arbitrari super reseruato: dicas,quòd licet cognoscat super reseruato,tamen illa cognitio non est arbitrari, sed est declarare iã arbitratum: & quãdo sumus in declaratione,certũ est,quòd arbiter potest declarare super dependentibus.vt not.glo.in.l.quia arbiter.ff. dè arbitris. & ibi Alberic. & Bal.faciunt ea quæ dixi in.xvij.quæst. huius quæst.princip.

TRIGESIMONONO

88 Quæro,† an arbiter per sententiam determinare possit,quòd partes inuicem sibi succedant in hæreditate, de qua erat controuersia? Angel. in consi. lxvj.colũ.secunda,visis dictis compromissis,prorogatione,laudo, loquendo de arbitro,& arbitratore determinat, quòd non possit.mouetur quia ex hoc laudo inducitur vicissim votum captandæ mortis:ergo velut contra bonos mores est reprobatũ,præter quàm inter milites in expeditione degentes l.licet inter priuatos,iuncta.l.pactum, quod dotali,&.l.fina.C.de collatio.& l. stipulatio hoc modo concepta.ff. de verb.obliga.&.l.cùm duobus.§.idem respondit.ff.pro soc.item quia disponere directo super ademptione potestatis testandi,nullus homo potest etiã super vna re.singularis text.est in.l.si quis in principio.ff.de lega. tertio.vbi testator non potest sibi legem imponere, vt legatum non reuocet : aut plus non leget,& hæc ideo : quia per illam voluntatem auferret sibi liberam testandi facultatem:cuius libertatis potestas non à nobis, sed à lege dependet:sicut ergo quis non potest directo disponere testãdo super habilitate sua, ita nec contrahendo : aliàs posset lex de facili circunueniri, & ei fraus fieri. vnde dicit Bar.ibi nõ posse cautela adhiberi etiã per viã contractus .vt impediat hæc libertas testãdi, & sic concludit non posse id tale per sententiã arbitri fieri, Ias. in.l. Aquiliana.ff.de trãsa. in fine,dicit,quòd & si non inuenerit aliquẽ contradicentẽ,tamen sibi sem-

per hæc decisio Angel.visa est dubia: quia illud quod dicitur,quòd hæreditas non potest dari per pactum,est verum viuentis hæreditas:sed de hæreditate mortui,nulli dubium est,quòd potest:quia cessat votũ captandę mortis:aliàs sequeretur, quòd non posset fieri transactio super depédentibus ex testamento.& quamuis Ias.loquatur, quãdo arbiter statuit,quod vnus,vno modo,alter alio succedat:tamen eadé est ratio,si statuat,quòd ęqualiter sibi inuicem succedat,& consi.Ang.loquitur quando æqualiter arbiter statuit, vt sibi succedant,si sine liberis moriãtur,& sic videtur Iason.velle,ꝙ Ang. non bene loquatur,ex eo quia agitur de hæreditate mortui,non autem viuentis.Sed nõ video ibi qualiter agatur de hæreditate mortui:nam bene verum est,quòd illa hæreditas fuerat mortui,sed tépore,quo agebatur inter partes,erat viuentiũ:& agebatur de successione ipsarum partiũ:qualiter post mortem ipsarum sibi inuicem succedere debeãt:& intelligas hæreditas viuentium largo modo,cũ viuentis nulla sit hæreditas.l.nihil.ff.de verbo.signifi.l.hæreditas.ff.de reg.iur.

¶ Ex alio,tamen credo ꝙ valeat prohibitio testãdi,facta per arbitrum super non totalibus rebus compromittétiũ: vt posset determinare, ꝙ partes sibi inuicem succedant in hæreditate tantum,de qua erat compromissum,quia non tollitur libera facultas testãdi de alijs bonis non comprehensis in compromisso,vt in simili valet donatio p̃sentium.vt tenet Barto.& communiter docto.in.l.stipulatio hoc modo.ff. de verborum obligatio.Nec obstat si dicatur.quòd quando fit donatio,tũc non tollatur directo facultas testãdi, quoad bona donata,sed per cõsequẽtiam:quia dico,quòd attenta hac ratione valere deberet etiam donatio omnium bonorũ præsentium,& futurorum,& tamen cõtrariũ communiter tenetur in.d.l.stipulatio hoc modo. similiter potest responderi ad eam rationem,quæ est,quod inducatur votum captandæ mortis,& pro ista conclusione facit illud,quod dicit Ange. in consilio.v.visis instrumentis,& iuribus:vbi vult valere laudum latũ per arbitrum,vel arbitratoré super omnibus bonis,in quibus altera partiũ succedere habeat alteri,si sine liberis decesserit: dummodo fuerit reseruata quantitas,de qua per testamentũ pręcedentis disponi posit,& hoc idé voluit Alexand.in consilio.lv.viso themate. in.princip.volumi. quint.quæ consilia refert, & simpliciter cũ illis transit Ias.in.d.l.stipulatio hoc modo.col.viij.circa princip.

¶ Hæc autem magis procedere debẽt in his arbitris statutarijs,qui iurisdictioné habent,vt dixi suprà in.j.quæstio.vj.quæst.princ.& à iudicibus nõ deuiant,qui tamé iudices possunt tollere facultatem testãdi ex causa,vt dixit Ange.in.d.consi.lxvj.

¶ Quod autem arbiter posit sententiare,vt hæreditas nódum diuisa,certo modo diuidatur,non est dubitandum.per.l.j.& toto titu.ff.&.C.famil. ercifcun.& in hoc casu possunt procedere dicta per Iaso.in.d.l.Aquiliana.

89 QVADRAGESIMO † quęro,an arbiter faciat litem suam malè iudicando?Specu.in tit.de arbi. in.§. j.versi.sed si arbiter,tenet ꝙ sic,ad similitudinem iudicis.l.si filiussa.ff.de iudi.

iudi.&.§.j.institu.de oblig.q̃ ex qua. del.nas.idem tenet Barto.& scrib.in.l. fina.ff.de var.& extr.cog. Albe. Bart. Bald.Pau.de cast.Salyce.Iaso.& Dec. in.l.si quis in conscribendo.C.de pac. Cardi.in clemé.sæpe.& ibi Nathã,in §.quæ omnia.colum.iiij.de verb.sig. glo.Anch.in cap.ij.de arbit.in.vj.Ias. in.l.non dubiũ.C.de legi.colum.iiij. in princ.Lanfranc.in trac.de arbi.qõ. xxxvj.Abb.in rub.de appel.in fi.Areti.in dicto.§.primo insti.de obli.quæ ex qua.del.Par.de put.in tract.de sindi.versicu.arbiter Barb.in.c.si pro debilitate.colum.viij.de offi.delega.Fely.in capit.pastoralis.§.quia vero.eodem titu.colum.iij.circa fin.Angel.in consi.cclxxij.Primus punctus.Saly.in aut.decernimus.C.de arbitris.

¶ Limita præmissa,vt non procedant si tempore compromissi arbiter iurauerit iustè iudicaturum:nam tunc solum Deum habet vltorem,per text.in dicta authen.decernimus,& ibi Bal.& Paul.de castr.& Natham in dicta clemen.sæpe.assignat rationé,quia partes volentes quòd arbiter iuret,videntur eius conscientiæ se submittere:& ideo non possunt referre quæstionem de periurio,Ias.tamen in dicta.l.non dubium,dicit quòd ista est magna limitatio,si est vera:tamen attentis rationibus prædictorum, & eorum auctoritatibus,eam decisionem sequor, quam tamen restringere,secundũ opinioné Pau.de cast.in.d.authé.decernimus.vt procedat si arbiter iurauerit ad instantiam partium,non auté à seipso, quia tunc non poterit in aliquo præiudicare partibus ita iurando,cùm esset in eius facultate iurando euitare,ne faceret litem suam, ꝙ esse non debet.l.tertia.§.primo.ff.de iureiurando.

¶ Secundò,limita quando arbiter habuit rationem lucrari cessantis, non damni emergentis: vt voluit Bald.in capitu.ne imitaris.circa fin.de consti. quod tamen procedit, si lucrum non est radicatũ:nam tunc si reperitur radicatum, idem disponitur de eo, ꝙ disponeretur de damno.vt est glossa in.l.prima.§.si quis propter.ff.de it. act.pri.& in.l.prima.§.secundo.ff.ne quid in loc.publ.& in.l.si quis vxorem.§.penultimo.ff.de fur.docto.no. in.l.non amplius.§.primo.ff.de leg.j. vñ sicut error iuris excusat in dãnis.l. regula.&.l.error.ff.de iur.& fac.igno ran.ita & in lucro iam radicato:quia censetur damnum.vt not.glo.in.l.quę fideicommisso.ff.de leg.ij.

¶ Tertiò, limita quando essemus in modica læsione quia videtur data libertas arbitro,vt modicè lædere possit.ita tenent Moder.in.c.quoniã cõtra.de probati.super gloss.in ver.negligentiã.allegat Bart.& Bal.in.l.pe. C.de pac.& Bal.in rubr.C.de pe.iud. qui mal.iud.

DE EFFECTV SENtentiæ.

✣ Summarium. ✣

1 ☞ *Sententia horum arbitrorũ an propriè dicatur sententia.*

2 *Actio an oriatur ex hac sententia arbitrorum.*

3 *Euictio an cõmittatur ex hac arbitrorum sententia.*

4 *Compulsio iudicis an requiratur ad hoc,vt agi possit de euictione.*

Venditor

5 *Venditor, an debeat citari ad electionē arbitrorum, quando agitur, & causa tractatur ex cōpromisso secundum formā statuti.*
6 *Quid si in instrumento est clausula, quòd agi possit de euictione quomodocunque & qualitercunque.*
7 *Infamia, an oriatur ex sententia horum arbitrorum.*
8 *Alienatio, an possit prohiberi per sententiam arbitri.*
9 *Effectus omnes, qui oriuntur ex sententia ordinarij. eundemmet locum habent in sententia arbitri statutarij.*
10 *Præsumitur pro sententia arbitri statutarij, sicut & pro santentia iudicis.*
11 *Si in sententia dictum est, viso cōpromisso, an probetur compromissum fuisse factū, vt sententia valeat.*

1 QVæro Primò, † Nunqd sententia horū arbitrorū statutariorū dicatur propriè sentētia eo modo, vt trāseat in vim rei iudicatę? Abb. in.c.j.de arbi.versicu.pondera, dicit ꝙ laudū arbitrorum dicitur largo modo sententia: nā propriè nō est sententia, quia arbitri nō habent iurisdictionē, vt est tex.l.quid ergo.§.ex cōpromisso.ff.ex qui.cau.infam. irrog. ex quo dicit ꝙ in materia restringibili appellatione sententiæ, non venit sententia arbitrorū: vnde si per statutum debet solui gabella, & certa quātitas ꝑ sententia, non habet locum in sententia arbitrorum. idem voluit in capit.cum dilectus eo.tit.in.ij.not.

¶ Dicas ꝙ sentētia arbitrorum electorum ex necessitate secundū formam statuti est propriè sententia, & habet vim rei iudicatæ si non est appellatione suspēsa. & est ratio, quia isti arbitri habēt iurisdictionē, & sunt ordinarij iudices, vt no.in.l.fi.C.de iudi.& ibi Ias.latè post Bart.& dixi suprà.in.vj. qō.princ.& in princ.& sensit hoc Bal. in.l.j.col.ij.versi. vlterius opponit.C. de peric.& com.rei vendi.dicens, ꝙ si fiat compromissum ex necessitate statuti, tunc sententia arbitri est ꝓpriè sententiata: quia succedit loco iudicis. idem voluit Ias.in.l.j.col.j.versi.limita signanter.ff.de re iudi.& in.l.arbitro.in.iij.col.ff.qui satis.cogā.de quo dixi suprà, in.j.quęstio.princip.in verbo coniuncti.versicu.infero ex hoc, & Rip.in rubr.ff.eo.de re iudi.colum.ij. versi.quæro nunquid.

2 ¶ † Infertur ex hoc primo, quòd cū de natura sententiæ sit vt ex ea oriatur actio: vt voluit Hostien.in capitu. cum dilectus.de arbit.& ibi eū sequitur Abb.in.ij.not.enumerando alias duas proprietates sentētiæ: ex hac sententia facta per arbitros statutarios qui iurisdictionem habent, oriatur actio. ita sensit Abb.in.d.capitu.cum dilectus.colum.ij.versicu.sed quæro in fi. volens ꝙ dispositio illius text.q̄ vult. reconuentionem non habere locū coram arbitro, non habeat locum in arbitro statutario: vt dixi suprà, in.iij.q. princ.in verbo causa reconuentionis, ea ratione, quia isti arbitri habent iurisdictionem. quem refert & sequitur Fely.in.c.fin.in fi.de re iudi. istud idē sensit Iason.in.l.si conuenerit.colum. ij.versicu.& per hoc.ff.de re iudi.dicens quòd hodie ex sententia arbitri oritur actio in factū, & officium iudicis si fuerit emologata expressè, vel tacitè & dispositio.l.qualem.ff.de arbit.sit correcta.& ibi latè insistit. ista omnia cessant, & sine difficultate ꝓcedant, quādo sumus in arbitris q̄ assumuntur

mũtur ex dispositiõe legis vel statuti, qui æquiparatur iudici ordinario, per iura superius adducta: & voluit Socin. in consil. xxvij. pro decisione, colum. iiij. versicu. sed termini. volu. j. de quo dixi suprà in. xix. q. huius. q. prin.

3 ¶ † Infertur secundò, quod cùm de natura sententiæ sit quòd cõmittatur euictio, & ille qui succumbit, posſit ex ea agere: vt dicit Hosti. & Abb. in. d. capitu. cum dilectus, ita qui succumbit per sententiam arbitri statutarij poterit agere de euictione, seruatis his quę in iudicijs seruantur, quãdo quis vult posse intentare actionem. ita not. Bar. in. l. si dictum. §. si compromisero. ff. de euic. per illum text. dum vult nullam dari actionem aduersus venditorem: quando nulla necesſitate cogente cõpromiſſum fuit. idẽ voluit Bald. Salyce. Ange. Fulg. in dicto. §. si cõpromisero. rationem reddit Bal. ibi, quia compromittendo quis ex necesſitate statuti nõ est in culpa, quia vtitur iure communi illius municipij. idem Bal. determinat hoc in. l. fin. in. vij. not. C. de iudi. & Ancha. in capit. ab arbitris. de offic. delega. in. vj. & in capitu. suspitionis. eod. titu. quem refert & seqtur Felyn. in capitu. fina. in fine. de re iudicata.

4 ¶ † Sed an requiratur iudicis cõpulsio & sentẽtia de cõpromittendo, ad hoc vt dicatur compromiſſum secundum formã statuti, vt agi posſit de euictione, dicas ꝙ nõ: put suprà dixi, in. j. q. princ. in verbo, quilibet iudex.

5 ¶ † Intellige prædicta vera, si modò venditor citetur ad electionẽ arbitri: quia sua interest, ne suspectus eligatur in arbitrum. arg. eius quòd not. in autheo. de trient. & sem. §. & ꝙ sæpe. ita no. Bald. in. d. §. si cõpromisero. & idẽ Bal. in. l. j. colũ. ij. versic. vlterius. C. de per. & com. rei vendi. & in. l. Imperatores. ff. de transf. quem sequitur Fe'y. in cap. fin. in fio. de re iud. qui dicit citari debere venditorem, quia sua interest: nam magna vix est in electione arbitri, imo in eo pendet, quodammodo totus status quæstionis: ideo sis cautus, quod si compromittis secundum formã statuti, & dubitas succũbere, si auctorem rei petitæ habẽs, ei protesteris, & intimes quando ius venire ad electionem arbitri, & in particulari de electione facienda. nam tũc securè agere poteris de euictiõe cõtra eum, in casu succumbentiæ.

6 ¶ † Istud autem quòd agatur de euictione intelligas multò magis procedere, si quando in instrumento venditionis dictum sit quod promittit de euictione quomodocunque, & qualitercunque res euinceretur. nam tunc etiam quòd cõpromiſſum eſſet voluntarium, agi potest de euictiõe. ita Alexand. in consilio. iiij. Viso proceſſu. columna. j. versi. & per hoc. volu. iij. allegat Bald. in. d. §. si compromisero. in lectura antiqua, quæ communiter nõ habetur.

7 ¶ † Infertur tertiò, quod (vt iam dictũ est) de natura sententiæ sit ꝙ infamet. vt per Abb. in. d. c. cũ dilectus. de arbitris ex sentẽtia arbitrorũ statutariorum si fuerit de crimine ciuiliter intẽtatio sentẽtiarũ, infamabit cũ vere sit sentẽtia. in tex. in. l. quid ergo. §. ex cõpromiſſo. ff. de his q not. infami. & ibi Bar. & Bal. qui istud intelligũt, dummodo arbiter nõ procedat de facto, & extra ordinem ita etiam determinat Abba. post Bart. in cap. causam

ſam reſtitutionis in fine,de reſtitutio. in integ.volens,quòd ſi ex forma ſtatuti ſententia arbitrorũ haberet exequutioné paratam,quia verè eſt ſententia,ſi delictũ eſſet famoſum,infamabit,ſed idé Abb.in.c.irrefragabili, §.certũ.columna.ij..tenet contrariũ, motus præcipuè quod ex tali ſtatuto, quod habet exequutioné,nõ propter hoc illa eſt ſententia, nec arbitro datur iuriſdictio:vt ibi per eum,qui tamen innuit,ꝙ ſi eſt ſentétia,& arbiter habeat nec iuriſdictioné,infamat vt in caſu ſtatuti noſtri.ꝙ auté de crimine ciuiliter agi poſsit corã arbitro, ponit Abb.in.d.c.cauſam reſtitutionis.& poſui ſupra in.iij.qõ.princip.in verbo cauſa criminalis.

8 ¶ † Infertur quartò,quod & ſi dicacatur per ſententiã arbitri non poſſe prohiberi alienationem, vt per Bart. in.l.filiuſfamilias.§.diui.ff.de legatis primo,col.penult.verſi.quero an per ſententiam,& ibi Alexand.colũ.v.& alij ſcriben.Attamen per ſententiam horum arbitrorum impediri poteſt alienatio, quia verè eſt ſententia,per iam dicta.& iuriſdictionem habent. ita intelligit Rip.in dicto.§.diui.nume.xciiij. Prædicta autem reſtringe procedere quãdo adeſt cauſa.per quã arbiter poſsit alienationé ꝓhibere,vt in iudice dicitur,vt per Alex.& Rip. in dicto.§.diui.

9 ¶ † Ex his omnibus faciam regulam generalem,quòd omnes effectus qui conſiderari poſſunt in ſententia iudicis,& q ex ea oriri poſſunt omnes illi procedent à ſententia arbitri in illis caſibus, in quibus arbitri ſtatutarij poſſunt iudicare, de quibus dixi ſupra in.iij.qõ.principali.

10 ¶ † Vnde ex hoc dico,ꝙ ſicut præſumitur pro ſententia iudicis, quando tranſiuit in rem iudicatã,vt eſt text. in.c.cũ inter in fine,de re iudic.& no. Abb.in capi.quoniã contra.columna. xij.de probationibus. & ibi Imol.& Ely.columna decima.& Decius.vbi colum.xvj.vbi dant plures limitationes(& intellige vt ibi per eos)eodem modo præſumitur pro ſententia arbitri ſtatutarij cum eiſdem limitationibus,& conditionibus,cũ quibus iudicis ſententia præſumitur.Quãuis etiam pro ſentétia arbitri voluntarij præſumatur,vt voluit Dy.in cõſilio.xij. Ptolomæus.& Ioan.Andræ. in additio.ad Specu.in titu.de arbitris.§.ſequitur.verſiculo quid ſi actũ. & Bald.in.l.ſi de meis.§.recepiſſe.ff. de arbitris.Quos ſequitur Abb.in.d. capitulo quoniam cõtra colum.xiiij. & ibi latè Felyn.& Decius intelligendo quando non fuit petita reductio ad arbitrium boni viri.vt per Roma. in.l.ſciendum.colum.xvij.& Alexan. colũ.v.ff.de verbo.obligationi.& ibi Barba.columna.xlij.ſed an debeat limitari hęc cõcluſio in ſolennitate cõpromiſsi,vt præſumatur lata tali ſententia dicã in ſequenti quæſtione.

11 ¶ † Quæro inhærendo prædictis,ſi lata ſit ſentétia arbitraria,& in ea dictum ſit,viſo compromiſſo in nos facto &c.prout communiter fit in ſententijs arbitrorum.An per talé prolationem verborum præſumatur cõpromiſſum præceſsiſſe & ex horum expreſsione probatum ſit compromiſſum fuiſſe. Doctores diuerſimodè loquuntur in hac materia : ideo comprehendendo per caſus per ſcriben.enumeratos, diſtingue plura capita:

pita:aut sumus in sententia Antiqua, aut in Noua:si in Noua,aut ptes sunt præsentes prolationi sentētię.aut absentes:si absentes,aut apparet de petitiōe,& exceptionibus porrectis coram arbitro,aut nihil apparet.

¶ Primo casu,quādo sentētia est Antiqua(intelligendo Antiquam eò tūc quando lapsi sunt anni centum , vt per Alexand,post alios,qui dicit istā esse communem opinionem in.l.cum aliquibus. C. de iure deliberandi.& idem dicit ibi Iaso.in fine. Et idē latè consuluit secundū hanc communem opinionē in consilio.lxxxj.factum sic se habet columna secunda,volumine primo.& Deci.attestantur hanc cōmunē in cōsilio.ccxxxj.In causa quę Alexandriæ columna tertia volumine secundo)Isto in casu Soc.post Io. de monte sperel.in authen.si quis in aliquo .C. de edendo columna.j.dicit,quòd laudum antiquūm nō præsumitur latum,præcedente compromisso , de quo non constet. Motus quia potestas arbitrorum dependet à compromisso.l.non distinguemus.§. de officio.ff.de arbitris.vnde ad hoc vt dicatur,quòd sententia arbitri sit solenniter lata,prius constare debet, quòd illa sit sententia arbitri , & sic illum fuisse arbitrum.text.& glos.in l.non erit.§.dato.ff.de iure iurand.& & quod dicit Innocen.in simili in capitu.cū nostra.de officio delega.quòd ille qui obtinuit sentētiam à delegato,non minus debet custodire sentētiam,quàm rescriptum.Facit secundum eum quod in simili determinat Bal.in.l.j.colum.j.C.de rebus alienis non alienan.dicens,ꝙ ex diuturnitate tēporis nunquā præsumitur mandatū per.l.fina.ff.de procuratoribus. subdēs Soci.ibi ꝙ ex hoc infertur limitatio ad illud,ꝙ dici solet,ꝙ ꝑ sententia arbitri præsumitur,vt nō procedat in solennitate cōpromissi.

¶ Contrarium quòd imò præsumitur compromissum pręcessisse tenuit Fely.in.c.sicut.columna decima.sexta. numero.xlij.de re iudicata,motus ꝙ sententia delegati , præsumitur lata ex mandato delegatorio,dato quod de eo aliter non appareat.per notata. per Innocentium & alios in capitulo cū in iure de officio delegati,& idem dicit tenuisse Bal.in quodam suo cōsilio.ergo eadē determinatio esse debet in arbitro.

¶ Hanc opinionem puto veriorem, quod præsumatur solennitas cōpromissi in antiquis,& hoc constat quia videmus quod solennitas extrinseca præsumitur,dato quod non appareat quando sumus in antiquis,vt est tex. quem Ange.reputat singularem in.l. si filiusfamilias.C.de petitione hæreditatis. intelligendo prout intelligit Iason , in.l.sciēdum,col.vij.num.xix. ff.de verborum obligationibus.quod ibi præsumitur mandatum patris , & sic iussum præcessisse,& ita hanc opinionem tenuit Angel.Imol.Raphael. in dicta.l.sciendū .& Alexander ibi, quamuis in mandato dicat non habebere locum , ad quod respondebo infra.idē firmat Iason,in dicta.l.sciendum:vbi hanc opinionem comprobat nouem alijs similibus fundamentis: dicens , quod ista opinio est communis,vt etiam per Hostiensem,Ioannē Andræam & alios communiter Canonistas,in.c.Alberic⁹.de test.casibus vero deductis per Iasonē.vbi supra,

addo,

addo,ꝙ determinat in ſimili.Bartol. in.l.admonendi.columna antepenultima,verſiculo quero quid ſi reperiũtur.ff.de iureiurando.vbi vult teſtiũ dicta valere,ſi antiqua fuerint,& non appareat,quòd fuerint iurati ad ſimilitudinem ſententiæ,quæ valet,quãuis nõ appareant acta.ſi modò eſt antiqua per doctrinam Innocentij.in.c. cũ in iure.de officio delegati,& Bart. ſequuntur ibi omnes doctores,& Canoniſtæ,in.d.c.cũ in iure.& in.c.quoniã cõtra.de probationibus,& ibi Fely.in.d.c.ſicut.col.iiij.

¶ Non obſtant adducta in contrariũ, & maximè illud quod dicitur de mandato:nam poſſumus reſpondere ſecũdum quod ponit Iaſon,in dicta.l.ſciẽdum.quod contra illud ſit caſus legis in dicta.l.ſi filiusfamilias.vbi mandatum patris præſumitur.vel poſſumus dicere,vt dicit Felyn.in.d.c.ſicut.ꝙ vbi reperitur factus actus,pro quo præſumit,ꝙ ſit rite,& rectè factus ſi de ipſo conſtat,præſumitur ꝙ præceſſerint ſolennitates neceſſariæ ad præparatoria,& fundamenta actus,videlicet mandatũ compromiſſum,& ſimilia:vel reſpondere poſſumus inhærendo præmiſsis,quòd quãdo allegatur mandatũ ſimpliciter illud,nulla ratione iuſtificabitur,prout loquitur Baldus.in.l.ſecunda.C.ſi ex falſ.inſt. Secus quando inſtrumentum narrat,& dicit aliquem habere mandatum:nam tunc licet de ſe talia verba non probent coadiuuari,videntur ex antiquitate temporis.Et per antiquitatem facilius probatio poteſt coadiuuari & ſuppleri,quàm ex toto iudici:vel poſſumus dicere,quòd quando ſumus in actu ad quem quis veriſimiliter ſine mandato accederet,tũc mandatum non præſumatur:ſi verò ſumus in actu,quẽ veriſimiliter quis abſque mandato non ſuſciperet,tunc mãdatũ præſumitur,vt per Domi.de Rota in deci.iij.in titu.de cauſa poſſ. & proprietatis.ita Dec.in cõſil.xxxvj.Et pro tenui facultate.col.iiij.vnde cũ ſentẽtia faciat mentionẽ de cõpromiſſo,dicendũ eſt quod præſumatur,quia ſimpliciter non allegatur, vel inhærendo ſecundæ ſolutioni,cũ iudicare ſit onus.ideo quis non præſumitur velle aſſumere ſpõte tale grauamen,vel poſſumus reſpõdere,ꝓut & iam ſenſit Iaſon,quod iſta concluſio non ſit vera,quod mandatum non præſumatur ex diuturnitate temporis.prout latè deducit Curtius Senenſ.in conſilio ſeptuageſimo ſeptimo.Super motiuis per totũ.& dicit ꝙ Bal.mot⁹ fuit ad illud tenẽdũ ſine aliqua lege:& ideo eſſe non debet in aliqua conſideratione.

¶ Secũdo caſu quãdo ſumus in nouis & partes ſunt præſentes & cõſentiũt publicationi ſententiæ,tunc dicendum eſt ſententiam poſſe exequi,dato quod non appareat de compromiſſo,niſi per dictam relationem.ita determinat Angel.in dicta.l.ſciendũ. ff.de verborum obligationibus & rationem reddit,quia eo tunc partes potuiſſent facere compromiſſum,& ipſum arbitrum eligere.Imo.ſequitur ſimpliciter dictum Angeli in dicta.l.ſciendum.Roman.ibi dicit eſſe aduertendum,quia Ang.videtur innuere,quod ſtatim poſt compromiſſum in ſe factum laudari poſsit:quòd videtur falſum ſecundum Iacobum Butric.& Bald.in.l.prolatam.C.de

ſent.

sent. volentes ꝙ euidens iniquitas laudi appareat, si statim post compromissum in se factum pronunciet: & ita celeriter non debet assumi, vt non adhibeatur diligens cognitio Aretini, in dicta .l. sciendum. in fine, sequitur Rom. dicens, ꝙ sine difficultate istud procederet. quãdo partes assentirent, nõ solum prolationi sententiæ, sed etiam ꝙ sic iudicaret, tunc dicendum esset fuisse adhibitam causæ cognitionẽ, & ita forte Angelum intellexisse. Claud. Aqu. sequitur simpliciter dicta Romani, & Aretini.

¶Ego teneo ꝙ nominatio facta per arbitrum in sententia, de compromisso partibus pręsentibus, & assentiẽtibus, vt dicit Ang. faciat p̄sumi compromissum præcessisse. nam cõfessio partis facta in præsentia alterius partis, sufficiẽter probat .l. j. C. de confes. & .l. j. & per totum titulum. ff. de confessis. & not. in .l. j. ff. de interog. actio. vnde cũ partes præstent assensum illi nominatiõi, vna alteri confitetur veritatem actus, & sic compromissum præcessisse.

¶Pręterea sententia faciens mentionẽ de actis, videlicet de litis contestatione & alijs, probat acta illa præcessisse, si lata fuit partibus præsentibus & nõ contradicentibus. ita not. Bartol. in l. j. per illum text. C. de relatio. & in .l. acta. in princip. ff. de re iudi. & in .l. fin. ff. quando appella. sit. & in auctenti. si quis in aliquo. C. de eden. Bald. Salyc. in .l. emancipationem. C. de fid. instru. & alij complures quos allegat Fely. in c. quoniam contra. numero. lix. de probatio. quamuis ibi impugnare videatur hanc opinionem. Attamen Decius eam sequitur, & dicit esse communem, in. d. c. quoniam contra. numero. liij post Anto. & Bar. in consi. xxxij. in quæsito prædicto. col. ij. & hanc etiam dicit cõmunem, & ita teneri reuerendissimus. d. meus Paris. in. d. c. quoniã contra. nũ. cxxvj. si istud est in sententia lata præsentibus partibus & tacẽtibus, multò fortius dicendũ est qñ partes assentiũt. & ita reperio ꝙ in casu nostro. & ita tenet cõsulẽdo Corneus, in cõsi. ccxlv. Videtur in præsenti col. ij. vol. ij. determinans cõpromissum ꝓbari, ex eo ꝙ in sententia dicatur viso compromisso, & eum refert & sequitur Decius in. d. c. quoniam contra. numero. liij. dictum etiam Ange. ꝙ compromissum probetur p̄ sentẽtiã sequitur Socin. in consi. ccxx. Viso compromisso. col. j. in fine volu. ij.

¶Non obstat quod dicit Romanus videri eodem tempore compromisisse, & sententiasse, quia Ang. simpliciter non intelligit quòd eodem tempore compromiserint: sed dicit ꝙ eò tunc potuissent cõpromittere: vnde præsupponit habilia, quoad sententiam, quòd partes iura sua deduxerint, & arbitri instructi iudicauerint, & quod ꝓpter assensum partium præstitum ad sententiam præferendam presupponantur vera, expressa in sententia: quia eo tunc & partes potuissent compromittere. ista enim potentia compromittendi non debet operari contrariũ effectum ad actum: sed debet inducere validitatem. vna enim, & eadem res non debet operari duos contrarios effectus. lege qui hominem. §. finali. ff. de solutionibus. & c. maiores. de baptism. Hoc modo intelligere, quod partes compromiserint: & quod sentẽtia sit lata eodem instanti. non auditis partibus, vt præsupponit Roma.

ma. est diuinare, quod non admittitur: p notata, in. l. naturaliter. §. nihil commune. ff. de acquirenda possessione. Imò de iure cōtrarium inducitur, quod est, vt pro sententia arbitri præsumatur, per nota, in dicto capi. quoniam contra. de probationi. & dixi supra in præcedenti quæstione in fine.

¶ Tertiò casu, quando partes sunt absentes: tunc prout dictum fuit aut constat de aliqua petitione responsionibus, vel actu aliquo facto corā ipsis arbitris: & tunc dico, quòd ex parte facientis actum & petitionem, porrigentis præsumitur cōpromissum præcessisse. nam pars porrigendo petitionem, & petendo reum condemnari, ex hoc videtur arbitrum elegisse. cū aliàs condemnare nō posset. vnde qui vult consequens, videtur velle antecedens, sine quo ad illud perueniri non potest. argumento. l. illud. ff. de acquirenda hæreditate. l. ad rem mobilem. &. l. ad legatum. ff. de procura. & confitens vnum, videtur etiam confiteri illud, quod ex eo sequitur. capi. quo iure. viij. distinc. c. cùm super. de officio delegati. Præterea si facta est petitio, & admissa per arbitrum, admittendo compromissum acceptasse videtur, quod magis patet ex laudo si sequatur: non enim minus factis quā verbis intelligimur consentire. l. certum. ff. si certum petatur. & cap. dilecti. de appella. & sic per acta demonstratur compromissum præcedere. ita determinat Ancha. in consilio. cclxij. Videtur. j. facie.

¶ Aut nil apparet de gestis coram arbitro ex parte illius qui negat compromissum esse: & tunc dicendum est per illa verba, viso cōpromisso nō probari, ita intelligi potest id quod determinat Bal. in sua margar. in verbo lis mota, vbi vult ꝙ si non cōstat de iurisdictione iudicantis, verè, vel præsumptiuè non exequitur sententiam: & ita nec laudum, si de compromisso nō apparet: sicut & quemadmodum, nec illa verba viso libello, visa litis contestatione, & cætera apposita in sententia, nil probant regulariter, per doctrinam Innocen. in capitu. quoniā contra. de proba. quem sequitur Bal. But. Abba. Imo. ibi & reliqui scribent. vt per Felyn. Deci. & alios latè. & per Bartolum. & alios in dicta authentica. si quis in aliquo, & in dicta l. sciendum. ff. de verborum obligationibus. & cùm sit omnium fere conclusio regularis, non insisto.

DECIMA QVAESTIO de Appellationibs, & Reductionibus ad arbitrium boni viri.

Argumentum decimæ Quæstionis.

¶ Lata sententia, id quandoque euenit, quòd alter ex compromittentibus grauatur, vel quòd per iniquitatem vel imperitiam arbitri sit pronunciatum: & cum frequens, & necessarius sit appellandi vsus, eiusq; loco per cōpromittētes reductio ad arbitriū boni viri petatur, & id in ordinarijs iudicis cōcedatur, videndū est, an & istud liceat, & quomodo, & quando per infrà positum ordinem.

✲ Summarium. ✲

1 ☞ *Appellari an possit à sententia arbitri, seu peti reductio.*

Pana si

2 *Pœna si est apposita in cõpromisso, an appelletur.*

3 *Pœna si est apposita cum clausula rato manente pacto.*

4 *Pactum si est appositum de non appellando.*

5 *Coactio iudicis si est apposita in compromisso, an appelletur.*

6 *Incidens, vel emergens si fuerit iudicatum per arbitrum, an tunc liceat appellare.*

7 *Supplicari an liceat à sententia arbitri.*

8 *Restitutio in integrum, an possit à sententia arbitri.*

9 *De iure canonico, an appelletur à sententia arbitri.*

10 *Ab arbitro statutario, an appellari liceat.*

11 *Statutum si dicit à sententia arbitrorum oriatur actio, an tunc liceat appellare.*

12 *Compulsio iudicis, an requiratur, vt sit locus appellationi.*

13 *Ad quem appelletur, seu petatur reductio à sententia arbitrorum.*

14 *Superior si additur per viam querelæ.*

15 *Clericus, & laicus, si sunt arbitri ad quem appelletur.*

16 *Clericus, & laicus, si sunt arbitratores, ad quem petatur reductio.*

17 *Tempus petendi reductionem seu appellandi, quod sit.*

18 *A sententia arbitratoris si petatur reductio, quod sit tempus.*

19 *Lata sententia per electum in bonũ virũ, an iterum possit peti reductio.*

20 *Lata vna sententia per ordinarium arbiter est assumptus, an à sententia reductionis iterum possit peti reductio.*

21 *Sententia arbitrorum si in rem iudicatam transiuit, an retractari possit per instrumẽta de nouo reperta.*



APpellari an liceat à sentẽtia arbitri, seu
1 peti reductio. † In hoc faciam duo capita, aut sumus in sententia lata per arbitrum electum, secundum ius cõmune, & voluntarium, aut per arbitrum statutarium, & necessarium.

2 ¶ † Primò casu, aut est apposita pœna in compromisso, & tunc non licet appellare, & metu pœnę statur compromisso, & sententiæ, vt est text. in. l. diẽ proferre. §. stari. ff. de arbitris, & in. l. prima. C. eodem, & in hoc nullus est, qui discrepet.

3 ¶ † Aut compromissum est factum sine pœna, vel est apposita pœna cum illa clausula, rato manente pacto: & tunc Bar. in. l. secũda. ff. de arbitris, dicẽs, q̃ hæc sua opinio est noua, & contra omnes. & in. l. nemo potest. ff. de legatis primo, & in. l. arbitro, in fine. ff. qui satisdare cogantur, & in. l. prima C. de arbitris, concludit, quod ab ea sententia potest appellari, quia ex illa oritur actio per textũ in. l. cùm antea. C. de arbitris. & cùm non oriebatur antea actio, ideo nõ licebat appellare. Nec ob. secundum eum, quod nõ producatur actio, nisi emolegetur, & per emologationem perdatur ius appellãdi: quia sententiam possum emologare tanquã latam, non tanquã bene latam. per textũ in. l. tertia §. falsus. ff. rem ratam haberi. & appellando approbo eam tanquam latam, sed non tãquam bene latam. Nec obstat, quòd per hoc videatur dari iurisdictio arbitro, quod non potest priuatus: quia dicit ipse, appellari potest ab eo, qui non habet iurisdictionem, si tamen actus eius tenet, & habet effectum iuris. nam appellatur ab executore. l. ab executore. ff. de appellatio. qui tamẽ nullam habet iurisdictionem. l. executo-

rem .C. de executione rei iudicatæ. Istud dictum Bart. sequutus est Pau. de Castr. in l. arbitro. ff. qui satisdare cogantur. ea ratione, quia sententia iudicis ante decem dies nõ parit actionem, sed parit post: & tamen ab ea appellatur. ergo & à sentẽtia arbitri debet posse appellari, vt tollatũ illa spes pariendi actionem post decẽ dies per appellationem.

¶ Contrarium tenet glos. Albe. Bald. Salyce. Paulus de Castro. Angel. & Aretinus. in dicta. l. prima. C. de arbit. & glos. Iaco. de Areti. And. py. Alber. Angel. Bald. Roma. Alexander, Iaco. de sancto Georgi. Socy. Cor. Iason. in l. arbitro. ff. qui satisda. cog. Imo. Alexander. Aretinus Iason. Rippa. Ioan. Crot. & alij repet. in l. nemo potest. ff. de legatis primo. Imo. in. l. prima. §. fina. ff. à qui. appella. nõ lic. Abb. Imo. in capi. dilectus. de arbi. & Cardi. Alexand. in rubri. de appella. colũna. xix. versiculo. cæterum quia. & constat ex his apertè, quod communis sentẽtia est pro ista parte contra Bartol. quod in hoc casu non liceat appellare, quam dicit communem Alexand. in dicta. l. nemo potest.

¶ Mouentur prædicti ad ita tenendum. primo, quia appellatio est remedium, quo sententia suspenditur, & ad superiorem in iurisdictione eius cognitio deuoluitur. l. præcipimus. C. de appella. sed arbiter non habet iurisdictionem, sed notionem tantum. l. ait prætor. in principio. ff. de re iudica. & sic non facit gradum nec habet superiorem in gradu iurisdictionis: ergo ab eo appellari non poterit cum etiam dicat Bald. in. d. l. arbitro. quòd appellatio debet fieri gradatim ad eũ, qui habet superioritatem in iurisdictione, quod non est in arbitro, confirmantur præmissa. nam sententia arbitri est nulla respectu iurisdictionis. ideo approbari non potest consensu partium ꝑ glosam, in. l. instar. C. de iure fis. lib. x. & Innoc. in. c. prudentiam in principio, de offi. de leg. & per Barto. in. l. j. C. qui pro sua iurisdi. & dicit Bald. in. d. l. arbitro. ꝙ cùm arbiter sit priuata persona à facto priuatorum, non appellatur. l. scire oportet. in principio. ff. de excusatione tutorum.

